

R. 1165

# BIBLIOTHECA UNIVERSA FRANCISCANA, SIVE

ALUMNORUM TRIUM ORDINUM  
S. P. N. FRANCISCI,

QUI AB ORDINE SERAPHICO  
condito, vsque ad præsentem diem, Latina,  
sive alia quavis lingua scripto ali-  
quid consignarunt,

## ENCYCLOPÆDIA

UVILLOTI ATHENÆO, ET SYLLABO UVADINGIANO  
loclupetior, in tres distributa tomos, adjectis necessarijs  
Indicibus, ac Materiarum Bibliothecas

EX PRÆSCRIPTO  
REVERENDISSIMI PATRIS NOSTRI  
FR. JOANNIS DE SOTO,

LECTORIS JUBILATI, PRO REGALI IMMACULATÆ  
Conceptionis Congressu Catholicæ Majestatis Theologi, ac totius  
Ordinis Ministri Generalis,

## CONCINNATA

A R. P. FR. JOANNE A S. ANTONIO, SALMANTINO,  
ex Discalceata S. Pauli Provincia, Theologo, Ex-Diffinitore, ac Custode,  
Supremi Tribunalis S. Inquisitionis in Hispania Censore, duarum Pro-  
vinciarum Ex-Commissario Visitatore, & Praefide,  
sue Provincia, necnon totius Ordinis Mino-  
rum generali Historico, &c.

TOMUS TERTIUS, ET EXTREMUS  
copiosis adjectis Indicibus, Appendicibus, ac Supplementis

NUNC PRIMO IN LUCEM PRODIENS  
SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI: Ex Typographia Causæ V. Matris de Agreda, anno 1733

R. 1165

BIBLIOTHECA  
UNIVERSA  
FRANCISCANA,

SIVE  
ALUMNORUM TRIUM ORDINUM  
S. P. N. FRANCISCI,  
QUI AB ORDINE SERAPHICO  
condito, usque ad presentem diem, Latina,  
sive alia quavis lingua scripto ali-  
quid consignarunt,

ENCYCLOPÆDIA  
UVILLOTI ATHENÆO, ET SYLLABO UVADINGIANO  
loclupetior, in tres distributa tomos, adiectis necessarijs  
Indicibus, ac Materiarum Bibliothecas

EX PRÆSCRIPTO  
REVERENDISSIMI PATRIS NOSTRI  
FR. JOANNIS DE SOTO,

LECTORIS JUBILATI, PRO REGALI IMMACULATÆ  
Conceptionis Congressu Catholice Majestatis Theologi, ac totius  
Ordinis Ministri Generalis,


CONCINNATA  
A R. P. FR. JOANNE A S. ANTONIO, SALMANTINO,  
ex Discalcedata S. Pauli Provincia, Theologo, Ex-Diffinitore, ac Custode,  
Supremi Tribunalis S. Inquisitionis in Hispania Censore, duarum Pro-  
vinciarum Ex-Commissario Visitatore, & Praefide,  
sua Provincia, necnon totius Ordinis Mino-  
rum generali Historico, &c.

TOMUS TERTIUS, ET EXTREMUS  
copiosis adiectis Indicibus, Appendicibus, ac Supplementis  
NUNC PRIMO IN LUCEM PRODIENS  
SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI: Ex Typographia Causæ V. Matris de Agreda, anno 1733

Clarius, & perfectius Deus lucet in Sancto, quam in verbo, & altius  
hæret visa, quam audita perfectio. Quis dicere sufficiat quantum  
suo tempore quilibet Sanctorum hominibus profuit? Plus utique vnius  
Sancti exemplum, & vita, quam congeries numerosa Librorum  
constitit Orbi. Multitudo enim non Librorum, sed Sapientium sanitas est  
Orbis terrarum.

S. Thomas de Villanova, Conc. de S. Nicolao.



HISPANO, ULYSSIPONENSI,  
PATAVINO,  
SALI, ET SOLI,  
BIBLIOTHECÆ ANIMATÆ,  
QUID MULTA?  
THAUMATURGO SANCTO,  
ANTONIO.



Liphat hortatu: Voca si est qui tibi respondeat; ¶  
ad aliquem Sanctorum convertere; ad te confugit Job 5. v. 13  
(ò inclyte Antoni!) Nobilem, Nobilis, Ferdinandum, Fernandez, Floridum, Florida, Patronumque clientula fidelis, ac devotissima Marchionissa de Campo Florida, Illustrissima D.D. Elisabetha Fernandez de la Herran Alvarao, per cuius longas manus hunc tomum tertium nomini tuo placide, ac justè

Haroldus, inscribere summè decet. O quam aptè Haroldus! Mirum sanè quam  
tom. 1. ad  
ann. 1232.  
quoniam 2.

continuò Deus bujus Sancti gloriam demonstrat in Cælis, ita ut in hodiernum diem nescio, an ex infinitis, qui illum quotidiè invocant, reperies quicunque orantem, Antonij intercessione, se non testetur exauditum, ut quod de Francisco quispiam dixit, non ad necessitatem hominum tantum, sed ad voluptatem quoque ipsius auxilium præsens esse videatur. Cui ergo æquius, quam Corculo, cuius doctrinam zelo juncta charitas comprobavit? Certè duo volumina Evangelij, scilicet, & Actuum Apostolorum Theophilo consecravit S. Lucas; Theophilo, inquam, qui amor Dei, vel amans Deum interpretatur. Tibi igitur sacranda erat Bibliotheca Universa Franciscana. Tibi Sacrarum Scripturarum Armario, Arcæque Testamenti. Pulchre in sapientia commendationem assumitur Sacratissima Veteris Testamenti Arca ab erudito valdè Mendoza. Arca, scilicet, Aaronis virgam quasi in pignus Hebraici imperij, continebat. Ecquid ad Orbem moderandum aptius sapientia? Arca Cœlestis roris nectar servabat incorruptum; ecquid dulcissimam sapientia? Arca Legum Divinarum Tabulas custodiebat: ecquid, sive ad condendas, sive ad custodiendas leges præstantius sapientia? Hanc invocasti, o Doctor egregie! & venit in te spiritus sapientiae, & intellectus, imò ipsa Sapientia; vnde, ut in Arca vera Testamenti, Bibliotheca quoque Sacra, in te tanquam in diutissimo thesauro inclusa servabatur, assertore Doctore Seraphico,

P. Mendoza in Virtutib.  
lib. 6.  
prat. 8.

S. Banav.  
serm. S. Antonij.

Valdepeñas in App.  
ad suum  
Concionatorem Ecclesiasticum  
fol. 452.

Horat. 3.  
Carm. od.  
30.

Mendoza vtat Mendozio,  
ibid. lib. 6.  
prat. 9.

merito ergo in sinum tuum convolant tuorum Libri. Quid enim libri sunt, suadente Franciscano Valdepeñas, nisi Ingeniorum monumenta, secundæ mentis insignia, immortalitatis Patroni, veritatis propugnatores, seu propugnacula, elingues, ac eloquentes mortui, Fama lingua, mutæ voces, sapientia supplex, mortalium vita, ac opus perfice:

..... Ere perennius  
Regalique situ pyramidum altius,  
Quod non imber edax, non Aquilo impotens  
Posit diruere, aut innumerabilis  
Annorum series, & fuga temporum.

Præcipue, o Antonij! ex tuo Ordine compilati, & vnico tui nominis elogio fatis muniti, cedro digni, cedro inquam linguæ tuae corruptionis experte in lucem prodeunt; Lingua enim Antonij, ut laudato

Mendoza vtat Mendozio, Cedrus erat, erat Arca Fæderis, erat Virga Aarou, erat Gladius David, erat Clavis Cali, erat areola aromatis, erat rationale iudicij, erat pignus patrocinij nobis in Antonio numquam defuturi. Ergo Sanc-

tissime Antonii patrocinium ne demitas; si vis, potes.

Ibid. lib. 9.  
pag. 344.

..... Tibi cedit Arion  
Antoni: tibi Threicius dat viæta Sacerdos  
Nablia, Thebana tibi cedit Conditor Urbis  
Cedit Athlantiades, tibi vietus cedit Apollo.  
Eloquio tu saxa trabis Marpessa, Sylvas  
Exuis, indomitos domitas concentibus orfos  
Caruleis armenta vadis mansuescere nullis  
Docta sonis, tu voce regis, tu limina ditis

Erat asque foræ, eternaque robora frangit;  
Infernosque latebroso è carcere manes.

Age, o Francisci Antistes! age, tuisque Lilijs, tuoque Libro, Librum Flores serva,

Quos neque frigoribus Boreas, nec Sirius urit  
Æstibus, atero, sed veris honore rubentes.

Claud. de  
Laud. Scr.

Age, & hanc Tuorum Bibliothecam, ut Cherubinus custodi; non enim tibi erit, ut Augustino vtar, laboris afflictio, sed operatio voluptatis. Age igitur, & tuæ Illustrissimæ fave Marchionis.

August. de  
Genesi ad  
litt. lib. 8.  
cap. 8.

Illa tuos mollitur opes, meditatur honores;

Unde hanc tibi Bibliothecam dicat Octaviana illa prudentior, de qua Plutarchus: Ad ejus autem decus Octaviana mater Bibliothecam conservavit. Utque demum trina sint omnia; hujuscem Bibliotheca Franciscanæ totum tertium funiculum tuo, & triphici percinge; cingebantur olim Dedali simulachra in consummationis signum. Ut ostenderent, inquit Pierius ex Platone, undequaque perfectum, funibus vinciebant. Cingè igitur, clade, signa, corona; ita semel, iterum, & tertio, verbis S. Bernardi vtens, suppliciter exoro. Quam pium, quam dulce, quam suave, o Sancte Antoni, in hoc loco afflictionis, & in hoc corpore mortis te canere, te colere, te precari! Nomen tuum, & memoriale tuum favus distillans in labijs captivorum, mel, & lac sub lingua eorum, qui tui memoria delestantur. Eja ergo fortis Atleta, dulcis Patrone, Advocate fidelis, exurge in auditorium nobis, ut & nos de nostra erceptione gaudemus, & tu de plena victoria glorieris.

Plutarc. in  
Marcell.

Pierius, lib.  
48.

S. Bernard:  
serm. 2. de  
S. Victore.

Per bunc nos, Pater Luminum  
Signes, & lux de lumine,  
Illustratoris hominum  
Cum Spiritus munimine. Amen.

Ex Hymno  
Ecclesiæ

Ad tuos demissè pervolutus pedes

Fr. Joannes à Sancto Antonio:

IN LAUDEM AUTHORIS OPERIS  
adèò egregij, tamque properè consummati,  
gratulabundus Fr. Josephus à Spiritu Sancto,  
Beneventanus, Excalceatæ Provinciæ  
D. Pauli Theologus, & alumnus  
hoc accinebat.

## EPIGRAMMA.

O Decus, & nostræ stirpis laus magna virorum!  
Qui ingenio vivax, sydus in Orbe micas;  
Sensibus ardor inest, tot concelebrare labores;  
Nàmque reus taceam, quidquid ubique sonat.  
Cuncti quem laudant, plaudunt, mirantur, honorant;  
Authorem proprium, turpè, silere mihi.  
Seraphici stellas Orbis, quas cernere, mirum;  
Dinumeras, certo nomine, quamque vocans;  
Intet grandiloquos minimus non te fugit Author;  
Maxima quippè videns opera, parva legis.  
Alta petis claro ingenio, repetisque profunda  
Ut pateant chartis celsa, vel ima tuis.  
Pro populi laude haud cessat tua dextra, Joannes  
Omnibus ut prosis, te pia cura præmit.  
Vix labor humanus potuit tam mira parare:  
Mensibus, at quæ alijs ardua, plana tibi.  
Certè Bibliothecæ ingens, operosaque moles  
Haud parvo indiguit ingenio, yè mora.  
Ait annis quatuor tu tria volumina compleas;  
Quid! Celeres motus mens generosa capit.  
Grandia cum dederis, dives tua permanet ynda;  
Ne cesseret fluere: nobiliora dabis.

PATRIS

PATRIS JOANNIS A CONCEPTIONE,  
Clericorum Regularium Pariperum Matris Dei Scholarum Piarum  
Provincia Hispanie Procuratoris Generalis, siveque Domus  
Matritensis Praesidis ad Authorem sibi  
amantisimum.

## EPISTOLA PANEGYRICA.

M Irisicus ille soñs (jam verus, jam fictius commendetur) in vna  
Æsculapij optimâ rerum omnium sciscitarum Schola olea-pe-  
renniter scaturiehs, mihi visus est tui ipsius, admodum reverende, &  
amantisimum Paret (nostræ insitæ necessitudini parco) perquam pulchre  
hieroglyphicum exhibere. Quæ igitur Schola prædicabitur quartuum  
que Disciplinatum Emporium: Pietatis, & honestatis Domicilium: Vir-  
tutis, & perfectiots Magisterium: Delupèr emanantiumque gratiarum  
Receptaculum; qua Divi Francisci Ordini, ubique terrarum tripliciter  
residenti, assimilari non renuat? Meo quidem videre, jure optimo in  
Æsculapij præstantissimo Mutæ totus Ordo Seraphicus adumbrator  
Cujus fons expectato plenior abundans, ac cogitato inundatus locuple-  
tior, tu ipse non immerito prædicaris. Tu, inquam, qui de tota litera-  
rum Republica benemeritus, deque tuamet Religione meritissimus ad  
instar'olei fontis, inò balsami, omnem irrigaturus Orbem, tanto opere  
diffunderis emanando. Tu, qui in vnum quam gratum viridarium tot  
inserere flores, capere, & expolire bene nosti, quot amplissimus tuus  
Ordo, tot per secula meruit pollulare. Tu, qui temporum incuria idoneus  
vincit, & de tuonet thesauro peritus proferendi nova, & vetera; tali  
steris bilance in judicando, quod cum tramites invios aggrediatis, nec  
ad dexteram, nec ad sinistram in discernendo, declines. Et quemadmo-  
dum oleum est luminibus pabulum flammigerum, quo præstante, & vi-  
tante, & lucecant; quo inungente dilucida magis radiant, solida clas-  
siora perspicientur, sordescunt foeda, altius rubescit purpura, nec infici-  
tur; sic, te vindice, vnumquemque pro suo Marte, & merito sigillante,  
quicunque commendabilis, laudeque possint reperiri digni, gloria juxta  
incertam imbuuntur: quosdam nec laude, nec vituperatione dignos faci-  
paucos non immerito parvi pendis. Hinc vel maximè tuam optimam vo-  
luntatem erit nemo, qui tanti odoris illectus, tum suavitate, tum fragran-  
tia, tum dulcedine non æqui, bonique consulat, inò etiam te invitum  
amore, & necessitudine afficiat. Quippè nulli dubitandum erat, quin  
Divino aspirante Numinе, te superstite, sua esset cuique plenus honos  
impertiendus, sua vnicuique palma redditura. Siquidem cum pateat luce  
clarus, labores penè ionumeros pro inquirenda veritate te exantlasses  
per multa, & operosa itinera pro inventa comprobanda, confuscisse: tor-  
que Archivia evolvisse, quot novi, & veteris quid vtile memoria dignum;  
& veritati consonum tibi subministrare potuissent; nefas esset in dubium  
evocare, quod possis alicui gratis invidere, vel propensione ductus aus-  
caltare, qui operæ pretium ducis, veritatem omnino in lucem edere. Sic  
plenissimè tuum hoccine tripartitum opus, tui ipsius efficientis oleo deli-  
butum, omnique cura, scilicet, opere, & industria laboratum, quo nihil,  
aut cogitari vtilius, aut adunari copiosius, aut inspici ferè poterit lauda-  
bilius, jamjam suomet oleo illustratum Orbem, accenditus, lucebit,  
dico, resplendet, potius illuminat. Est enim oleum istud, tanto talique  
fonte probulliens, gaudij Gymnasio deditis causativum: pabuli perquam  
multa in vna optantibus paropside conditivum: nutritivumque luminis  
superioris quaqua versus per viam veritatis aggressurus. Oleum itaque,  
Papia late, si in ore teneatur, & in profundo Maris emittatur extenuat  
In 2

MENDA , SIG E M M E N D A :

P. Paginam , C. Columnnam designat.

PAG. 3. col. 2. Valentia, non Valentine. P. 6. c. 1. cupitis, non capitibus; P. 22. c. 1. Latinè, non Latina. P. 23. c. 1. Provincia, non Provincie. P. 44. c. 1. Barcinone, non Barcinonu. P. 49. c. 1. adorabis, non adorabit. P. 53. c. 1. Regem, non Rgem. Ibid. Lullij, non Lillij. P. 55. c. 1. Historiæ, non Historia. Ibid. c. 2. Norbicensis, non Norbicensi. P. 57. c. 2. humiliatis, non humiliatibus. P. 58. c. 2. Doctores, non Doctore. Ibid. insculptum, non inculpatum. P. 63. c. 1. timore, non timorum. P. 67. c. 2. quinque, non quique. P. 69. c. 1. Theologiaz, non Theologica. P. 73. c. 1. Ecclesia, non Ecclesiæ. Ibid. c. 2. Provincia, non Provincie. P. 75. c. 2. mensis, non mens. P. 92. c. 2. in magnis, non in magis. P. 95. c. 2. construendis, non confrauendi. P. 99. c. 2. litterariam, non litterariam. P. 100. c. 2. in Exequilijs, non in Exequitijs. P. 114. c. 1. quam Hæreticorum, non qua Hæretico. P. 116. c. 2. occidendi, non occidendi. P. 117. col. 2. quæ, non quam. P. 126. c. 1. editis, non editio. P. 127. c. 1. nullus, non nullam. P. 136. c. 1. Ex Victorelio, non Ex Victorellus. Ibid. editum, non edita. P. 137. c. 1. libros, adde emisit. P. 138. c. 2. Cathedralis, non Cathedrali. P. 144. c. 1. tractatum, non tractatum. P. 146. c. 1. sui, non cui. P. 162. c. 2. Tirolensis, non Tirolensi.

Bibliotheca Universæ Franciscanæ tomum tertium, & ultimum à R. P. Fr. Joanne à Divo Antonio Salmantino, ex Discalceata Prov. S. Pauli, Lectore S. Theologiae, Ex-Diffinitore, ac Custode, Supremæ, ac S. Inquisitionis Qualificatore, & totius Ordinis Sancti Francisci Historico conscriptum diligenter vidi; demptisque mendis correctis, aliquæ nonnullis parvi momenti, suo prototypo correspondet. Matriti postridie Novenas Martias, anno Domini M. DCC. XXXIII.

Lic. D. Emmanuel Garcia Alesson;

C. M. Corrector Generalis.

---

## T A S S A.

DON Miguèl Fernandez Munilla, Secretario del Rey nuestro Señor; fu Escrivano de Camara mas antiguo, y de Gobierno del Consejo; Certifico, que aviendose visto por los Señores de él vn libro, intitulado: *Bibliotheca Franciscana*, su Autor Fray Juan de San Antonio, Lector de Theologia, Custodio en la Provincia de San Pablo de Franciscos Descalzos, Calificador de la Suprema, y Chromista General de la Orden Serafica; que con licencia de dichos Señores ha sido impreso, taslaron á feis maravedis cada pliego; y dicho libro, con su Apendice, parece tiene cincuenta y quatro y medio, sin principios, ni tablas, que á este respecto importa trecientos y quarenta y siete maravedis: y al dicho precio, y no mas mandaron se venda, y que esta Certificacion se ponga al principio de cada libro, para que se sepa el á que le ha de vender. Y para que conste lo firmé en Madrid á once de Marzo de mil setecientos y treinta y tres.

Don Miguel Fernandez Munilla

AD

MEN

# AD LECTOREM.

**E**cce tertio venio ad te, studiosè Lector; quem prae manibus habes Bibliothecæ Universæ Franciscanæ tomum tertium, in quo Franciscani Scriptores dum tacent sonant, dum videntur eloquuntur, dumque se produnt, eorum scientiam, ac sapientiam testantur, tibi offerens, novaque, & vetera. Dic ergo, dic quod tibi videatur, deinde quid mihi occurrat, audies. Dices primò Authoribus pluribus jejunam consignasse laudem, alijs autem exactam. Fateor; sed ordo iste, qui secundum naturam est, minimè improbari debet; scriptum est enim: *Ne laudes virum in vita sua.* Tritumque est illud Martialis:

*Vos tamen, o nostri, ne festinate, libelli;  
Si post fata venit gloria, non proprio.*

Parcè ergo viventes commendo, fusiùs verò eos qui in humanis non sunt, & jure:

Macedo, ele-  
gia 4.

*Illi major bonos, cui jam sua forma tecedit,  
Qui proprior pheretro est, pallidiorque jacet.*

Altius memoriā replicabis Authorum à me compilatorum, qui per pauca, aut etiam in specie exigua evulgantur. Quid, aut quid ita? Sed nec hic mihi aqua hæret. Responsum præbui semel, & iterum, nunc tertio audi. Numquid in hac rerum universitate summa infimis, ultima medijs, gravia levibus, firma mobilibus, parvaque magnis, singulaque singulis, concordi discordia, ac dilcordi concordia non amicantur? Mira enim insit se, vt D. Nicolao Antonio utat, proportione, & mutuo amore compo-  
suit rerum Summus Artifex universi bujus, qui mente simul, & oculis com-  
prehenditur, partes, uti membra cuiusque pulchrit corporis, ut si separata  
considerentur, pulchra quidem, sed nondum perfecta sint quo usque alia ex  
alijs, seu ex respectu ad universitatem, solidam, atque absolutam numeri omnibus commendationem sortiantur. Atque adeò resipientium sese mag-  
ni, aut parvij cuiusque corporis membrorum armonia constat, ut nec qua nobiliora sunt dedignantur ignobilioribus cogitare, immo singulis amor car-  
borum sit institutus, & quasi videatur unicuique parti non altius posse dignorem a se in hoc nature Theatro personam geri, quæ pars sit, & aliorum  
indigens, ut ex eorum nexu, atque complexione totum emicet. Sane,

*Composita servat vox antinosa modos.  
Intenti medijs, gravibus sociantur acuti;  
Æqualique omnes omnibus arte soni.  
Gundla simul referunt placidos valitanta cantus;  
Distinguunt proprium singula voce melos.  
Cantat olor, geminatque suos laetitia que stus;  
Concinit ad numerum dulcis Achantis aquæ.*

Mendoza, lib.  
S. de Flor.  
Poët. pagin.  
150.

D. Nicol.  
Anton. ibid.  
Genuensis in  
Præfatione.

Audi insupèr prædictatum Authorem Bibliothecæ Scriptorum Hispaniarum. Dicamus ergo, inquit, publico usui Bibliothecam eorum Scriptorum, qui post annum 1500. commendaverunt cogitationes suas litteris. Malè, aut bene, inutiliter, aut cum fructu, non distinguimus, quia nec distinguunt argumenti ratio. Sed audi demum Genueensem, ad suæ Bibliothecæ Lecto-  
rem ita scribentem: *Miraberis forsitan, quod plures in hac Bibliotheca con-  
gefferim, qui scripsere pauca, eaque communia, v. g. unam, vel duas Ora-  
riones, aliqua Epigrammata, vel quid simile; sed id à me factum esse scias,  
tum autoritate, & exemplo Poffevint, Ribadeneiræ, Alegambe, Uvadini-  
gi, Piccinelli, Roffott, & aliorum, tam priscorum, quam modernorum  
Scriptorum, qui in suis Catalogis illos referunt; tum etiam, quia cum illos*

*temporis angustijs, alijsque innumeris incommodis superatis; aliquid in las-  
cem edidisse gloriosum zeli, & industria sue facinus censuerim; iudeo sensu  
meo dedecus existimandem esset, si sua quenque virtutis laude notato nomi-  
ne privasse; cum maximè aliquando per minutissima opuscula, ac parvo  
septentis, scientisque Scriptoris labore, magna interstet, & animarum utili-  
tas, & Religionis auctoritas.*

In adjectis Appendixibus labore novo cumulavi immensum, si rectè ponderes, quid, & quantus sit Seraphicus Ordo, tot Pro-  
vincijs, ac linguis distinctus, quidque sit distinctè res colligere, libros  
notare, suamque librorum Authoribus debitam consignare laudem. Si  
integre arguento non satiseci, si quid peccavi, boni publici utilitate  
inductus, & Litteratorum votis, quidquid commissi, peccavi totum.

*Parce tamen frater, veniam concede precanti,  
Si facilem veniam crimen amoris habet.*

Condonabis etiam quædam leviora nulliusque nominis, aut momenti ex-  
rata. In Appendixe eadem met servans methodum opere pretium duxi,  
Etiam de minimis curate; scriptum est enim: *Rerum cogitationis diem  
festum agent tibi.* Et insupèr: *Colligitque que superaverunt fragmenta ne pe-  
reant.* Ut studeant; Interpretē V. Fr. Angelo del Pas, tantam fragmento-  
rum congeriem colligere, & congregent in animis suis, ac libris. Proinde  
hic mislos facio libellos; sunt enim plures, qui parvi momenti prima fon-  
te videntur, maximi verò, si intrinsecus, ac intentè conspiciantur. His  
addè, minimè in mei arbitrio esse, quod de Proculo Poeta scriptit Au-  
sonius.

*Hujus in arbitrio est, seu te juvenescere cedro;  
Seu jubeat duris vermbus esse cibum.*

Operibus cunctis Scriptorum Ordinis debitor sum, ac etiam Opusculis,  
nec rarentur horum Authors querimonias jactant, ægrè ferentes suo-  
rum ingeniorum monumenta oblivioni mandari, vt monuit Haroldus:  
*Neque adnotanda censeo, inquit, ipsorum eruditionis reliqua in Scriptis mo-  
numta, cum id universum separata lucubratione præstiterit noster  
Annalista, quam ego ipse longè auctiorem denuo publicandam medi-  
tor, quod idè dictum volui, vt si cui occurrat quidpiam in ea, vel an-  
tiquitatis omissum, vel noviter addendum, id mihi pro sua urbanitate,  
& in bonas litteras affectu indicare velit; sane instinctu Authoris ipsius,  
non tam commendarunt, quam commisserunt, & jusserunt Genera-  
les Ordinis Prælati, vt ex singulis Provincijs exacta terum, & persona-  
rum notitia mitteretur, quod cum plerique fecissent, qui maximè negli-  
gentes erant, omnium pessimè habuerunt, quo recentiora quædam, nec  
adeò clara ipsorum opuscula in Scriptorum recensione prætermissa fuerint,  
cum ne nomina quidem sua, vel studia indicaverint.*

Pergat deinceps Scrutator querens, quæ manuscripta? Sed perlustret  
officiorum Bibliothecas omnes, requirat etiam Vaticanam, Ambrosianam,  
Barberinam, Sphorciannam, Mediceam, Tolosanam, Hispalensem, Tole-  
tanam, aliaque celeberrima Athæna, & minimè queret, nisi duces in  
hoc genere scribendi respuere velit. Nescio quid superest; superest ta-  
men, & ire necesse est; nam coronatae portum tetigere carinæ,

*..... Et summi plena jam margine libri  
Scriptus, & in tergo; nec dum finitus Orestes;*

Joann. 6.

Angel. del  
Pas in 6 Mar-  
ci, cap. 43.

Harold. Epit.  
Annal. ad an-  
num 1376. n.  
4.

Juvenale sati-  
xi.

PRO

# PROTESTATIO A U T H O R I S.

**L**EKTOR adverte in elogis Virorum illustrium, quos in hac *Bibliotheca* complexus sum, nonnulla me obiter attingere, quæ sanctitatem ipsis videntur adscribere; perstringo nonnunquam aliqua ab ijs gesta, quæ, cum vires humanas superent miracula videri possunt; præfagia futurorum, & si quæ sunt alia hujosmodi: demum nonnullis sanctimoniaz, vel martyrij videor appellationem tribuere. Verum hæc omnia ita meis lectoribus propono, vt nolle ab illis accipi tanquam ab Apostolica Sede examinata, atque approbata, sed tanquam, quæ à sola suorum Authorum fide pondus obtineant. Proinde Apostolicum Decretum anni 1625. editum, & anno 1634. confirmatum, integrè, atque inviolatè juxta declarationem ejusdem Decreti anno 1631. factam, à me observari omnes intelligent, nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam, per hanc meam historiam ulli arrogare, vel famam, & opinionem sanctitatis, aut martyrij inducere, seu augere; nullumque gradum facere ad futuram aliquandò ullius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem; sed omnia in eo statu à me relinqui, quem seclusa hæc mea *Bibliotheca* obtinerent. Hoc tam fandè profiteor, quam deder eum, qui Sanctæ Sedis Apostolicae obedientissimus haberi filius cœpit, & ab ea in omni sua scriptione dirigi, & actione regulari.



# BIBLIOTHECÆ UNIVERSÆ FRANCISCANÆ, SEÙ DE SCRIPTORIBUS TRIUM ORDINUM S. P. N. FRANCISCI TOMUS TERTIUS. NOTA.



**U**LLA Ecclesiæ ætas in litteris floruit, nullum Religionis scđculum in scriptis claruit, ante S. Concilium Tridentinum, in quibus aliqui non extiterint Anonymi Doctores, hoc est Scriptores sacri, qui in operibus, suis licet eruditis, humilitatis causa propria non suppresserint, & celaverint nomina. Et omisis pro nunc, vetustissimis Anonymis, paucisque exceptis, rarò, vel nunquam (vti monet R. A. P. Fr. Petrus de Alva, tomo 2. *Biblioth. Virginalis*, pag. 209.) invenies opus, seu librum Anonymum, qui ex Scriptoria S. P. N. Francisci non fuerit Familia, quod aliquibus comprobatur exemplis. Consule tomo 2. bujus Bibliothecæ verbo Philippus Boschierius, pag. 479. Vide Bibliothecam Anonymorum, editam, sub titulo: *Theatrum Anonymorum*, seu Pseudonymorum. Hamburgi anno 1708. Ex Anonymis Franciscanis, missos complures faciam, qui duntaxat pro rebus privatibus tractatulum aliquem juridicum scripsere:

# BIBLIOTHECA

Q

Sub littera Q. Anonymi omnes recensentur.

**QUÆDAM (1) MONIALIS**, apud Mußipontem in Lotharingia, ex Reformatis S. Coletæ Virginis, conscripsit:

*Vitam V. Philippæ à Gualdesa, Clarissæ, Carolo III. Lotharingie Duci dicata am quæ floruit anno 1547. Ex Arturo in Martyrologio Franciscano ad diem 26. Februarij, §. 8.*

**QUÆDAM (2) MONIALIS**, Hispana, Granatensis, apud Capuccinas ejusdem Urbis, vernaculè exaravit opus Religiosis valde utile, hujuscè inscriptionis:

*Convento Espiritual. Matrii ex typographia Viduae Alphonsi Martin 1625. in 16. adjectis illustrationibus D. Hieronymi à Quintana Presbyteri Matritensis. Vidi, ac etiam locupletatum à RR. P. M. Fr. Josepho Stephano Noriega, Salmanticensi (impressum sui Candidi Ordinis Praemonstratensis Generali Præfecto, Viri sanè eruditissimo) M. S. in 4. Matrii in Conv. S. Joachimi anno 1729. Incipit corollarium primum: Porque no faltan à la gracia de esta hermosura lunares.*

**QUÆDAM (3) MONIALIS**, Hispana, ex Discalceatis Coenobij S. Antonij Castrorum Julij, vulgo Truxillo in Extremadura, stylo signavit:

*Vitam. V. Matris Marianæ à Jesu ejusdem Conv. alumna. Asservatur M. S. in 4. in Regia Bibliotheca Matritensi. Incipit: Propria condicione. Vidi.*

**QUÆDAM (4) MONIALIS**, Hispana, ex Sororibus Capuccinis Regalis Coenobij S. Margaritæ Barcinonensis, Superioribus obtemperans, exaravit:

*Vitam, vñà cum revelationibus V. Sor. Marthe Boigas, Capuccinæ. Opus est in 4. tomos in 8. magno distributum, & in Archivio ejusdem Coenobij asservatum. Tomus 4. incipit: Dice est alia. Scribebat anno 1645. Laudatur à Petro Serra in suo de favoribus, ac prodigijs Angelorum edito Barcinone 1726. pag. 284. num. 397.*

**QUÆDAM (5) MONIALIS**, natione Galla, professione Clarissa, exaravit:

*Exercitium bone Monialis, quod non nullis accessionibus locupletatum typis*

dedit Fr. Bernardus Le-Coq laudatus tomo 1. hujus Biblioth. pag. 216.

**QUÆDAM (6) MONIALIS**, Lusitana, ex Tertiariis Franciscanis, librum olim dedit, qui à professione Religiosa Authoris, lingua Lusitana nuncupatur:

*Ditos da Freira, in 24. D. Nicolaus Antonius, tomo 2. pag. 273. ex Georgio Cardoso.*

**QUIDAM (1) MINORITA**, Hispanus, Regul. Observantia Prov. Angelorum, Hispanè scripsit, ac edidit:

*Methodum Orationis Mentalis. Asservatur inter varios tractatus Matrii, in Biblioth. Conv. Regul. Observantia, sub littera A. num. 26. fol. 31. Prodiit Hispali, in charta expansa in fol. sed absque anno. Vidi.*

**QUIDAM (2) MINORITA**, Hispanus, professione Capuccinus, eruditam conscripsit:

*Apologiam pro quadam Concione habita Segobia. Extat Matrii in laudata Biblioteca, sub littera A. num. 29. fol. 49. Prodiit in fol. sed absque loco, & anno. Incipit: Obligacione precisa. Vidi.*

**QUIDAM (3) MINORITA**, diffusè, & rhetorice exaravit:

*Vitam, & gesta Fr. Pauli Pifoti, Minoritæ ad Augustinum Trivultium Cardinalem. Habuit M. S. Uvadingus, quem consulat pag. 274. sive Catalogi.*

**QUIDAM (4) MINORITA**, natione Hispanus, cognomento Solana, ex Regul. Observ. Provinciæ Carthaginensis, Vir doctissimus, opus egregium in 8. tomos in fol. distributum concinnavit:

*De Annalibus mundi, & Ecclesiæ, in quibus abundè pertractat de prædicione SS. Jacobi, Petri, & Pauli in Hispania, de vita, & actibus S. Eugenij Archiepiscopi Toletani, & alijs memoria dignis ad Hispanos spectantibus. Habentur M. S. in eadem Provincia in Biblioth. Conv. S. Anna Oriolensis. Vivebat Author anno 1626. Ex relat° ejusdem Provinciæ.*

**QUIDAM (5) MINORITA**, Hispanus, Apologeticum librum reliquit M. S. sub titulo:

Tract-

# FRANCISCANA.

3

*Tractatus tertius Apologeticus contra Novatores impugnantes Regulam nostram. Asservatur Matrii in generali Archivio Ordinis, pluteo 2. num. 28. Vidi.*

**QUIDAM (6) MINORITA**, natione Cyprius, Græco idiomate scripsit:

*Egregium tractatum de Purgatorio. De ipso agitur tom. 2. Bibliothecæ Bodleja, ex, fol. 46.*

**QUIDAM (7) MINORITA**, natione Hispanus, Latinè conscripsit, opus prænotatum:

*Consultatio super validitate Matrimonij Spadonum. Stat Matrii in generali Ordinis Archivio, pluteo 2. num. 29. Vidi.*

**QUIDAM (8) MINORITA**, ex Recollectis Provinciæ Flandriæ, proprio idiomate tonum in 4. scripsit, ac edidit inscriptum:

*L' Ecole de la Vierge Marie en laquelle elle enseigne l' art de l' aymer, servir, & imiter ses vertus. Excudit Franciscus de Uvande, anno 1636. Vidi in Matriensi Bibliotheca Conv. Regul. Observ. sub litteris L. M. num. 164.*

**QUIDAM (9) MINORITA**, familia Cismontanæ, natione Hispanus, vernaculè scripsit, ac edidit:

*Apologiam pro celebrazione solita Capti-vorum generalium. Vidi in fol. absque typographia memoria.*

**QUIDAM (10) MINORITA**, natione Gallus, proprio idiomate communis juris fecit:

*Historiam Ecclesiasticam de martyrio Fratrum Ordinis D. Francisci, dictorum de Observantia. Parisijs anno 1582. Ejus memoriam invenies, num. 403. Bibliothecæ Marchionis à S. Philippo editæ Hayæ typis Joannis Suvart. 1726. in 8.*

**QUIDAM (11) MINORITA**, apud tonum primum Bibliothecæ Bodlejanæ, fol. 93. scripsit:

*Contra Iudeos, ne libera tenementa in Anglia emere eti licet.*

**QUIDAM (12) MINORITA**, adiutor Seraphici Doctoris scripsit:

*Meditationes divini amoris. De illo apud Bibliothecam Bodlejanam, tom. 1, fol. 8. ita legitur: Bonaventura stimulus divini amoris, quem sic in calce operis Author inscribit: Meditationes cuiusdam simplicis, & pauperculi Discalceati, & contemptibilis denudati, sapientissimorum radiissimi, Eleitorum infirmi, & Minorum minimi exemplar elegans, quod in multis verbis, & sententijs differt ab impresso in-*

*ter opera Bonaventure. Tom. III.*

**QUIDAM (13) MINORITA**, ex Conventualibus, natione Gallus:

*Històriam Chronologicam Fr. Francisci Carriere continuavit, vt videre est in ejus ultima editio facta Lugduni anno 1644. in 12. teste Antonio Teiferio, tom. 2. fui Catalogi, fol. 75.*

**QUIDAM (14) MINORITA**, Hispanus, Provinciæ S. Gregorij, in Philipinis Insulis, Discalceatus alumnus, M. S. reliquit:

*Tomum in 4. super Genesim. Asservatur in Archivio laudata Provinciæ, hoc est, in Conventu de Dilao dicto, vt ex relatione oculati testis, nempe Fr. Josephi a S. Ella laudata Provinciæ Pro-Ministri, dicit Matrii anno 1729.*

**QUIDAM (15) MINORITA**, Hispanus, Historiam Ordinis Seraphici scripsit, ac edidit, sub titulo:

*Floredo de S. Francisco. Hispali apud Menardum Ungut 1492. in fol. Vidi.*

**QUIDAM (16) MINORITA**, Hispanus, Hispanis communem fecit tractatum:

*De Contemplatione, & Vita Domini nostri Jesu Christi, scriptum à Seraphico Doctore. Vallisoleti, typis Didaci Gu-miel, anno 1512. in fol. Vidi.*

**QUIDAM (17) MINORITA**, Hispanus, Complutensis, Author fuit Apologetici inscripti:

*Amica, fraternaque responsio ad quæstionem: An Sancta Virgo Catbarina Senensis possit cum stigmatibus depingi? Editum fuit Valentinæ litteris Claudij Maslei, studio Joannis Seves Valentini, Theologiæ Doctoris, anno 1552. in 4. Vidi. Incipit: Post innumerias.*

**QUIDAM (18) MINORITA**, Hispanus, ex Capuccinis Castellanæ Provinciæ foras emisit libellum inscriptum:

*Harmonia del bien, y del mal. Duo sonoro ex operibus Capuccinorum Marti de Aviano, & Joannis Baptiste Bolduc. Matrii apud Bernardum de Villadiego, anno 1682. in 16. Vidi.*

**QUIDAM (19) MINORITA**, Capuccinus, natione Italus, scripsit:

*De Sacris Ritibus, juxta Romanam Regulam usui Fratrum Minorum S. Francisci, qui vulgo Capuccini nuncupantur, accommodatis. Neapoli typis Scorigiani, anno 1626. in 4. Vidi.*

**QUIDAM (20) MINORITA**, Hispanus, Vir sanè eruditus, tonum in 8. M. S. reliquit, sub titulo:

*Notabilia defuncta ex diversis Autho-*

A 2

ribus, tam Christianis, quam Ethnicis. Vidi in Matrite nisi Bibliotheca Conventus Regul. Q<sup>o</sup> Observ. Incipit: *Stans apud Crucem.*

QUIDAM (21) MINORITA, Hispanus, Provinciae Carthaginensis Regul. Observ. v. filius M. S. reliquit:

*M*emoriam vita, & virtutum Matris Aranea Muñoz, Tertiarie, quæ vitam finivit in Oppido de Almagro, anno 1650. Extat in generali Archivio Matritensi, num. 27. Cismontanæ Familiae, manip. 2. num. 33. Vidi.

QUIDAM (22) MINORITA, ex Reformatis Germania, in Terram Sanctam devotionis gratia translatus, Vir Apostolicis Missionibus deditus, sermone scholasticus, ac certè eruditus, ineditos reliquit

Tomos decem in 4. quamplutes amplectentes tractatus de *Omnimodis Theologia*. Asservantur in Minoritico Hospitio Urbis Nicosiae Regni Cyptiensis. Ex relatione novi oculati testis Fr. Michaelis Gonzalez, Minoritæ, Apostolici Concionatoris in illis regionibus, & impresentiarum suæ almae Provinciae S. Michaelis Regul. Observ. Diffinitoris.

QUIDAM (23) MINORITA, Galilus, ex Minicis Reformatis Provinciae Germaniae inferioris, opus elaboravit Scholasticis vtile, quod prænotavit:

*Speculum Theologicum*. Extat in generali Archivio Matritensi, num. 30. Cismontanæ Familiae, manip. 1. num. 9. Vidi.

QUIDAM (24) MINORITA, Hispanus, Compostellanae Provinciae devotus alumnus, opus domesticum, sed minime pœnitendum scriptit, seu compilavit, sub titulo:

*Enchyridion, seu Manuale Fratrum Minorum*. Opus est tripartitum Hispalii editum typis Joannis Varela Salmanticensis, anno 1535. in 4. Vidi.

Quæ prima pars amplectitur sunt:

*Regula Fratrum Minorum cum Authoritatibus Evangelij*, vnde extracta est.

*Testamentum B. P. N. Francisci*.

*Forma recipiendi Fratres ad Ordinem*:

*Forma Capituli Conventualis*.

*Declaratio Nicolai Papæ III. super Regulam Fratrum Minorum*.

*Declaratio Clementis Papæ V. sup. eamdem Regulam*,

*Declaratio Joannis XXII. Papæ super eamdem Regulam*.

*Expositio quatuor Magistrorum super Regulam predictam*.

*Expositio Sanctorum primi Ordinis super prefatam Regulam*.

*Epistola S. Bernardini circa observantiam dictæ Regule*.

*Tractatus distinctivus contentorum in omni Regula*.

*Speculum Fratrum Minorum enumerans, & elucidans declarationes prefatas*.

*Quæstiones S. Bonaventure circa prefatam Regulam Fratrum Minorum*.

*Epistola ejusdem S. Bonaventure contra Magistrum innominatum*.

*Decisiones quorundam dubiorum circa statutum modum vivendi hujusmodi Fratrum*.

*Statuta Generalia Fratrum dicti Ordinis Bullæ onionis, & concordie predictorum Fratrum*.

*Differentes, seu Statuta tabularum Capitulorum Generalium dicti Ordinis*.

*Forma tenenda a Pralatis in visitatione Fratrum*.

### Contenta in 2. parte principali:

*Regula prima S. Clara per S. Franciscum edita*.

*Regula secunda Monialium S. Clara per Urbanum Papam facta*.

*Ordo inducendi Novitias, & benedicendi velum Monialium dicti Ordinis*.

*Regula prima Tertiariorum B. Francisci*.

*Regula secunda predictorum Tertiariorum per Leonem Papam X. ordinata*.

*Ordo inducendi prefatos Tertiarios*.

*Regula Monialium Conceptionis B. V. Mariae Clypeus sacrarum Monialium elucidans earum statutum*.

### Contenta in 3. parte principali:

*Ordinarium Cæremoniarum Officij Divini*.

*Ordo Missæ indutus planeta nuncupatus*.

*Ordinationes, ac declarationes Officii Divini in Capitulis Generalibus editæ*.

*Ordo ad benedicendum sacra ornamenti*.

*De Absolutionibus, &c.*

QUIDAM (25) MINORITA, Hispanus, ex Mexicana S. Evangelij Provincia, ineditam reliquit ab ipso scriptam:

*Relationem historicam hujusmet Provinciae. Asservatur in generali Archivio Matritensi, num. 32. Cismontanæ Familiae, manip. 1. num. 5. Vidi.*

QUIDAM (26) MINORITA, Galilus, ex Recollectis Provinciae Flandriæ, proprio idiomate conscripsit, ac edidit opus prænotatum:

*Le solide amour de la devotion, & Bonheur du vrai clerc de SS. Angens dans la personne de l'bonne Angelique, & Seraphique Francois de Assise*. Vidi secundam editionem per Gramme factam Leodij, anno 2712. in 12.

QUIDAM (27) MINORITA, Discalceatus, Provinciae S. Gregorij alumnus (Anonymus mihi) vt ex relatione dicit Fr. Fr. Josephi à S. Ella, laudata Provincia Pro-Ministri, anno 1729. Scriptis, ac edidit in fol. Manilae:

*Vocabularium lingua Camarinensis, seu Bicol.*

QUIDAM (28) MINORITA, Galilus, ex alumnis Provinciae S. Bonaventurae, elegans concinnavit:

*Officium S. Bonaventure*. Extat M.S. in generali Matritensi Archivio, num. 13. Cismontanæ Familiae, manip. 2. Vidi.

QUIDAM (29) MINORITA, Hibernus, typis dedit:

*Relationem de his, que patiuntur Catholicis in Regnis Angliae*. Extat in generali Archivio Matritensi, num. 16. Cismontanæ Familiae, manip. 2. num. 70. Vidi.

QUIDAM (30) MINORITA, Galilus, Author fuit operis Gallicè inscripti:

*Réligieuse de l'Ordre de S. Claire. Exercice spirituel: Avec une méthode pour faire l'Oraison Mentale, & parle Confesseur de l'Ave Marie de Paris. Parisijs 1647. in 12. Agitur de ipso, tom. 1. Bibliothecæ Barberinæ, fol. 48.*

QUIDAM (31) MINORITA, strictrioris Observantiae alumnus, natione Hibernus, scripsit:

*Conciones super Dominicas totius anni, quibus accedunt Conciones de Sanctis precipiis Tertiij Ordinis S. P. N. Francisci*. Vidi in Extremadura in Bibliotheca Conventus D. Isidori de Loriana Provinciae S. Gabrielis, sub littera B. num. 203. Est toto in 4. cuius initium: *Supuesto que el intento de la Iglesia Santa*.

QUIDAM (32) MINORITA, Hispanus:

*Historiam conscripsit quorundam Seruorum Dei, qui virtutibus floruerunt in Provincijs S. Evangelij, S. Gregorij Philippinarum, & de la Florida*. Vidi in generale Archivio Matritensi, vbi asservatur pluteo 1. num. 9.

QUIDAM (33) MINORITA, natione Gallus, ineditam reliquit:

*Historiam vita Rmi. P. Fr. Christophori Tom. III.*

lis Regul. Observantiae posteritati reliquit M.S.

Vitam V. Matris Elisabeth Theodora de Iesu in Conventu S. Crucis de Zafra. Vidi in generali Archivio Matriensis, num. 36. Familia Cismontanae, manip. 2. num. 22, ubi extat.

QUIDAM (42) MINORITA, Provincie S. Thomae in Orientalibus Indijs alumnus, narrante mihi Matri in anno 1729. Fr. Leandro à Rosario Provinciae Sancti Antonij Brasiliensis Theologo, scriptor Lusitanico idiomate, ac typis dedit tomum in 4. prænotatum:

*De directione Principi.*

QUIDAM (43) MINORITA, Passientis, eleganti stylo M.S. reliquit:

Elegias ad matrem S. Ludovici Regis. Affervantur in generali Archivio Matriensis, num. 62. Familia Cismontanae. Vidi.

QUIDAM (44) MINORITA, Hispanus, Provinciae Conceptionis Regular. Observ. filius, ineditum reliquit tomum in fol. amplectentem:

Historiam sua Provinciae ab anno 1540. ad usque 1678. Extat in generali Archivio Matriensis, pluteo 18. Familia Cismontanae, manip. 2. num. 43. Vidi.

QUIDAM (45) MINORITA, Hispanus, scriptis, ac edidit:

Manuale Chori cum intonationibus ad omnes horas, cum forma ad recipiendos Fratres ad professionem, & varijs benedictionibus. Est opus in 8. cujus in calce, ad studiosos sacri Chori quidam leguntur versus. Ecce primus:

*Qui summo capit is reddere debitas  
Laudes in numeris dulce sonantibus.*

Extat in Emeritensi Bibliotheca nostri Conventus Dominæ nostræ, vulgo de la Antigua, Provinciae S. Gabrielis, sub littera E. num. 10. sed initio caret. Vidi.

QUIDAM (46) MINORITA, publici juris fecit Duaci anno 1636. libellum, cui titulus:

Sacrarium Privilegiorum quorundam Seraphico P. Franciso à D. O. M. indulzorum. Aprobaverunt Doctores Duaceni, & omnium Ordinum S. Theologiae professores, quorum subscriptiones excipit Fr. Mathias Grouvvels, pag. 221. sive Historiae Criticæ Sacrae Indulgentiaræ, vulgo de Portuncula. Vidi.

QUIDAM (47) MINORITA, Hispanus, Provinciae S. Michaelis, Regular.

Observantiae filius, scriptis, non autem edidit:

Vitam V. Sororis Anne de Christo in Conventu S. Crucis de Zafra. Affervatus in generali Matriensis Archivio, plur. 36. Cismontanae Familiae, manip. 2. num. 23.

QUIDAM (48) MINORITA, Hispanus, Provinciae Castellanæ, vt suspicor, concinnavit de fructibus meditationis Passionis Dominicæ practicum opusculum Hispanico sermone, sub titulo:

*Scala Jacob.* Prodijt Matri in anno 1714. in charta expansa iconibus ornatum. Vidi.

QUIDAM (49) MINORITA, Hispanus, ex Discalceatis Provinciae S. Gabrielis, conscripsit:

*Apologeticum pro debita multiplicatione Conventuum Reformatorum.* Extat M. S. in 4. in Archivio generali laudatæ Provinciae. Incipit: *Encontreme.* Vidi.

QUIDAM (50) MINORITA, Italius, proprio sermone emissit:

Vitam S. Joannis à Capistrano. Romæ apud Joannem Franciscum Buagni 1690. in 16. Vidi.

QUIDAM (51) MINORITA, Hispanus, in publicum missit librum inscriptum:

*Regula, & Vita Fratrum Sacri Ordinis de Penitentia S. Francisci.* Hispali anno 1547. in 4. Vidi.

QUIDAM (52) MINORITA, Conventualis, natione Italus, publicavit vernaculè apud Bibliothecam Krystanam editam Hayæ Comitum anno 1727.

Privileggi, & statuti de lla Archiconfraternità de llo S. Stegmate di S. Francisco di Roma. Romæ anno 1605.

QUIDAM (53) MINORITA, Galilus, Provinciae S. Ludovici alumnus, Latine conscripsit:

Duplex officium Doctoris Seraphici, vnde cum elogio Christianissime Regine Anne Austriaca. Vidi in generali Matriensis Archivio, pluteo 15. manip. 2. num. 21. & 22.

QUIDAM (54) MINORITA, Conventualis, apud tomum primum Bibliothecæ Barberinæ, pag. 299. communes fecit:

*Constitutiones Urbanas Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci.* Romæ anno 1628. in 4.

QUIDAM (55) MINORITA, Hibernus:

*Carmina scriptis in laudem Sanctorum Complutensium, necnon Reverendissimorum Merinero, & Urbina, quæ affervantur*

Ma-

Matri in generali Ordinis Archivio, pluteo 16. Cismontanae Familiae, manip. 2. num. 7.

QUIDAM (56) MINORITA, Italicae scriptis, ac edidit, apud tomum secundum Bibliothecæ Barberinæ, pag. 538.

*Le primitie de lla Riformata Provincia de S. Francesco ditta di S. Thoma Apostolo, Overo vita di varijs Servi di Dio.* Venetijs anno 1676. in 4.

QUIDAM (57) MINORITA, Hispanus, Aragonensis Provinciae, communis juris fecit:

*Statuta ejusdem Provinciae Aragonum.* Cesaraugustæ anno 1684. in 4. Vidi.

QUIDAM (58) MINORITA, Hispanus, ex Discalceatis Franciscanis Italiam vulgarem fecit:

Vitam S. Petri de Alcantara, Hispanice scriptam à Fr. Joanne à S. Bernardo ejusdem Familiae alumno. Neapoli per Dominicum Antonium Parrin, anno 1705. Vidi.

QUIDAM (59) MINORITA, Hispanus, typis, ac latinitati donavit:

*Recopilationem Statutorum Generalium Familie Cismontanae.* Matri in 1704. in 4. Vidi.

QUIDAM (60) MINORITA, Lusitanus, ex Discalceatis Provinciae Pietatis, apud Nicolaum Antonium in sua Bibliotheca Hispana, verbo *Anonymus*, scriptis hujus tituli opus:

*Como San Francisco buscasse la pobreza.* Ulyssipone anno 1529.

QUIDAM (61) MINORITA, Lusitanus, ex Discalceatis Provinciae Pietatis, scriptis, ac edidit:

*Spirituale exercitium Catholicæ, ac Expositionem Orationis Dominicæ.* Prodijt Connibrice anno 1549. Ex Nicolao Antonio, tom. 2. Biblioth. Hispanæ.

QUIDAM (62) MINORITA, Hispanus, ex alumnis Castellanæ Provinciae Regul. Observ. edidit:

*Constitutiones Provinciae Castellæ.* Toli apud Joannem Xaure, anno 1595. in 4. Vidi.

QUIDAM (63) MINORITA, Lusitanus, apud modernum Authorem Bibliothecæ Hispanæ, tom. 2. verbo *Anonymus*, ex Discalceatis Provinciae Pietatis, vernaculè transtulit, ac edidit:

*Exercitia spiritualia Eschij.* Connibrice anno 1554.

QUIDAM (64) MINORITA, Hispanus, ex Discalceatis (Provinciae ignorato) in publicum missit:

*Apologiam pro Discalceatis.* Testem adduco Chronologum Provinciae S. Didaci in Bætica, tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 426.

QUIDAM (65) MINORITA, natione Hispanus, scriptis, ac edidit Matri libellum inscriptum:

*Methodus visitandi cum fructu Viam Sacram.* Vidi. Annūm verò editionis non reperi.

QUIDAM (66) MINORITA, Lusitanus, M. S. reliquit tomum in fol. historiographis hanc ingratum, sub hoc tulo:

*Coptofo Index,* è resolutaon de coufas nataveis, em que sucintamente se tocaon as vidas dos Papas, Emperadores, Reys de Espanha, è particularmente de Portugal. Vidi in Matriens Bibliotheca Conventus Regul. Observantiae, sub littera vnica A. num. 8. Incipit Prologus: *Froy bem notavel, è singular.*

QUIDAM (67) MINORITA, Hispanus, cum alijs doctis Minoritis conscripsit, & communis juris fecit egregium Apologeticum, ita prænotatum:

*Satisfacion por la Religion de San Francisco a los reparos que se han hecho contra los tres libros, ó partes de la Vida de la Virgen Maria, Madre de Dios, Reyna, y Señora nuestra, que escripto, como en los mismos libros se dice, por revelacion privada, la Venerable Madre Sor Maria de Jesus, de la Orden de San Francisco.* Matri in fol. Vidi.

QUIDAM (68) MINORITA, Galilus, Galicie, & Latine edidit volumen in 16. sub titulo:

*Hore via salutis.* Lugduni per Antonium Molin, anno 1728. Vidi.

QUIDAM (69) MINORITA antiquus, sub titulo:

*Serena Consciencia,* Regulam Seraphicam expoluit. Extat tractatu 2. libri inscripti: *Monumenta Ordinis Minorum,* à fol. 119. juxta editionem Salmantinam. Vidi.

QUIDAM (70) MINORITA, litteris tradidit:

*Vitam S. Elisabet Hungariae,* ex visis, & ab alijs certa fide acceptis. Sæpè hunc citat Authorem Sedulius in Commentario ad eisdem Sanctæ Vitam, fol. 591. & sequentibus.

QUIDAM (71) MINORITA, Lusitanus, Provinciae Pietatis alumnus, teste Nicolao Antonio, tom. 2. sua Bibliothecæ, typis dedit:



*Preparationem ad Communionem. Conimbricensis, ann. 1545. Et ibidem ann. 1548. in 4. Vidi, sub hoc titulo: Preparationem spiritual de Catholicos à SS. Comunban do corpo, & sanguine de nostro Senhor Iesu Christo.*

**QUIDAM (72) MINORITA**, Hispanus, Provinciae Conceptionis Regul. Observant. alumnus, conscripsit:

*Statuta Provinciae Conceptionis. Vallisoleti, ann. 1649. in 4. Vidi.*

**QUIDAM (73) MINORITA** vetustus, elaboravit illam

*Apologiam status Fratrum Minorum Regularis Observantiae, memoria dignata, quae extat tract. 2. libri inscripti: Monumenta Ordinis Minorum, à fol. 194. juxta Salmanticensem editionem. Vidi.*

**QUIDAM (74) MINORITA**, Italus, patro sermone evulgavit:

*Vitam S. Bonaventurae, adjectis Regula Minorum, Regula Tertiariorum, eorumque Indalgentijs, & Privilegijs. Venetijs apud Lucium Spineda 1607. in 8. Vidi. Habetur Pincia in Bibliotheca Comitis de Gondomar.*

**QUIDAM (75) MINORITA**, Hispanus, Provinciae S. Joseph Discalceatorum alumnus, in lucem dedit:

*Instructionem Novitiorum. Matrii apud Bernardum de Villa-Diego, anno 1670. in 4. Vidi.*

**QUIDAM (76) MINORITA**, Hispanus, ex Discalceatis Provinciae S. Pauli in Veteri Castella, typis dedit:

*Statuta Provinciae S. Pauli. Vallisoleti anno 1619. in fol. Vidi.*

**QUIDAM (77) MINORITA** antiquus, Author fuit celebris Apologiae, quam prænotavit:

*Defensorium Regularis Observantiae. Extat à fol. 205. libri inscripti: Monumenta Ordinis Minorum.*

**QUIDAM (78) MINORITA**, apud Sanderum, part. 2. Bibliothecæ Belgicæ, ineditam reliquit in 8.

*Vitam S. Francisci, & sociorum eius. In membran. servatur in Biblioth. Confondonca.*

**QUIDAM (79) MINORITA**, Hispanus, vernaculè vulgavit:

*Constitutiones Generales pro Religionis Ordinis S. Francisci Familiae Cismontanae. Matrii apud Regiam Typographiam, anno 1642. in 4. Vidi.*

**QUIDAM (80) MINORITA**, qui floruit saeculo 3. Religionis Seraphicæ, scriptit;

*Conciones de S. Francisco, & de gratia Dei. Duas habuit in membranis III. Tarraconensis, ipsomet teste in sua Bibliotheca Tarracone impressa ann. 1586. in 4.*

**QUIDAM (81) MINORITA**, ex Discalceatis Provinciae S. Joannis Baptista in Valentino Regno, scripsit:

*Ceremoniale Officij Divini. Valentia anno 1615. in 4. Ex Uvadingo in de Scriptoribus Ordinis Minorum.*

**QUIDAM (82) MINORITA** antiquus, Author fuit operis prænotati:

*Memorale Ordinis Fratrum Minorum. Extat tract. 2. libri inscripti: Monumenta Ordinis Minorum, à fol. 225. juxta editionem Salmantinam. Vidi.*

**QUIDAM (83) MINORITA**, natione Hispanus, M. S. reliquit:

*Miscellanea, vulgo Latina diversas à diversis Authoribus, regulares, moralesque materias, & conferentias complectentia. Vidi in Bibliotheca Conventus Matriiensis Regulari. Observant. sub litteris T. V.*

**QUIDAM (84) MINORITA**, Flandrico sermone ineditum reliquit tomum in 4.

*De Vita S. Francisci. Membran. codex affervatur in Biblioth. Confondonca, teste Sandero, parte 2. Biblioth. Belgicae Manuscriptorum.*

**QUIDAM (85) MINORITA**, Hispanus, ex Discalceatis Provinciae S. Petri Alcantarenis in Grauateni Regno, dedit in lucem:

*Constitutiones Prov. S. Petri de Alcant. Granatae typis Francisci Sanchez, anno 1670. in 4. Vidi.*

**QUIDAM (86) MINORITA**, scriptit, ac edidit:

*Postillam super Evangelia, & Epistolas totius Quadragesima. Rothomagi typis Martini Morin 1497. in 12. Ex Maittaire de Vitis Typographorum, fol. 39.*

**QUIDAM (87) MINORITA**, Hispanus, strictioris Observantiae alumnus in Discalceata S. Pauli Provincia M. S. reliquit tomum in 8. bipartitum, cuius titulus:

*Via perfectionis, & amoris, adiecta expositione Canticorum animæ. Repositum vidi in Archivio nostri Regalis Conventus S. Lazari Arevalensis. Floruit Religiosus Author ann. 1666.*

**QUIDAM (88) MINORITA**, Hispanus, Capuccinus, vernaculè emissit:

*Constitutiones PP. Capuccinor. Matrii apud Carolum Sanchez, anno 1644. in 4. Vidi.*

QUI-

**QUIDAM (89) MINORITA**, Hispanus, ex Capucinis, vernaculè vulgavit:

*Regulam S. Clara, & Constitutiones Capuccinarum Sanctissimi Crucifixi Romæ. Matrii typis Ludovici Sanchez, anno 1619. in 8. Vidi.*

**QUIDAM (90) MINORITA**, Gallus, ex Recollectis Prov. S. Andreæ, vna cum alijs consedit:

*Seraphica, sive Poemata viginti Invitam S. Francisci. Cracoviae anno 1594. sed vt noster Uvadingus hic præmonuit pag. 28. Hieronymi Mari-Petri opus est.*

QUIDAM (264) MINORITA, Hispanus, opusculum scripsit pro præservatione Beatissimæ Virginis à peccato originali, sub hoc titulo:

*Insignia quadraginta octo testimonia Dominicanorum. Incipit: S. Dominicus. Est opus in fol. asservatum in Matritensi Archivio, teste nostro Alva, col. 1270. suæ Militiae.*

QUIDAM (265) MINORITA, Latinè scripsit:

*De Immaculata Virginis Conceptione; opuscula tria, quæ inedita asservantur in Archivio Matritensi de mandato Rmi. P. Fr. Petri Manero. Consule nostrum Alva in sua Militia, col. 1270.*

QUIDAM (266) MINORITA, cuius jus meminit noster Alva, col. 1271. suæ Militiae, in publicum missit tomusculum in 16. prænotatum:

*Conclusiones principaliores decrpta ex scripto Oxonensi Doctoris Subtilis, collata cum Sententijs S. Augustini Magni Ecclesie Luminis. Duaci anno 1640.*

QUIDAM (267) MINORITA, Gallois, vernaculè emisit:

*Fratel spiritales fanatici Franciscant. Parisijs apud Nicolaum Fosse 1615. in 12. Vidi.*

QUIDAM (268) MINORITA, Provinciae S. Jacobi, ex commissione Capituli Generalis Toleti celebrati anno 1583. composuit:

*Ceremoniale Divini Officij pro Fratribus Ordinis Minorum. Quod Joannes Ovandus edidit Toleti 1591. Uvadingus, pag. 28.*

QUIDAM (269) MINORITA, Hispanus, vernaculè publicavit:

*Regulam, ac Testamentum S.P.N. Francisci, adjicatis Pontificijs Declarationibus. Matriti 1621. in 4. apud Bibliothecam Tellerianam, fol. 182.*

QUIDAM (270) MINORITA, Umbria, Gualdensis, scripsit:

*Vita Sanctorum Umbriae, & præsertim Diœcesis Nucerinæ.*

*Chronica Gualdensis Oppidi. ejusdem Diœcesis. Habentur omnia manuscripta in Biblioth. Cœnobij Gualdensis. Ex Uvad. pag. 28.*

QUI

## FRANCISCANA

QUIDAM (272) MINORITA, Italus, idiomate proprio posteritati dedit:

*Vitam S. Clarae Assisiensis. Incipit: O Clara digni virtude spacio lumenoso. Mediolani apud Philippum Casanum, anno 1491. in 4. Vidi in Bibliotheca Hispalensis Ecclesiæ.*

QUIDAM (273) MINORITA, Gallois, opus edidit prænotatum:

*Discursus duo elucidatorij Privilegiorum specialium alma Prov. Francie Ord. Minor. Rhemis 1646. in 8. apud Bibliothecam Tellerianam, fol. 207.*

QUIDAM (274) MINORITA, Latinus, vernaculè vulgavit, opus prænotatum:

*Thesaurem virtutum. Methymna Campi apud Petrum Castro, anno 1543. in 4. Vidi.*

QUIDAM (275) MINORITA, Parisiensis, professione Capuccinus, Theologus, ac Poeta eruditus carmine heroico, sub titulo: *Francisiades*, foras dedit:

*Vitam S. P. N. Francisci in 25. libros distributam. Parisijs per Nicolaum Reusset 1658. in 8. Genuensis, ex Uvadingo.*

QUIDAM (276) MINORITA, Hispanus, è Provincia Angelorum Reg. Observantia, ynà cum expositione litterali Regulæ Seraphicae ejusdem Marchant edita Antuerpiæ, typis Gulielmi Lestenij 1648. in 8. Vidi.

*Annotationes 13. Selectionis de uia Synodorum elaboratae à Fr. Petro Marchant, Minorita. Habentur, ynà cum expositione litterali Regulæ Seraphicae ejusdem Marchant edita Antuerpiæ, typis Gulielmi Lestenij 1648. in 8. Vidi.*

QUIDAM (277) MINORITA, Capuccinus, Gallus, Provinciae Normaniæ opusculum evulgavit vernaculè, sub titulo:

*Oblectiones spirituales animæ devote, pro exercitio solitudinis, & meditationibus vnius mensis. Ex Genuensi, pag. 26.*

QUIDAM (278) MINORITA, Hispanus, Provinciae Angelorum Regul. Observ. edidit:

*Compendium sacrum variarum devotarum orationum, sermone Hispano. Hispani typis Thomæ Lopez de Haro, anno 1678. in 16. Vidi.*

QUIDAM (279) MINORITA, Gallois, ex Provinciae Normaniæ, professione Capuccinus, publici juris fecit:

*Spiritum Religionis Seraphicae, Gallicè, multoties impressum Parisijs, & Rothomagi, teste Genuensi, pag. 26.*

QUIDAM (280) MINORITA, Hispanus, Provinciae Angelorum Regul. Observantia, filius, in Conventu Palensis Oppidi Diœcesis Cordubensis, anno 1630. Hispanice scripsit:

*Canones spirituales alphabetica methodo ex operibus Fr. Joannis ab Angelis de promptos. Extat M. S. in 4. in Bibliotheca Hispalensis Conventus S. Antonij Paravini. Incipit vernaculè: Adoracion. Vidi.*

QUIDAM (281) MINORITA, Hispanus, è Provincia Angelorum Reg. Observantia, Vir sanè eruditus, vernaculè scriptis volumina duo in 4. magno:

*De Reginime Monacharum. Extant in Bibliotheca Hispalensis Conventus Divi Antonij Ulyssiponensis. Procedit alphabeticè, & incipit vernaculè: Abadesa. Vidi.*

QUIDAM (282) MINORITA, Italus, Regul. Observantia Provinciae Romanæ, in publicum misit:

*Apologeticum pro Familia B. Andreae Caetili a Spello. Lucæ per Sebastianum Dominicum Cappuri, anno 1727. tom. 2. in 4. Vidi.*

QUIDAM (283) MINORITA, Hispanus, ex Regul. Observantia Prov. Aragonum adjectit:

*Annotationes 13. Selectionis de uia Synodorum elaboratae à Fr. Petro Marchant, Minorita. Habentur, ynà cum expositione litterali Regulæ Seraphicae ejusdem Marchant edita Antuerpiæ, typis Gulielmi Lestenij 1648. in 8. Vidi.*

QUIDAM (284) MINORITA, Hispanus, ex Discalceatis, vt credo, communis iuriis fecit vernaculè:

*Relationem Martyrij B. Joannis de Prado. Hispali apud Ludovicum Estupinan, anno 1631. in fol. Vidi.*

QUIDAM (285) MINORITA, Hispanus, ex Provinc. Carthaginensi Regul. Observ. edidit:

*Ceremoniale sacrum ad usum ejusdem Prov. Hispana lingua. Vidi, sed absque loco, & anno.*

QUIDAM (286) MINORITA, Hispanus, in publicum missit in charta expansa:

*Expositionem paraphrasiticam extrahitam, à medulla litteralis expositionis Cantici Magnificat, quam pro Mysterio Immaculatæ Conceptionis V. Marie ediderat Fr. Petrus de Alva, Minorita. Incipit: Exulta gens*

gens Mariæ. Vidi in Hispalensi Bibliotheca Conventus S. Antonij Provinciæ Angelorum.

QUIDAM (287) MINORITA, Hispanus, communem fecit tractatum in fol.

*De Jurisdictione Minorum.* Vidi, sed absque loco, & anno. Habetur Matrixi in Bibliotheca Conv. Reg. Observ.

QUIDAM (288) MINORITA, Hispanus, Hispalensis Collegij S. Bonaventurae alumnus, scripsit:

*De duratione Guardianorum in suis Officijs.* Exstat M. S. in 4. in Biblioth. Hispalensis Conv. S. Antonij. Incipit vernaculè: *En la Religion.* Vidi.

QUIDAM (289) MINORITA, Hispanus, Capuccinus, ex Provincia Aragonum, typis dedit à se conscriptam:

*Vitam S. Felicis à Cantalito.* Capuccini. Cæsaraugustæ anno 1649. Ex Torrecilla in Catalogo, fol. mihi 108.

QUIDAM (290) MINORITA, Italius, vernaculè vulgavit compendiosa methodo:

*Vitam S. Francisci Solani.* Romæ per Petrum Ferri, anno 1725. in 8. Vidi.

QUIDAM (291) MINORITA, Hispanus, ex Regul. Observantia Provinciæ Conceptionis, vernaculè emissit:

*Instructionem Novitiorum.* Vallisoleti apud Petrum Lasso 1616. in 4. Vidi. Et ibidem per Alphonsum del Riego 1718. in 8. Vidi.

QUIDAM (292) MINORITA, Italius, sermone patrio succinctè scripsit:

*Vitam S. Jacobi à Marchia.* Romæ apud Georgium Placho, anno 1726. in 8. Vidi.

QUIDAM (293) MINORITA, Italius, lingua materna missit in publicum:

*Vitam, Martyrium, ac Miracula S. Joannis de Prado Discalceati.* Romæ apud Berabò, anno 1728. in 4. Vidi.

QUIDAM (294) MINORITA, Hispanus, Mexicani Conv. Prov. S. Evangelij alumnus, Hispanè reddidit:

*Theatrum Orbis terrarum, seu tertiam partem Atlantis novi,* ex Latino Guilielmi, & Joannis Blau. Est tomus in fol. M. S. custoditus Matrixi in Bibliotheca Ducas de Alburquerque. Vidi. Incipit: *Italia. Todo quanto el Asia.*

QUIDAM (295) MINORITA, Italius, sermone proprio foras emissit:

*Legendarium Sanctorum, ac Beatorum Tertiij Ordinis S. P. N. Francisci.* Vincen-tia typis Magistri Rigi à S. Urso, in 4. absque anno. Vitæ in eo contentæ vitæ sunt:

B. Galeoti Roberti de Arimino.

B. Thomasutij.

B. Angela de Fulgino.

S. Ludovici Regis Galliae.

S. Elzearij.

S. Elisabethæ.

S. Ieronis. Incipit vernaculè: *Ato gloria so Dio per molti modi.* Vidi in Bibliotheca Hispalensis Ecclesiæ.

QUIDAM (296) MINORITA, Italius, ex Capuccinis Provincia Genuensis, munere Concionator, Italicè, dialogetica methodo edidit:

*Instructionem vita Christianæ, juxta Sacram Paginam, & Sanctoros Patres.* Pri-mò Genuæ anno 1538. Secundò in Civita-te Astensi 1540. in 8. Ex Genuensi, & Torrecilla laudatis.

QUIDAM (297) MINORITA, Italius, patrio sermone vulgavit:

*Floretum S. Francisci.* Venetijs per An-dream à Benetti, anno 1484. in 4. Vidi in Bibliotheca Hispalensis Ecclesiæ. Incisit: *Opera devotissima.*

QUIDAM (298) MINORITA, no mine Gometius, interditas reliquit:

*Quæstiones Quodlibetales in via Scotti.* Habentur in Biblioth. PP. Præmonstraten-sium Conv. de Retuerta non procul à Vallisoleto, vnà cum *Commentariis cuiusdam Hieronymi Pardo super Sententias Holchot.* Fortassis Gometius hic diversus non est à Gometio laudato tomo 2. hujus Bibliothecæ, pag. 20.

QUIDAM (299) MINORITA, Italius, proprio idiomate misit in publicum:

*Vitam V. Fr. Andree de Spoleto Martyris.* Est opus in 4. editum anno 1517. absque loco, apud Bibliothecam Hispalensis Ecclesiæ. Incipit vernaculè: *Puis q: ainsi est.* Vidi.

QUIDAM (300) MINORITA antiquus, opus scripsit, cuius titulus:

*Abbreviatio Statutorum, tam Papalium, quam Generalium, cum Ordinario Roma-no.* Lugduni anno 1518. in 4. Vidi in Bi-bliotheca Hispalensis Ecclesiæ.

QUI-

QUIDAM (301) MINORITIA, no mine Salmanticensis Conventus, Regul. Observantiae Compostellanæ Provin-ciæ, typis mandavit opus inscriptum:

*Censura Salmantina pro opnegrata My-stica Civitate Dei* (opera sunt V. Matri Mariæ à Jesu de Agreda) propaganda. Salmantica anno 1697. in 4. Vidi.

QUIDAM (302) MINORITA, Hispanus, Prov. Angelorum, scripsit, ac edidit vernaculè:

*Statuta peculiaria pro regimine laudata Provincia.* Salmantica apud Joannem Fernandez, anno 1592. in 4. Vidi.

QUIDAM (303) MINORITA, Italius, opus mysticum edidit vernaculè, sub inscriptione:

*Fasciculus spiritualis.* Neapoli apud Benzi 1689. in 32. Vidi.

QUIDAM (304) MINORITA, Hispanus, scripsit idiomate proprio:

*Exercitia Via Crucis, vnâ cum ejus utilitatibus.* In 8. absque loco, & anno. Vidi in Bibliotheca Hispalensis Conventus S. Antonij.

QUIDAM (305) MINORITA, inde ditum reliquit tomum inscriptum:

*Sermones de Dominicis, & Festis habiti Lutetie Parisiorum.* Hos Romam attulit Emin. Cardinalis Franciscus Maria de Bagni, teste Fr. Francisco à S. Augustino Macedo in *Diatriba de Adventu S. Jacobi in Hispan.* fol. 232.

QUIDAM (306) MINORITA, Hispanus, Prov. Angelorum alumnus, vernaculè vulgavit:

*Ordinationes pro regimine laudata Provincia.* Hispali per Joannem de Caberra, anno 1627. in 4. Vidi. Prodierunt etiam 1633. in 4. Vidi.

QUIDAM (307) MINORITA, Italius, ex Prov. Picena Capuccinorum, Italicè edidit:

*Tractatum de vulneribus Salvatoris nostri.*

*Meditationes in Hymnum Veni Crea-tor Spiritus.* Venetijs 1583. Ex Genuensi.

QUIDAM (308) MINORITA, Hispanus, cognomento Escardo, Prov. Ca-talaunæ alumnus, scripsit diversa volu-mina

*De Vitis Sanctorum, & ibi Vitam B.* Tom. III.

Daciæ. Floruit anno 1425. tempore Martini V. Ex Angelo Vidal in Chron. M. S. laudata Provincia, apud Generale Ordinis Matri-tense Archivium. Consule Uvadingum, tom. 5. Annal. fol. 167.

QUIDAM (309) MINORITA, Galilus, Prov. S. Bonav. Regularis Observ-alumnus, Gallicè emissit:

*Historiam, & vitam S. Regina Virginis, & Martyris.* Parisijs 1651. in 12. & Augustoduni in 12. teste Jacobo Le-Long in Suppleni. fax Gallicæ Bibliothæcæ, pag. 899.

QUIDAM (310) MINORITA, Italius, compilavit, ac edidit:

*Regulam, ac Testamentum B. Francisci, adjectis Constitutionibus, & alijs ad vari-versam Religionem spectantibus.* Brixiae typis Joann. Britannici 1502. in 4. apud Biblioth. Tellerianam, pag. 182.

QUIDAM (311) MINORITA, cognomeno Pollna, fidem si facias Arturo in Martyrologio Franciscano ad diem 33. Maji.

*Historiam Anglicanam* scripsit. Hunc idem Arturus in Catalogo AA. Minoritam facit, Dominicanum verò in laudato Martyrologio ad diem 3. Junij, §.3.

QUIDAM (312) MINORITA, nomine Tiburtius, professione Capuccinus, scripsit:

*Musicale* editum anno 1648. Consule tom. 2. hujus Biblioth. pag. 5. col. 1.

QUIDAM (313) MINORITA, Italius, recognovit, ac edidit:

*Regulam, ac Testamentum S. Francisci, adjectis declarationibus Pontificijs, ac Statutis Generalibus.* Ursellæ apud Satorium 1604. in 12. apud Biblioth. Tellerianam, fol. 207.

QUIDAM (314) MINORITA, Galilus, vernaculè scriptit:

*De devotione S. P. N. Francisci, ex ejus Vita, Regula, ac scriptis de prompta.* Parisijs apud Viduam Antonij Lambin 1703. in 12. Vidi.

QUIDAM (315) MINORITA, Capuccinus, natione Italus, Apostolicus Concionator, publici juris fecit vernacu-le Annas Meditationes, sub titulo:

*Annus dolorosus Sanctæ Virginis.* Mel-sanæ apud Vincentium de Amico, anno 1702. Ex Trevoux hoc anno in mense Decembri.

QUI-

## BIBLIOTHECA

QUIDAM (316) MINORITA, Gallois, opusculum edidit:  
De Regula Tertiij Ordinis S. Francisci. Parisijs typis Petri Uvite 1704. in 12. Vidi.

QUIDAM (317) MINORITA, Gallois, cognomento *Bosc*, vernaculè scripsit:

*De Pœnitentia, ac Sacra Communione.* Parisijs per Joann. Remij 1647. in 4. apud Bibliothecam Tellerianam, fol. 51. Communes quoque Gallis fecit:

*Conciones P. Narni, Capuccini, teste Cornelio à Beughen, fol. 48. suæ Bibliothecæ Curiosæ.*

QUIDAM (318) MINORITA, Hispanus, Mexicano sermone scripsit:

*Concionem de S. P. N. Francisco. Habetur Toleti in Bibliotheca Ecclesiæ, arca 29. num. 14.*

QUIDAM (319) MINORITA, Theutonicæ litteris tradidit:

*Vitam S. Francisci P. N. quæ ut M. S. citatur à multis.*

QUIDAM (320) MINORITA (teste Rodulpho, lib. 1. Hist. Seraph. Religio- nis) scripsit:

*Vitam S. Antonij Paduani anno 1616. quæ fuit approbata à Fr. Jacobo Sauri Ministro Prov. S. Antonij, & à toto Capitulo Veronæ habito, ubi cantum est à Patribus, ut per totum Ordinem habere- tur, & legeretur. Subjungit sedulius fol. 204. Hæc an sit, quam à Laurentio Surio exscriptam ad diem 13. Junij, tomo 3. rescribimus, haud temere affirmem, opinari licet.*

QUIDAM (321) MINORITA, Ital- ius, edidit in 4. Regali, & cum Imagini- bus, anno 1598.

*Vitam S. P. N. Francisci*, laudatam à Fr. Petro de Alva, tabula 1. apud suum egregium opus prænotatum: *Natura Prodigium*.

QUIDAM (322) MINORITA, Si- culus, litteris tradidit:

*Vitam V. Fr. Benedicti de S. Fradelo ejusdem Instituti. Afferetur inedita in 4. in Archivio Ordinis Matritensi. Vidi.*

QUIDAM (323) MINORITA, Prov. duodecim Apostolorum alumnus, scripsit, ac edidit vernaculè:

*Apologiam pro Regularibus Missionariis.* Linæ per Franciscum Lasso 1619. in fol. Vidi.

QUIDAM (324) MINORITA, apud Paprochium ad diem 19. Martij.

*Hymnum in laudem B. Marci à S. Ma- ria Minorita, ac Martyris concinnavit. Incipit: O fidus nuper emicans, &c.*

QUIDAM (325) MINORITA, His- panus, Regul. Observ. Compostellanæ Prov. vernaculè exaravit:

*Somnum Scipionis.* Habetur M. S. in 4. in Zamorense Bibliotheca S. P. N. Fran- cisci. Vidi. Insuper:

*De Philosophia, ac Theologia, tomos 6.* in 4. Extant ibidem. Vidi.

QUIDAM (326) MINORITA, His- panus, Hispanè scripsit:

*Ordinem judicialem.* Habetur M. S. in 4. Octoduri in Bibliotheca Conv. S. P. N. Francisci, sub littera G. num. 194. Vidi.

QUIDAM (327) MINORITA, Cas- puccinus, opus publicavit inscriptum:

*Perfectus Missionarius, Gallico sermo- ne, anno 1658. in 8. Nota, nomine Fr. Francisci de Tolosa, Capuccini insigni- tum impressum haberit anno 1662. tomis 2. in 4.*

QUIDAM (328) MINORITA, His- panus, Regul. Observ. Compostellanæ Prov. opus egregium elaboravit præno- tatum:

*Expositio quædam in D. Apostoli Pauli ad Hebreos Epistolam.* Habetur M. S. in 8. in Zamorense Biblioth. Conv. Regul. Ob- serv. Vidi. Opus est, me judge, valde distinctum ab *Expositione in eandem Epis- tolam* Fr. Gasparis Uzeda superius laudati tomo 2. pag. 12. Hic enim scripsit ver- naculè, & in 4. & præ manibus habeo.

QUIDAM (329) MINORITA, ex Discalceatis, Hispanè publicavit:

*Enarrationem clasis Missionariorum Discalceatorum, sub auspicijs Immaculatae Conceptionis Deiparæ.* Matriti in 4. Vidi.

QUIDAM (330) MINORITA, ex Capuccinis, edidit:

*Historiam Missionis Marochiensis anno 1644. in 8.* Tribuitur Fr. Franciscus de An- jou, seu Andegavensi, Capuccino, ex Genuensi, tomo 1. hujus Bibliothecæ, pag. 357.

QUIDAM (331) MINORITA, His- panus, litteris tradidit vernaculè:

*Historiam Sanctorum Martyrum Jap- ponienorum Petri Baptista, & Sociorum eius ex authenticis testimonijis, ad Philip- pum III. Hispaniarum Regem.* Afferetur M. S.

## FRANCISCANA.

M. S. in 4. Matriti in Bibliotheca Mar- chionis de Villena.

QUIDAM (332) MINORITA, His- panus, anno 633. ad Committia Genera- lia Ordinis missit:

*Enarrationem Vita V. Fr. Mathiae Hern- andez Granizo Angelopolitanæ.*

QUIDAM (333) MINORITA, Ga- llus, vernaculè edidit:

*Vitam S. Francisci Solano.* Linæ anno 1727.

QUIDAM (334) MINORITA, His- panus, ex Discalceata Provinc. S. Gabrie- lis, scripsit:

*Apologiam pro eadem Provincia. De ea Fr. Petrus de Alva in Militia, col. 1297.*

QUIDAM (335) MINORITA, Flan- der, ex Recollectis, edidit:

*Vitam S. Jacobi de Marchia.* Laudatam à D. Andrea de Barcia in sua Bibliotheca Indigo, tit. 23. pag. 852.

QUIDAM (336) MINORITA, His- panus, Discalceatae Prov. S. Gabrielis alumnus, ineditum reliquit tom. in 4.

*De Oratione, ac rebus mysticis.* Habetur in Archivio ejusdem Prov. scrinio 9. num. 62. Vidi.

QUIDAM (337) MINORITA, His- panus, ex Discalceata S. Gabrielis Prov. scripsit vernaculè:

*Multiplicium Condonum,* tomum in 4. M. S. Extat ibidem num. 63. Vidi.

QUIDAM (338) MINORITA, His- panus, Hispanice edidit:

*Discursum Scholastico-Historicum, & Asceticum de mirandis novis, ac vetustis Dominae nostræ de la Barca in Oppido Mu- gia Compostellani Archiepiscopatus.* Prodij sub nomine Salmantini Collegij Prov. S. Jacobi, Salmanticæ, ex officina Eugenij Garcia, anno 1725. in fol. Vidi.

QUIDAM (339) MINORITA, His- panus, Latinè conficit:

*Tabulam copiosam rerum notabilium in Concionibus Illust. Fr. Roberti de Licio Minorita, & Episcopi Aquinatis contenta- rum.* Habetur Matriti in Biblioth. Conv. Regul. Observ. sub litt. K. num. 120. Ex- plicit: Rogo, et quantum possis legas stu- deas, mediterisque, & fies sapiens, &c. Vidi.

Tom. III.

QUIDAM (340) MINORITA, His- panus, ex Discalceatis, vernaculè evul- gavit:

*Enarrationem solemnitatem Matriten- sium pro Beatificatione Sanctorum Marty- rum Japonienorum Petri Baptista, & So- ciorum eius.* Matriti anno 1627. in 4. Vi- di. Incipit: No cumplera.

QUIDAM (341) MINORITA, Ita- lius, & vt audio, Sacrae Theologiae Pro- fessor, Latine scripsit, ac edidit:

*Metrica elogia librorum V. Matris Ma- ria à Jesu de Agreda.* Bruxellis in 8. Vidi. Vide superius verbo *Maria à Jesu de Agreda*, pag. 324. tomo 2. hujus Bibliothecæ.

QUIDAM (342) MINORITA, libe- lum publicavit, sub titulo:

*Vita Franciscana ad Cœlestis Jerusalém continentis Historiam narrationem de inta- tio, & progressu Ordinis Seraphici, ejus- demque S. Regulan, & Testamentum, una cum selectissimis precibis, Litanias, Officiis, & Appendice diversorum, Fran- ciscanis viatoribus pro quotidiano v/a, & devotione accommodata.* Passavij typis Geor- gij Adami Holler 1695.

QUIDAM (343) MINORITA, His- panus, ex lingua eleemosyna in vernaculæ latine transtulit, ac edidit:

*Libros 5. de Natura Angelica ab Illustre D. Fr. Francisco Ximenez conscriptos.* Burgis apud Fidericum à Basilea 1516. in fol. Vidi.

QUIDAM (344) MINORITA, His- panus, vernaculè edidit, & ligato ser- mone:

*Cantirum Virginit. Incipit: Al Schön de los Cielos. Præmitit:*

*Stationem ad S. Antonium Patavinum.* Matriti in 32. Vidi.

QUIDAM (345) MINORITA, His- panus, Hispanè emissit:

*Lumen ad Viam Sacram visitandam.* Ma- triti in 32. absque anno. Vidi.

QUIDAM (346) MINORITA, Re- gularis Observ. Prov. S. Jacobi, vernac- ulè edidit:

*De excellentijs Fidei, tomum in 4.* Joa- ni Martínez Siliceo tunc Principis Caroli Imperatoris filij Praeceptoris nuncupatum. Compluti apud Joannem Junctam 1537. Ex D. Nicolao Antonio, tomo 2. pag. 267.

## BIBLIOTHECA

• QUIDAM (347) MINORITA, Hispanus, vernaculè emissit:

- *Enarrationem cuiusdam miraculi, quo Deus decoravit Mysterium Immaculatae Conceptionis Deiparæ, in Oppido Zuera Caesarang. Diœcesis, in Regno Aragonum die 17. Marcij anno 1621.* Prodiit eodem anno, ex typographia Caſaraugustana Joannis Lanaja, in fol. Vidi, & authentum.

• QUIDAM (348) MINORITA, Hispanus, ex Latino S. Bonaventuræ Hispanis communicavit:

*Contemplationem Vita Christi.* Valentia 1588. in 8. Vidi.

• QUIDAM (349) MINORITA, Hispanus, in vulgarem linguam convertit:

*Alphabetum S. Bonaventuræ.* Conchæ apud Cornelium Bordan, in 16.

• QUIDAM (350) MINORITA, Hispanus, in Hilpanicum vertit:

*Stimulam amoris S. Bonaventura.* Beaçiae 1551. in 4. Hi tres commemorantur à D. Nicolao Antonio, tomo 2. suæ Bibliothecæ, pag. 269.

• QUIDAM (351) MINORITA, Hispanus, teste laudato Authore Bibliothecæ Scriptorum Hispanicæ, ibidem pag. 271. vernaculè scripsit ad Serenissimam Catharinam Portugalliae Reginam:

*Devotionis Mysteria.* Burgis apud Joannem Junctam 1537. in 4. Vide superius verbo *Quidam* 208.

• QUIDAM (352) MINORITA, Hispanus, patro sermone publicavit, opus prænotatum:

*Crux Christi.* Medina apud Guilielum de Milles, sed prohibetur.

• QUIDAM (353) MINORITA, Hispanus, strictioris Observantiae Discalceatorum in Provincia Bætica S. Didaci alumnus, edidit:

*Multiplicita carmina Latinæ, & Hispanæ in laudem glorioſissimi Martyris Joannis de Prado recentè Beatorum Catalogo adferunt.* Prodierunt Hispali in pluribus chartis expansis anno 1728. in fol. Vidi.

• QUIDAM (354) MINORITA, nomine, vel cognomine David, publici juris fecit:

*Sermones Adventuales.* Parisijs 1664. in 8. Ex Bibliographia Anissoniana edita Lugduni 1702, in 8. pag. 46.

• QUIDAM (355) MINORITA, inde ditam reliquit:

*Vitam V. Fr. Rogerij Galli Franciscani laudatam à Georgio Cardolo, tomo 1. Agiologij Lusitani ad diem 28. Januarij, pag. 282.*

• QUIDAM (356) MINORITA, nomine, vel cognomine Junius, communis fecit:

*Sermones super Evangelia Dominicorum, ab Adventu, usque ad Pentecosten.* Antuerpiæ 1611. in 8.

*A festo Pentecostes, usque ad Adventum.* Ibidem 1610. in 8. Ex Bibliographia Anissoniana edita Lugduni 1702. pag. 133. Nisi velis eumdem esse cum Baldinno Junio laudato tomo 1. hujus Biblioth. pag. 173.

• QUIDAM (357) MINORITA, Torenensis, edidit anno 1534.

*De superbenedicto nomine Iesu contemplationis speculum.* Consule Atturum in Martyrologio Franciscano ad diem 14. Januarij, juxta editionem factam Parisijs anno 1653.

• QUIDAM (358) MINORITA, scriptor:

*Lectiones 9. de S. Francisco laudatas in Bibliotheca Bodleiana, cod. 2004. num. 18. sub B. 3.*

• QUIDAM (359) MINORITA, à S. Bonaventura distinctus, exaravit, opus prænotatum:

*Devota, & frequens meditatio Virorum Religiosorum Ordinis Fr. Minorum.* Extrahit in Comitatu Cumbriæ, in Bibliotheca Comitis Carloli, clasie 1. cod. 612. num. 2. vt habet at tomo 2. librorum M.SS. Angliae, pag. 14.

• QUIDAM (360) MINORITA, ad vsum Ordinis concinnavit, ac edidit:

*Rituale.* Parisijs. in 8. Ex Bibliographia Anissoniana edita Lugduni 1702. pag. 453.

• QUIDAM (361) MINORITA, Hispanus, vernaculè emissit tomum in 8.

*De Exercitiis Eremitarum S. Francisci* Barcinone anno 1625. Ex eadem Bibliographia Anissoniana, pag. 460.

• QUIDAM (362) MINORITA, Hispano sermone compilavit:

*Exercitia spiritualia ad vsum Discalceatorum.* Antuerpiæ 1622. in 8. cum Imaginibus. Ex eadem Bibliographia, pag. 460.

• QUIDAM (363) MINORITA, Hispanus, Hispana lingua evulgavit:

*Enar-*

## FRANCISCANA

*Enarrationem Martyrij Discalceatorum S. Francisi.* Matriti 1599. in 8. Ex eadem Bibliographia, pag. 473.

• QUIDAM (364) MINORITA, Italicu idiomate scriptor, ac edidit:

*Opusculum de devotione erga S. Antonium Patavinum.* Venetijs 1690. in 24. Ex eadem Bibliographia, pag. 486.

• QUIDAM (365) MINORITA, Hispanus, Latine emisit Apologiam prænotatam:

*Summula Minor Majori Lectori Pbilosophiae,* in 8. Vidi. Habetur Matriti in Biblioth. Conv. Regul. Obsrv. sub littera E. num. 54.

• QUIDAM (366) MINORITA, Hispanus, Apologiam evulgavit, sub titulo:

*Contienda de la ignorancia, y malicia,* in 8. Incipit: *Como la verdad.* Vidi. Habetur ibidem, sub litt. E. num. 54.

• QUIDAM (367) MINORITA, Hispanus, vernaculè edidit in 8. Apologiam prænotatam:

*El examen del Prado.* Extat ibidem. Vidi. Tribuitur R. P. Fr. Petru de Alva.

• QUIDAM (368) MINORITA, Hispanus, vernaculè reddidit ex Italicu idiomate:

*Stationem ad S. Paschalem.* Valentia anno 1716. Vidi.

• QUIDAM (369) MINORITA, Hispanus, Hispana lingua edidit utilissimam, ac brevissimam:

*Regula Seraphica expositionem, adjecto Sacerdotum exercitio.* Vallisoleti anno 1730. Vidi.

• QUIDAM (370) MINORITA, Hispanus, ex Burgensi Provincia Regul. Observantiae, edidit Latino sermone:

*Dissertationem de Tyranno qui occidit Jacobum Fratrem Joanni.* Incipit: *Confat ex Sacra Scriptura.* Matriti in fol. Vidi.

• QUIDAM (371) MINORITA, Hispanus, publici juris fecit lingua Hispana, sub ficto nomine Fr. Francisci Bonifaz.

*Praxim universalem Doctrinæ Christianæ, ad mentem S. Bonaventure.* Matriti per Thomam Rodriguez 1723. Vidi. Accedit Exercitium Sancte Cracis.

• QUIDAM (372) MINORITA, Hispanus, ex Provincia Burgensi Regul. Ob-

servantæ ex operibus, & opusculis V.M. Mariæ à Jesu de Agreda computavit, ac edidit perutilem libellum prænotatum:

*Exercitia spiritualia.* Tertiadecima editio, quam vidi, facta est Matriti apud Thomam Rodriguez Frias, anno 1725.

• QUIDAM (373) MINORITA, Hispanus, ex Regulari Obsrv. Prov. Burgensis, Latine emisit:

*Dissertationem de Ordine, & tempore fundationis Cathedrae Romanae, in qua disolvuntur principalioria argumenta Hæreticorum adversus Traditiones illius. Incipit: *Jus successionis.* Matriti, in fol. Vidi.*

• QUIDAM (374) MINORITA, strictoris Observantiae Discalceatorum, communes fecit vernaculè:

*Vitas Sanctorum, Beatorum, ac Venerabilium Fratrum Discalceatorum.* Prodierunt in folio, in chartis expansis, anno 1640. Vidi.

• QUIDAM (375) MINORITA, Hispanus, ex Discalceata Provincia S. Gasparielis scripsit:

*Officium S. Rose Viterbiensis.* Incipits *Divini respirat amoris languida sponsa.* Vidi, & ineditum habeo in 8.

• QUIDAM (376) MINORITA, Hispanus, ex Regul. Observant. Prov. Conceptionis, vernaculè emisit tomum in 4.

*De privilegijs trium Ordinum S. P. N. Francisci ab Innocentio III. usque ad Benedictum XIII.* Prodiit anno 1728. sub nomine laudatæ Provinciæ. Vidi.

• QUIDAM (377) MINORITA, Hispanus, materna lingua evulgavit devotam

*Stationem ad Deiparam immaculatæ conceptam.* Vallisoleti, in 8. absque anno Vidi.

• QUIDAM (378) MINORITA, Hispanus, vernaculè edidit:

*Considerationes 22. super Indulgientias Hispali per Antonium Alvarez, anno saec. latis 1545. in 8. Vidi. Ad ejus calcem ita legitur: *Tractatus iste fuit compilatus in Conventu Fratrum Minorum, propè Oppidum de Xarandilla Provincia Angelorum;* per quendam Religiosum predicti Conventus anno Domini millefimo quingentesimo sexto, ad laudem, & gloriam Domini nostri Jesu Christi, ejusdemque Virginis Mariæ, ac Beatissimi P. nostri Francisci.*

QUIDAM (379) MINORITA, natione, vt Iuspicio, Gallus revidit illuſtravit, ac correxit

Sermones Quadragesimales Fr. Bartolomei de Pisis Ordinis Minorum, juxta editionem Lugduni factam in 8. typis Romani Morini, anno 1519. die 3. mensis Februarii. In ejus enim capite ita legitur: Sermones lucidissimi, & insignes dubiorum, & cajuno, conscientialium contemptivi, & elucidativi super Evangelis quadragesimalibus R. P. Fr. Bartolomei de Pisis, Ordinis Minorum bactenus nusquam impresi diligentè revisi, visitati, & correcti per certum Fratrem in alma Parisiensi Universitate famosum Religiosum Ordinis ejusdem omnibus prædicantibus perutiles: Vidi. Aſſervator Abulæ in Bibliotheca Conv. S. Antonij sub C. num. 34.

QUIDAM (380) MINORITA, Hispanus, ex Discalceata Provincia S. Pauli, vernaculè emisit:

Formularium ad vsum ejusdem Provincie. Salmanticæ anno 1707. in 8.

QUIDAM (381) MINORITA, veterus, opus edidit Concionantibus perutile, cui titulus:

Anima fidelis. Editio antiqua in 8. habetur in Castella Veteri, in Bibliotheca nostri Conventus Dominae nostræ de Cardillejo. Vidi.

QUIDAM (1) REGULARIS, ex Tertiariis Franciscanis, natione Gallus, edidit:

Statuta Congregationis Gallicanae Fratrum, & Sororum Tertiij Ordinis Seraphici fratris Observe. Lugduni apud Morillon 1614. in 4. apud Bibliothecam Tellorianam, fol. 182,

QUIDAM (2) REGULARIS, ex Tertio Ordine Franciscano emisit:

Decreta pro Congregatione Longobarda, Venetijs 1551. in 4. apud Biblioth. Tellorianam, fol. 182.

QUIDAM (3) REGULARIS, ex codice Ordine compilavit:

Bullas, aliaque litteras ad Tertiarios Gallia spectantes. Parisijs 1644. in 4. apud Biblioth. Tellorianam, fol. 182.

QUIDAM (1) SÆCULARIS, ex Tertiariis Franciscanis Matriensis, vernaculè publicavit:

Enarrationem redemptoram, subtilijs ejusdem V. Tert. Ordinis de Pænitentia. Matrii 1724. in 4. Vidi.

QUIDAM (2) SÆCULARIS, ex exp̄eſe alumnis Tertiij Ordinis Seraphici, natione Lusitanus, vernaculè vulgaravit:

Regulam Fratrum Secularium Sancti Tertiij Ordinis de Pænitentia, enī cum ejus Statutis. Editio secunda, quam vidi facta est Ulysipone typis Antonij Fernandez, anno 1620. in 8.

QUIDAM (3) SÆCULARIS, Hispanus, Hispalensis, ex Tertio Ordine Franciscano, eruditam

Glossam elaboravit super illud celeberrimum carmen:


*Todo el mundo en general  
A voces, Reyna escogida,  
Diga que sois concevida  
Sin pecado original.*

Confuse Fr. Petrum de Alva in Militia, col. 1295.



RADUL-

R



A D U L P H U S  
COLEBURGUS,  
Anglus, qui primum  
Parilijs, deinde Oxoniæ mirè floruit, ac  
Sacrae Paginæ Professor magna cum  
laude fuit, ex Lelando, & Thoma Ecclestons aliqua sue doc-  
trina monumenta posteris reliquit, led quæ-  
nam illa fuerint, ait Pitheus, non invenio.  
Claruit anno 1260. Agit quoque de eo  
Fr. Angelus a S. Franciso in suo Certami-  
ne Anglico.

RADULPHUS (alijs ROBERTUS)  
RADIMPTON, seu RADIPTONUS,  
natione Anglus, Theologus Minorita,  
plures, vt securi, exposuit libros Biblio-  
rum, ac scriptis:

Super 4. libros Sententiarum.  
Lecturas Scholasticas. Floruit anno  
1350. Hunc à sequenti, ex Possevino,  
distinctum ponit laudatus Fr. Angelus à  
S. Franciso ibidem.

RADULPHUS RADIMPTORIUS,  
Anglus, Academia Oxoniensis Doctor  
Theologus, ab acumine ingenij, termo-  
nis elegantia, lingua promptitudine, di-  
cendi, & quidvis eloquendi mīra cum fa-  
cilitate, tūm felicitate, cum singulari  
quadam gratia, dictus ab Hitoricis, vul-  
go: Facundus Apollo. Sacrarum Scriptu-  
rarum lectione quotidiana, meditatione  
perpetua mirifice delectatus: scriptus in  
varios, tūm Veteris, tūm Novi Testa-  
menti textus, vt inter alios Pisanus, Pos-  
sevinus, & Uvadingus testantur:

Commentariorum libros plures.  
Super Magistrum Sententiarum, lib. 4.

Lecturas Scholasticas, lib. 1.

Quæstiones Ordinarias, lib. 1. Claruit  
anno 1350. teste Uvitte, pag. 57. sui Ca-  
zalogi illuſtr. Scriptor. Ordinis.

RANULPHUS LOKESLIUS, An-  
glus, Oxoniensis Coenobi filius, in bo-  
narum literarum studijs ab adolescentia  
educatus, Lelando teste, tūm in Philo-  
sophia, tūm in Theologia fructus uber-  
im produxit, & Oxoniæ tandem Sacrae  
Theologie Doctor creatus, Professor  
constitutus, Magistri Lombardi sententias

ex prima Cathedra publicitus docuit, ejus-  
que textum eruditis Commentarijs illus-  
travit. Quantæ autem fuerit pietatis, &  
doctrinæ, scripta, quæ posteris reliquit,  
locupletes testes esse possunt, edidit:

Super Magistrum Sententiarum, lib. 4.  
De Panepistete Boangelica, lib. 1.

Super Ariſtotelis opera varia, libros plus  
res, & alia quadam. Uvadingus, Pitheus,  
Angelus a S. Franciso, & alii. Jacet se-  
pultus inter Minores Uvigoreze. Consule  
Historiam Univers. Oxoniens. tom. 1. lib.  
1. fol. 75. Obiit anno 1310. teste Uvitte,  
pag. 55. sui Catalogi Illuſtr. Scriptor. Or-  
dinis.

RAPHAEL ASTENSIS, Pedemon-  
tanus, Capuccinus, in Genuensi Provin-  
cia Diffinitor, ac sanctis moribus conspi-  
ciens; Italice scripsit ad formam Dialogi  
volumina duo super Regulam Fratrum  
Minorum, inscripta:

Lima Sancti Francisci, & Summorum  
Pontificum. Aſſervantur Genuæ in suo-  
rum Bibliotheca, & ad calcem tomī se-  
cundi

Testamentum ipsius propria manu con-  
scriptum anno 1572. Obiit Genuæ anno  
1596. Ex Bibliotheca Scriptorum Capuc-  
inorum, pag. 281.

RAPHAEL AVERSA, Minorita,  
emisit volumen in 4.

De Eucharistia, Pænitentia, & Extra-  
ma-Unione. Bononia anno 1642. Ex  
Catalogo librorum Theologorum Catholicorum  
typis tradito Genuæ anno 1725.

RAPHAEL BOSCH, Hispanus,  
Gotholaniensis Provinciae Regulatis Ob-  
servantia Provincialis Minister, commu-  
nem fecit:

Vitam B. Salvatoris ab Horta. Barcino-  
ne 1639. in 8.

RAPHAEL CASSINA, Capucci-  
nus, natione Italus, Mediolanensis, ejus-  
demque Provinciae eruditus Conciona-  
tor, ac moribus clarus, edidit, Genuen-  
si teste, Conciones diversas de Sanctis,  
inter quas extat impressa.

Concio de Sancto Carolo Borromeo ab eo  
habita Mediolani in Ecclesia Metropoli-  
tana in festo anniversario ejusdem Sanc-  
ti, die 4. Novemboris, anno 1618. Medio-

Iani apud Joannem Baptis tam Bidellum, anno 1622.

RAPHAEL DE CLAYES, Gallus, Marchionis de Clayes filius, Vir in Provincia Normanniae Minorum Capuccinorum religiosa pietate, & multiplici eruditione insignis, litteris prodidit opus egregium ita prænotatum:

*Sublimes, & profundæ Theologie, ac Morales veritates de Augustissimo Eucaristie Sacramento super quatuor transcendentalia entis, unitatis, veritatis, & bonitatis, que in sublimi hoc mysterio eucce sunt in 4. tom. in 4. distributum. Impresum fuit priori Rothomagi anno 1649. secundò Abrincijs anno 1653. vt Genuensis testatur.*

RAPHAEL DUMANS, Capuccinus, cuius virtutes miris laudum commendationibus, & juvenes, & tenes at tollebant, in Persarum Regno, inter quos Missionarii Apostolici inunere fuisse triginta duobus annis mansit, anno 1674. ficitur:

*De Missione Persæ Epistolam laudatam, ex Benedick in suo opere Persicæ inscripto Zebil Suttum, à D. Andrea Barcia in sua Bibliotheca Indica, titulo 9. pag. 287.*

RAPHAEL DIEPPENSIS, Gallus, Capuccinus, Provinciæ Normanniensis Concionator, linguis Hæbraica, Græca, & Arabica eruditus, qui Apostolicis Missionibus deditus, Gailæ Hæreticos non paucos, & Americae ingentem Infidelium numerum è Satanæ fauibus eripuit, præ lo dedit:

*Methodum facilem ad convincendum quemlibet Hæreticum, opus meritò laudatum à Genuensi, Dupino, & Didaco Le quile De Scriptoribus qui pro Ecclesia Romana dñicarunt. Prodiit post alias editiones Lugduni anno 1669. & 1671.*

*Compendium earundem Controversiarum. Rothomagi, & Parisijs 1645. & 1652. & 1661. in 8. Haud sine sanctitatis fama obiit in Missionibus Novæ Galliæ in America anno 1648.*

RAPHAEL A FONTE, Florentinus, ex Minoritis Conventionalibus, Ter tiariorum Visitator, vernaculè emissit:

*Speculum Cœlestium Thebaeaurorum Confraternitati Funiculi Franciscani concesso rum. Florentiæ apud Michelagnolum, anno 1598. in 12. Vidi.*

RAPHAEL A FONTE, Florentinus, ex Minoritis Conventionalibus, Ter tariorum Visitator, vernaculè emissit:

RAPHAEL CUITART, Hispanus, ex Oppido Bisbal Diœcesis Gerundensis, Lector emeritus, à Theologicis Censuris S. Inquisitionis, Ex-Provincialis Gothœ laniensis Provincia Regularis Observantiae, n. oribus, ac doctrina fulgens, elabordavit:

*Compilationem precipuarum disputatio num, & questionum cum suis probabilitioribus opinionibus Theologia Moralis R.P. Fr. Bartholomai Mafri Minorite, volum. 4. in 4. Vidi.*

*Pars prior, quæ continet Disputationes de Cenfuriis in genere, & in specie: De Sacramentis in genere, & in specie: Et Indicem Diffinitionum. Prodiit Gerundæ apud Hieronymum Palol, anno 1680. in 4.*

*Pars secunda, continet Disputationes de Dominio: De Contractibus in genere, & in specie: Et Indicem Diffinitionum. Ibidem anno 1682. in 4.*

*Pars tertia, continet Disputationes, de Legibus, de Conscientia, de Peccatis, de Statu Clericali, de Statu Religioso, de Indulgentijs, de Bulla Cruciate, & Jubilo, de Suffragijs: Et Indicem Diffinitionum. Ibidem anno 1684. in 4.*

*Pars quarta, continet Disputationes, de Preceptis Virtutum Theologicarum, Decalogi, sive Divina Legis, Ecclesiæ, de Excommunicationibus, & suspensionibus à jure latis, de modo quo in confessione se debet gerere confessarius circa pænitentem. Barcinone apud Antonium Ferrer, & Bal thasarem Ferrer, anno 1687. in 4. Cohonestatur elogio Petri Serra de Prodigis Angelorum, pag. 252. num. 337. Claretano anno 1682.*

RAPHAEL AB HERISONIO, Capuccinus, natione Gallus, Provinciæ Lugdunensis Concionator, Novitiorum Moderator, ac iteratò Guardianus, Vir in Theologia Scholastica, Morali, & Polemica, vti Genuensis narrat, admodum fundatus, atque pietate, & doctrina inter alios laudatissimus, prælo submissit:

*Explanationem Sacrosancti Sacrificij Missæ, juxta Romanii Missalis præscriptum. Lugduni apud Petrum Valfray, anno 1690. in 4. Vidi.*

RAPHAEL A SANCTA MARIA, Gallus, Sacra Theologia Lector, Provinciæ S. Mariæ Magdalena Recollectorum Diffinitio, ac Provinciæ Recollectorum Sanctissimi Sacramenti anno 1673. ediderat tomis novem:

*Historiam Christianismi. Item ex ejus Epise*

*Epistola ad Franciscum à Bononia Generalem totius Ordinis Ministerum data anno 1705. die 20. Januarij. (asservatur in Generali Ordinis Matritensi Archivio pluteo laudatæ Provinciæ S. Mariæ Magdalena) Ad prælum parabat opus egregium, sub titulo:*

*Genius Sanctorum Patrum, id est, omnia eorum opera compendiata reducta ad Sententias forma scholastica.*

RAPHAEL MELITENSIS, Capucinus, Siracusana Provinciæ Minister Provincialis, Messanensis quoque, ac Panormitanæ Commissarius Generalis, Vir apud Genuensem, magnæ virtutis, ac omnigenæ doctrinæ lumine clarus, ex his, quæ ad prælum parabat, ineditas reliquit in sua Provincia.

*Lectiones in libros Sententiarum ad mentem Scoti, & alias lectiones, tam Scholasticas, quam Morales ab omnibus Viris doctis maximè commendatas. Obiit in Conventu S. Philippi ejusdem Provinciæ, dum divinas laudes sano corpore in Choro cum fratribus psalleret.*

RAPHAEL NANETENSIS, Gallo, in Provincia Britanniæ Minorum Capuccinorum doctus, ac devotus Concionator, vernaculè emissit opus piissimum hoc titulo insignitum:

*Exaltatio Coronæ Domini nostri Iesu Christi. Rhedonis anno 1638. in 8. De eo Uvadingus, & Genuensis.*

RAPHAEL A PURIFICATIONE, Lusitanus, strictioris Observantia Discalceatorum, Sacra Theologia Lector, ac Brasiliensis Provinciæ S. Antonij Pro-Minister, Latino sermone evulgavit:

*Figmenta Cabalistici enodationem. Ulys siphone ex officina Ferreyriana, anno 1728. in 4. Vidi.*

RAPHAEL SIMINUS, Minorita, adscribitur numero Illustrium Scriptorum Ordinis, in Catalogo Fr. Augustini de Uvi te, pag. 55.

RAPHAEL SORIA, Hispanus, ex Oppido Hellin Diœcesis Carthaginensis, ejusdemque Provincia Regularis Observantiae Theologus, typis paravit vernaculè volumen in 4. sub titulo:

*Compendium Morale. Morte præventus ineditum reliquit in Eliocratensi Conventu ejusdem Instituti.*

RAPHAEL DE SURDIS, Italus, Casalensis, Provinciæ Genuensis Mino-

rum Capuccidorum Provincialis Minis ter, Vir litteris, concionandi eminentia, ac singularibus artim, & corporis doti bus exornatus, multa, recensente Genueni, scriptis digna ejus calamo, quæ sub nomine fictio fuerunt evulgata, in ter quæ sunt:

*Parabrahis doctissima in Psalmos. Confulta varia, legalia, & regularia; Potesta diversi generis, & epigramma ta. Obiit in Conventu Vulturij anno 1650.*

RAPHAEL VENTAJOL, Hispanus, Provinciæ Majoticarum Regul. Observantiae Apostolicus Concionator, Custos, ac Terra Sanctæ Procurator, Arabico idiomate scriptis:

*Libros de Vanitate Mundi, necnon Meditationes Divini Amoris, Hispanice conscriptas à V. Minorita Fr. Didaco Stella, Pariter idiomatici Arabico tradidit:*

*Historiam Deipara semper Virginis ser moni Hispano conscriptam à V. Matre Maria Jesu de Agreda. Arabicum fecit tomum primum; tomum autem secundum luce orbatus semiplenum reliquit Hieron imolys in Conventu Salvatoris, vt ex relatione didicit Fr. Blasij Francisci Salamanca Minoritæ Apostolici Concionatoris, ac Provinciæ S. Michaelis Regul. Observ.*

*Diffinitoris, qui ibidem præ manibus habuit anno 1704. Authorem commendat Fr. Franciscus à Jesu Maria in suo Patri monio Seraphico, lib. 6. cap. 37. Eum laudat vernaculè Hispanus quidam, ita canens:*

*Rafael es Medicina,  
Segun el Texto profundo,  
Y otro Rafael del mundo  
Sus vanidades fulmina.  
Al Ciclo nos aveclna,  
Ten tanto celeste ardor  
Se dilata su fervor,  
Quanto en Arabigo estilo  
La Ciudad de Dios, asylo  
Le dió en conquistas de Amor.*

RAYMUNDUS A S. ANNA, Hispanus, ex Capuccinis Aragonensis Pro vincia Apostolicus Concionator, prælo dedit vernaculè volumen in 8.

*De Varijs notabilibus ad Theologiam Moralem spectantibus. Vidi Hispali in Conventu S. Antonij, sed absque loco editionis, & anno.*

RAYMUNDUS AVONIENSIS, Gallus, Concionator, ac Minister Pro vincia

Vincialis Provinciae S. Ludovici Minorum Capuccinorum, Vir religiosa pietate clarus, atque in rebus Poeticis eruditus, Gallicè evulgavit:

*Politiam Curiae.* Lugduni anno 1612. in 8. Latinè etiam:

*Virgilium Christianum.* Opus, ut Generous testatur, per modum centonum ex versibus Virgilianis depromptum, & in tres partes distinctum. Prima pars intitulatur: *Christus patiens.* Secunda pars: *Mulier fortis, scilicet Magdalena pugnans in spelunca Massiliensi.* Tertia pars: *Pastor illustris.* Agit de miraculosa pontis constructione in Civitate Avenionensi facta à Benedicto Pastore, cum solemni translatione corporis ejusdem Sancti facta intra eandem Urbem in Ecclesia Patrum Cœlestinorum anno 1675. tom. I. in 4.

**RAYMUNDUS AUGERIJ**, Gallus, Mimatensis, laudatur à Uvadingo, vii Author quorundam

*Commentariorum in Politica Aristotelis.* Consentit Tosignanus. Memoratur à Fr. Augustino de Uvite, pag. 55. sui Catalogt.

**RAYMUNDUS CARON**, natione Hybernus, strictioris Observantiae alumnus, & Parisijs Theologus Jubilatus, scriptis luculentissimè, ac edidit opera prænotata:

*Apostolatus Missionariorum per universum mundum.* Cum obligatione Pastorum quoad manutentiam Evangelij, Regulis actionum humanarum, & methodo conferendi cum hereticis, quibuscumque, ac infidelibus. Parisijs in 8. sumptibus Antonij Bertier via Jacobea sub signo fortunæ 1659. Vidi. Ejusdem sunt:

*Controversia Generales Fidei contra Infideles omnes Judeos, Mahometanos, Paganos, & cujuscumque sectæ Hæreticos.* Parisijs typis Frederici Leonard 1660. in 4. Vidi.

**RAYMUNDUS A CONVERSIO-**NE, Lufitanus, ex Tertiariis Regularibus, emisit vernaculè:

*Manuale Chorale, ac Processionale.* Connimbricæ per Rodericum de Carvallo, in 4. anno 1675. quo florebat. Vidi.

**RAYMUNDUS LACHMAN**, Diocesis Tolosæ tempore Reformationis Congregationis Gallicanæ Tertiariorum, quæ contigit sub Clemente VIII. recensit è Gallia, & Italis se subjicit, fuitque Minister Conventus S. Antonij de Padua

in suburijs Tiburtinijs. Procuravit imprimi typis Cameræ Apostolicae Antonij Bladij opusculum, iub hoc titulo:

*Ista sunt indulgentia, privilegia, & gratia Tertiij Ordinis S. Francisci per plares, & diejaros Pontifices, &c. A se compositum, vti referi Franciscus Bononus in suo Chronologio.*

**RAYMUNDUS LULLIUS** (alijs REMUNDUS EREMITA) Hispanus, Doctor illuminatus n. eritò dictus, Tertiij Ordinis Seraphici non vulgaris alumnus, quem R. P. Nicolau Caelinus (alijs misis præconijs apud Francilogium P. Castel, lib. 2. cap. 15. §. 7. num. 426. videndis) *magnum Dei servum, Virum piu[m], & doctum, atque Divino plenum amore, & caelesti prorsus scientia imbutum, meritò appellat, & cui perperam, ex ejusdem appellationis confusione nonnulli decepati, errores attribuere Neophyti Raymundi à Tarraga cuiusdam Instituti Religiosi improbi alumni (cujus memoriam condemnavit Gregorius XI. vii constat ex ejus Apostolico Diplomate, quod N. Uvadingus in Archivio Vaticano perlegit, & Franciscus Peña exscriptus) ex incredibili labore, quo Infidelium procuravit conversionem, & ex innumeris litteratum monumentis in perpetuis itineribus ad posteros transmisit, ad miraculum vñque commendatur. Et quidam, vt Uvadingo vtar, si qua labes in scripta irrepererat, si qua macula sunt conspersa, illam abundè suo cruento diluit, et si quid atramento peccavit, sanguins pro Fide Christi sparso generosè correxit. Martyrij gloria invictam omnem superavit, et si quid aliundè licet objetat, hoc uno arguento retunditur, quod pro Christo animam posuerit, et que se totum obtulerit; Bugiæ enim in Africa sanguine pro Fide effusso, lapidibus obtutus est anno 1315. die 29. Junij. His additæ apud Baleares Insulas officium in die festa ipsius cani in magnifico Minorum Templo, vbi corpus ejus honorifice quiescit. Vallisoleti quoque in Bibliotheca RR. PP. Benedictinorum semel, atque iterum aspexi editionem priorem *Artis generalis* à nostro Raymundo conscriptæ, cuius inscriptio exterior ita est: *Dives Raymundus.* Cumque certissimè constet eum correctioni, & judicio Ecclesiæ omnia sua subjecisse opera, ex hoc capite non minus orthodoxia, quam sanctitas Lullij astatim vindicatur post Uvadingum à P. Joanne Baptista Salterio continuatore Bollandi*

tom.

tom. 5. de Actis Sanctorum mensis Junij, & Hispanicè ab Illustrissimo Cornejo, tom. 3. Chronicor. Ordinis, lib. 3. cap. 50. Nunc ad suorum operum abyssum me verto. Potissima, ait Uvadingus, penes se habuisse, eorum Catalogum efformans per varias classes distinctum. Pariter D. Nicolaus Antonius in sua Bibliotheca Veteris Hispaniæ, lib. 9. cap. 13. ex Alphonso Præaza. Omnem insuper industriam in operum compilatione ex injuncto Philippi II. Hispaniarum Regis adhibuit Doctor Arias de Loyola, cuius syllabus habetur in Regia Bibliotheca Scorialis M. S. ij. & I. Ex his, alijsque Nomenciatoribus, & Bibliothecis non paucis quoque, quæ ad manus meas deveneræ primò incensum referam typis publicata, ac inedita per suas classes distincta. Secundò impressa, ac manuscripta, de quibus dubitari licet, imo in quibus præfertim hærent matuti animi viri. Tertiò demum ejus Interpretes, scilicet Elucidatores.

### Opera omnia Invicti Martyris Raymundi Lullij.

#### Artium Generalium Libri.

**A RS magna.** Argentorati 1619. ac prius Parisijs 1548. in 16. Vidi. Prodigij elimata Lugduni 1617. in 4.

*Ars brevis de auratu caballistico, sive ad omnes scientias introductio.* Incipit: *Quoniam quidem omnibus.* Excusit Zetnerus Argentorati 1616. in 8. Extat M.S. in Bibliotheca Regia Scorialis, & Barcinone in Schola, & Matriti in Regia Bibliotheca. Vidi.

*Ars inventiva veritatis.* Incipit, ait Uvadingus: *Ars prefens ab arte demonstrativa descendit.* Excusa fuit Valentia, & extat Barcinone in Schola, teste Loyola.

*Ars brevis, quæ est imago artis, quæ dicitur: Ars generalis, sive magna, scripta anno 1307. impressa Tutiafone, alijsque in locis in 4. incipit: Ratio quare factimus istam artem.* Vidi. Extat etiam inedita in 4. in Bibliotheca Regia Scorialis. Vidi.

*Ars generalis ultima*, incepta Lugduni 1305. & finita Pisij in Monasterio S. Dominici 1308. impressa varijs locis, & ultimo Majoricis, typis Hæredum Gabrielis

Guasp. correcta, & districtius divisa per Fr. Franciscum Marcal. anno 1645. Incipit: *Quoniam multas artes fecimus.* Vidi.

*Ars generalis.* Barcinone in Schola. Incipit, teste Uvadingo: *Ars, sive scientia.*

*Ars compendiosa, tantum scripta ibid.* Vidi in Bibliotheca Hispalensis Ecclesie.

*Ars demonstrativa veritatis.* Ibidem. Incipit: *Quoniam omnis.*

*Ars scientie generalis.* Ex Indice Proæzæ.

*Ars penultima.* Incipit, teste Uvadingo: *Quoniam scimus istam.* Et extat Barcinone M.S.

*Ars inquirendi particularia in universilibus.* Barcinone in Schola. Incipit: *Cum apud nos.*

*De experientia realitatis artis generalis.* Extat M. S. ibidem, & incipit apud Uvadingum: *Quoniam experimentum.*

Brevis declaratio artis demonstrativæ. Incipit: *De natura anima rationalis.* Majoticis.

*Lectura super figuris artis demonstrativa.* Barcinone in Schola. Incipit: *Quoniam Deus, & appellatur Liber Chaos, vti testatur Uvadingus, licet alius habeatur liber sub titulo: Chaos magnum.* Lectura servatur Aſſisij in Bibliotheca Minorum.

*Theorica in artem magnam.* Aſſisij in Bibliotheca Minorum. Incipit: *Quoniam multas artes.*

*Lectura super Arte breve cum practica;* Barcinone in Schola. Ex Loyola.

*Ars ad acquirendam secreta naturalia.* Incipit: *Ars ista abbreviata.* Extat Aſſisij.

*Lectura super tota arte demonstrativa.* Barcinone in Schola. Fortassis hic est liber propositionum, secundum artem demonstrativam compilatus, à Uvadingo laudatus. Incipit: *Ab arte demonstrativa trahit hoc opus exordium.*

*Applicatio artis generalis ad speciales.* Vernaculè. Incipit: *Deus gloriosos.* Habetur Aſſisij.

*Introductorium ad artem demonstrativam.* Citatur in isto libro Lullus, eritque proinde alicuius Lullistæ. Incipit: *Introductio artis demonstrativa tradere voluntis.* Sed sub titulo: *Productorius liber artis demonstrativa.* Extat M. S. Barcinone in Schola, Loyola teste.

*Liber conditionum.* Incipit: *Accidit quod Raymundista.* Aſſisij in Bibliotheca Minorum.

*Ars demonstrativa veritatis.* Ineditum assertur Barcinone in Schola, & prodij

Parisijs anno 1369. Incipit: *Quoniam hæc ars demonstrativa.*

*Janua Artis.* Barcinone anno 1489. in 8. Vidi.

*Liber correlativorum innitorum*, scriptus Parisijs anno 1309. impressus Valentia per Gregorium Costilla cura Alphonsi Proaza die 9. Decembris 1512. Incipit: *Quoniam ignoratis.* Habetur M. S. Majoricis, & Barcinone.

*Tabula generalis ad omnes scientias applicabiles*, fuit incepta in Portu Tunici 15. Septembri 1292. & finita Neapoli in Octava Epiphaniæ 1293. Incipit: *Ratio quare ista tabula ponitur.* Habetur M. S. in Schola. Vidi.

*Ars compendiosa inveniendi.* Incipit: *Aponinus.* Ex Uvadingo. Extat Barcinone in Schola.

*Alia ars compendiosa.* Incipit: *Hæc ars compendiosa.* Ex eodem.

*Lectura brevis super artem inventivam veritatis.* Incipit: *Gircà quod,* & habetur M. S. Barcinone in Schola. Et alia Majoricis, cuius initium: *Nota, quod sciendum est.*

*Liber de declaratione scientia inventivæ.* Ex Indice Proaza, & incipit apud Uvadungum: *Primo ad inveniendum.*

*Arbor Scientia*. Prodijt Lugduni opera Gilberti de Villers 1515. in 4. Vidi. Arbor quæstionalem ita claudit: *Finivit, & complevit Raymundus hanc arborum cum juvamine, & gratia Dei, quem laudavit, & benedixit, quia sibi gratiam fecit in principio, in medio, & in fine hujus arboris, & quia ipsum de labore magno liberavit. Et à Deo misericordiam petit, si in aliquo negligens fuerit in tractatu hujus arboris, & si in aliquo erravit in ipsa, exacta scientia non erravit, sed ignorantem. Et supplicat Sancto Domino Papæ, & suis fratribus, quod bunc librum gratiantur accipiant, & ipsum corrigant, si in se aliquem errorem contineat, &c. In hujus operis commendationem habes epigramma Jodoci Badij, cuius initium:*

*Suscipe Remundi celesti lumine clari,*

*Aurea in arboribus mala scientificis, &c.*

*Habetur M.S. membran. in fol. Matriti in Regia Bibliotheca. Vidi.*

*Liber dictus Martyrologium*, in quo varia habentur. Vidi in Bibliotheca Hispalensis Ecclesie. Fortè hic est liber: *Martyrologium appellatus*, cujus meminit sententia diffinitiva pro Raymundi doctrina; apud D. Nicolaum Antonium.

*Liber de omnibus que continentur in tempore, scilicet momento, hora, die, septimana, mense, anno, & multis festivitatibus*. Habetur in Bibliotheca Hispalensis Ecclesie. Vidi.

*De questionibus abstractis ab Homero*. Vidi ibidem.

*De fine omnium, & disputationum contra Hereticos*. Habetur M. S. in 4. in Bi-

E 2 blios

## BIBLIOTHECA

bibliotheca Hispalensis Ecclesiae. Vidi. Explicit ita: *Finit Raymundus librum de Fine in mense Aprilis anno 1305.*

Index eorum, quæ ambiguè, vèl perperam nomine Lullij circumferuntur.

*Liber Mercurionum.* Incipit: *Fili oportet. Vocatur etiam: Lux Mercuriorum.*

*Liber dictus Apertorum.* Incipit: *Sapientes afferunt. Est liber de Alchimia.*

*Liber dictus Reportorium.* Incipit: *Aqua nostra philosophica.*

*Ars Intellectus.* Incipit: *Sunt plures nimis errantes.*

*Practica.* Incipit: *Corruptio, & depuratio.*

*Magia naturalis.* Iste impressi sunt Coloniae anno 1567. Incipit: *Compendium artis Magicae.* Prodierunt etiam Norimbergæ 1546.

*Libri duo de secretis natura, sive de quinta essentia.* Venetijs impressi sub anno 1542. simul cum libris quinque Alberti Magni de mineralibus, & rebus metallicis, & Norimbergæ 1546.

*Liber de questionibus mortis.* Incipit: *Super librum de quinta essentia.*

*Liber testamenti, seu Theoria Lapidis.* Habetur in Theatro Chimico.

*Clausula testamenti.* Extat ibidem. Huic similes: *Testamentum.*

*Eluctatio testamenti ad Regem Odoardum.*

*Godicillus, seu Cantinella ad Regem Anglorum.* Coloniae 1576. in 12.

*Diadema Roberti.* Extat in Theatro Chimico. Huic assimiles: *Accuraria Epistola ad Regem Rupertum: Potestas dignitarum.*

*Liber dictus vade mecum.*

*Liber dictus de numero Philosophorum.*

*Liber experimentorum.* Huic similes: *Lullij experimenta in vellere aureo: Lullij experimenta cum elucidatione secreti occulti.*

*De inventione secreti occulti:* Huic con similes: *De intentione Alchimistarum.*

*De quinta essentia, & alijs qui prodierunt Argentorati, & Norimbergæ.*

*Liber dictus Proprietarium.* Huic similes: *Lapidarium: De lapide, & oleo Philosophorum: De rectificatione perlaru: Ars curatoria: Magnalia Alchimie.*

*Altus liber de Magia, cui assimiles: Liber de magisterio.*

*Liber de Tincturis.*

*Liber de Medicinis secretissimis.*

*Liber Aporismorum.*

*Liber de Mercurio solo.*

*Epistole medice.*

*Liber de viribus aquæ ardentis.* Et alij libri putide relati in Bibliotheca Petri Robellio Castrensis in sua Bibliotheca Chimica edita Parisijs in 8. anno 1654. Nunc subjicio Catalogum Librorum B. Raymundo perperam imputatorum juxta mentem Continuatorum Bollandi.

*Libelli aliquot Lullij chimici.* Basileæ editi apud Petrum Pernam 1572.

*Alia congerii Cotingius de Hermetica, & Paracelsica Medicina, in cap. 27.*

*Ars brevis de auditu Caballisticæ.* Prodiit Argentorati apud Zetznerum cum arte brevi, & arte magna, & alijs Raymunde 1609. in 8.

*Liber de venatione.*

*De Articulis Fidei Chimice.*

*Liber de lumine.*

*Practica de terminis militis.*

*Philosophia desiderata.*

*Epistola ad Regem Rupertum:*

*De libris suis chimicis, & accertatione;*

*Liber de intentione, alias inventione Alix chimistarum.*

*De conservatione vita humana.*

*Magia Chimica.*

*Liber de investigatione secreti occulti.*

*Alphabetum Chimicum secretum.*

*Arbor artis chimica cum expositione, & subiecta triplici appendice.*

*De aqua prima.*

*De distillatione aquarum.*

*De operatione, vel practical lapidum presiosorum.*

*Liber lucis Mercuriorum.*

*Arbor Philosophalis.*

*Practica arboris Philosophalis.*

*De lapide Physico.*

*De lapide Philosophorum.*

*De Alchimia arte, ac Philosophia recentiora.*

*De arte Chimica, & transmutatione metallorum.*

*Liber de peste.*

*Liber qui dicitur Synodalis Ecclesie.*

*Disputatio facta inter Ingetum Contandum Mercatorem Genuensem, & quosdam Judeos.*

*Arbor scientiarum.*

*Artificium, seu Ars brevis ad absolvendam omnium artium encyclopediam.*

Mo-

## FRANCISCANA:

igitur consule Uvadingum, tom. 3. ad ann. 1315. num. 10. præcitatum Illustrissimum Cornejo, & Continuatores Bollandi.

Interpretes; ac Elucidatores inservienti Martiris Raymundi Lullij.

Habuit Raymundus noster sectatores plurimos, tūm in Gallia, tūm in Germania, tūm maximè in sua Majoricensi Academia, quos inter eorum, qui vel opera sua exornarunt illustrationibus, vel glossis, vel ejus vitam conscripsere, hic appendimus album.

Jacobus Faber Stapulensis, Parisijs editi libros de modo mirifice contemplandi, & laudandi Deum, desiderans reliquias, quos Lullius scriperat Arabicè, Latinè, & Catalanè. Extant omnes quinque libri Barcinone in Schola, Loyola teste.

Janus Lassinius Minorita, de quo in hac Bibliotheca.

Bernardus Gavinetæ, vt in hac Bibliotheca.

Basilius Poliviænsis, vt in eadem.

Hugo Carbonellus, vt in eadem Bibliotheca, & apud Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 26. Martij, S. 5.

Franciscus Marzal, de quo ibidem.

Ivo Parisiensis, vt in eadem Bibliotheca.

Arnaldus Alberti, teste Vincentio Mut, lib. 8. Historia Majoricensis, cap. 6. fol. 356.

Hieronymus Roffel. Ex eodem.

Michael Oteza. Ex eodem.

Matthæus Malferit. Ex laudato Mut, ibidem.

Joannes Valero. Ex eodem.

Antonius Belver. Ex eodem.

Antonius Basquers. Ex eodem.

Joannes Riera. Ex eodem.

Nicolaus de Pax. Ex eodem.

Balthasar Alberti. Ex eodem.

Jaymus Oleza. Ex eodem.

Joannes Cabaspres. Ex eodem.

Joannes Arce de Herrera, Hispanus,

Palentinæ Diœcesis Presbyter, conscriptus Apologiam laudatam à D. Nicolao Antonio, tomo 1. pag. 482.

Doctor D. Christophorus Suarez de Figueroa, edidit Apologeticam laudem in capite sui operis Hispanice inscripti: *Pla-*

*z Universal de las Ciencias*, impresa Madridi anno 1615. in 4. Vidi.

Julius Paccius, Vicentinus, Juris consultus celeberrimus, scripsit *Artem Lullianam* emmendatam libris 4. Lugd. 1618. in 8. Neapolique 1631. in 4. Gallie autem Parisijs apud Franciscum Juliet 1619. in 8.

Jordanus Brunus Nolanus: *De specierum scrutinio, de lampade combinatoria Lulliana, de lampade venatoria Logisticorum*. Argentorati typis Zetzneri 1609. Vidi. De hoc Brunone agitur in Bibliotheca Neapolitana.

N. Morestellus, apud D. Nicolaum Antonium, edidit: *Encyclopaediam ad artem magnam Lullij*. Rothomagi 1648. in 8.

N. Brulæus super *Artem* scripsit, ut legitur in Bibliotheca Medica.

Jacobus Januarius, Catalanus edidit *Ingressum rerum intelligibilium Raymundi Lullij* anno 1490. in fol. sine loci nota. In hujus editionis initio dicitur editus liber à Magistro Jacobo Januario Catalano Monacho Cisterciensi, qui dicat eum Fr. Didaco de Mendoza Abbatii Coenobij Crucum in Monasterio ejusdem.

Valerius de Valerijs, Patricius Venetus evulgavit: *Aureum opus in Arborum Scientiarum, & in artem generalem*, editum Argentorati in officina Zetzneriana, anno 1400. Vidi.

Henricus Cornelius Agrippa, scripsit *Commentaria in Artes brevem*, ibidem edita. Vidi.

Joannes Henricus Alstedius, *Clavis artis Lullianæ* evulgavit. Argentorati anno 1633. in 8. Vidi.

Alphonsus de Zepeda, Hispanus, miles: *Arbol de la Ciencia de Raymundo Lullio, nuevamente traducido, y explicado*. Bruxellis anno 1664. in fol. Vidi.

Petrus de Guiville montis Albi Presbyter, scripsit *in artem magnam Lullij*. Barcinone apud Petrum Pota 1489. in 8. Vidi.

Augustinus Nuñez Delgadillo, Hispanus, Carmelita, vernaculè emissit: *Brevem declarationem Artis Raymundi Lullij*. Granatae 1623. in 8. Vidi.

Jacobus, sive Jaimus Januarius, Cisterciensis Monachus Sanctorum Crucis Tarraconenensis Dicecisis: *Artem Metabysicalem naturalem ordinis cuiuslibet rei intelligibilis arboris natura, ad intelligendos omnes libros, arteque Raymundi, ac etiam ceterorum omnium*. Valentia

apud Leonardum Buzt, anno 1506. in 8. Vidi.

Georgius Raguseus expendit curiosis observationibus *Lullij volumina*, & eorum arcana non sine laude produxit in lucem, teste Nicolao Commeni in *Historia Gymnasijs Patavini*.

Petrus Ciruelo, Hispanus, Darocensis, unam ex paradoxis suis, decorum questionibus, de arte Raymundi Lullij in *Metaphysica* nuncupavit. Quæ editæ sunt Salmantice anno 1538. in 4.

Petros de Guevara, Hispanus, Belfradensis, Hispalicè evulgavit: *Artem generalem ad scientias, in duabus instrumentis ex arte magna, & arbore scientia Raymundi*. Matrii anno 1584. & 1586. in 8. apud Petrum Madrigal. Vidi.

Petrus Hieronymus Sanchez de Lizarazo, Aragonius: *Metabodum generale ad omnes scientias facilis, & citius addiscendas, in qua ars brevis Raymundi expletatur, & multis exemplis, variisque questionibus ad proximam apertissimè reducitur*. Turiasone anno 1613. & 1619. in 4. Vidi.

Andreas Libavius edidit: *Expositio nem sacerdotalium Lullij, & Arnaldi cum scobolis*. Francofurti apud Kopffium, in 8. De eo in Bibliotheca Chimica Borelli.

Anonymous Gallicè reddidit *Blanquerna*, ac edidit Parisijs 1632. teste Arturo ad diem 26. Martij, §. 5.

Joannes Gerardus edidit: *Arcanum Lullianum*. Ulmae 1640. in 8. Ex eodem D. Nicolao Antonio.

Hogghelandæus scripsit: *Vitam Raymundi Lullij*, quæ extat apud Libavium, teste Robellio in sua Bibliotheca Chimica.

Gulielmus Colletetus, teste eodem Robellio Gallicè evulgavit: *Vitam Raymundi*, vna cum Arte Lulliana. Parisijs 1646. in 8.

Combachius miranda refert de vita Lullij ex itinere Fr. Pacifici Minoritæ in Persiam anno 1628. Ex eodem Robellio.

Carolus Bovillus ejus vitam scripsit adjunctis Epistolis ad varios Viros doctos de Raymundi doctrina impressa Ambiani, cum Commentariis in caput primum Evangelij Joannis anno 1511.

Eandem, scripsit Nicolaus de Pax Patricius Majoricensis, & prodij cum libro de anima rationali. Compluti 1519.

Antonius Daza 4. part. Chron. Ord. Minor.

Illust. Fr. Damianus Cornejo, tom. 3. Chronic. Ord. lib. 3.

Fr.

F. Josephus Alvarez de la Fuente, Minorita, tomo 4. sui *Diarij Historici*, die 17. Aprilis, num. 6. edidit: *Pulcherianam Apologiam*. Ipsum consule die 19. Maii, num. 15.

Joannes Segui: *Vitam ejusdem*, scripsit, quam vna cum alijs duabus, absque nominibus Authorum, ineditam habuit Uvadingus. Mitto Aubertum Miræum in de Scriptoribus Ecclesiasticis, aliosque plures apud Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 26. Martij, §. 1. & sequentibus, & Dermitum Thadæi, quem consulas in sua *Nitela Franciscana Religionis* à pag. 472. Vidi B. Raymundi iconem ex cuius ore procedebat scheda inscripta: *Lex mea est ipse Dominus*. Et inferius:

*Doctrinam pandit Raymudus Lullius omnem,*  
*Cui Deus infudit scibile quidquid erat.*

De ejus cultu immemoriali agitur in libro prænotato: *Dissertationes Historiq* edito Majoricis in typographia Michaelis Capo, anno 1700. in 4. *Et quidem verosimile est*, inquit P. Joannes Baptista Solerius superius prædictus, *B. nostrum officio Canonico cultum olim fuisse à prædictis Religiosis sacri corporis possessoribus, ex concessione Leonis X. Rem ut certam afferere non audeo, quod mibi ad manus non sit liber S. Academia perfectionis, in quo libro extat de præfata Pontif. Bulla testimonium, quasi concessa fuerit facultas, & Missam, & officium de B. Raymundo celebrandi; nisi credere mavis viva vocis oraculo factam ejus generis concessionem*. Hæc laudatus Solerius ibidem subdens Antiphonam, & Orationem, quas exscribere ope re pretium duxi.

### Antiphona ad Magnificat.

Raymundus, pretiosa laudis abundus, Doctor profundus, regnat sine fine jucundus, & collaudabunt multi sapientiam ejus, & usque in faculum non delebitur nomen ejus.

### Oratio.

Deus, qui pro mundi bujus tenebris illustrans, B. Raymundam Martyrem

tuum doctrinæ mirabilis sapientia illuf trasti, presta Ecclesiæ tuae, ut ejus illustrans doctrinæ, propulsis erroribus, & tenbris vitorum, per viam virtutum incedat, & ad te memorandum, intelligendum, & amandum convalescat, & pro nobis sit intelligentia, sapientia, scientia, atque eloquentia perpetuus intercessor.

RAYMUNDUS N. Lector Padua, testibus Sedulio, & Petro Rodulpho, scripsit:

*Vitam S. Antonij Patavini.*

RAYMUNDUS N. alter, à Uvadino laudatur, cù Author cuiusdam: *Summæ de Sacramentis.*

RAYMUNDUS RIGALDUS, Possevino Rigault, Gallus, scripsit: *Sermones festivos*. Incipiunt: *Ascendam in Palmam*.

*Commentaria in quatuor libros Sentiarum*. Incipiunt: *Queritur virum plures sint veritates ab eterno.*

*Quæstiones Morales*, quæ simili cum prædictis commentariis asservantur M.S. Aſſisi in Bibliotheca S. Francisci. Hæc Uvadingus, ex Uvilloto, & Possevino. Nihilominus vide superius, *Odo Rigalus*, tomo 2. hujas Bibliothecæ, pag. 403. Memoratur à Uvite in Catalogo illuftrium Scriptorum Ordinis, pag. 55.

REGINALDUS LANGHAMUS, Anglus, Conventus Norvicensi alumnus, Sacrae Theologie Doctor Cantabrigiensis, Vir acutus, & non nihil litigiosi ingeni: inter suos laudem illam erat consecutus, quod in Scholasticis concertationibus plurimum valeret, consueverat enim argutè disputare, subtiliter distinguere, dilucide explicare, solidè concludere, sed nescio ytrum aliena invidia (quæ plerumque feliciorum ingeniorum est comes) an sua culpa factum sit, recensente Uvadingo, quod penè ex omnibus Religiosorum Ordinibus doctiores quoque habuerit infensos, & infestos, adeò ut contra illum varij, & ille vicissim contra varijs scripserint:

*Contra Elmundum Monachum Buritanum*, lib. vnum. Incipit: *Arguitur prædicti paliter contra*.

*Contra Andream Binhamum Dominicum*, lib. i. Incipit: *Reverendus Pater de Sacro Ordine*.

*Contra Joannem Haldon Carmelitanum*, lib.

lib. 1. Incipit: *Adversus argumentum primum.*

*Lecturas triginta Biblitorum*, lib. 1. Incipit: *Hec sunt nomina filiorum Israel.*

*In Magistrorum Sententiarum*, lib. 4.

*Determinationum*, lib. 1.

*Quaestiones disputatas*, lib. 1. Et alia sifilia non pauca. Claruit anno 1410. Uvadingus apud Pitseum, quibus adhaeret Fr. Angelus à S. Franciso in suo *Certamine Anglico*. Memoratur à Uvite, pag. 58. sui *Catalogi Illustr. Scriptor. Ordinis.*

REGINALDUS ROTHOMAGENSIS, Archiepiscopus, Lector Sacri Palatij, à Bonifacio VIII. Episcopus Cardinalis Portuensis, & S. Rufinæ creatus, scripsit:

*Super quatuor libros Sententiarum*, & alia opuscula edidisse fertur non pauca. Ex Rodulpho in sua *Historia Seraphica*, lib. 2. fol. 220. & 333. Ludovico Cataneo S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Onuphrio, Gonzaga, S. Antonio, 3. part. Histor. tit. 24. §. 12. Christophoro Alvarez in sua *Brabiliota Purpurea*, ac Petro Antonio de Venetia, tom. 2. sui *Hortuli Seraphici*, fol. 397. hisce versibus:

*En tibi Cardineo insignis Reginaldus bonore.*

*Franciscanorum laxeque decus Patrum.*

Veruntamen Uvadingus in Syllabo, & tom. 3. Annalium, neque Archiepiscopum, nec Cardinalem fuisse ostendere nititur, nisi distinctum facias à Reginaldo, de quo immediate. Post dignitatem acceptam non diu vixisse subdit laudatus Tolignianus, nec desunt, qui huic Reginaldo Rothomagensi attribuant.

*Compendium Theologie*, cuius operis, veluti Authores, computantur 19.

REGINALDUS UMBER (quem Uvadingus credit indistinctum à precedenti) ex Provinc. S. Francisci, qui Gentili à Monteflorum Lectori Sacri Palatij Apostolici, ad Cardinalatum assumptio, in Lectoratu succelsit, scripsit:

*Super quatuor libros Sententiarum.*

REMIGIUS DE BEAUVAIIS, Flander, ex Minoritis Capuccinis, in eorum Bibliotheca illaudatus, ligato sermone conscripsit libros 20. de S. Maria Magdalena, sub titulo:

*Magdalena. Tornaci typis Caroli Martini*, anno 1617. in 8. Vidi.

REMIGIUS BERGOMENSIS, Capuccinus, in Brixensi Provincia Novitiorum Moderator, Vir præclara vita conspicuus, ac Dominicæ Passionis jugis Contemplator, scripsit, vt Genuensii testatur.

*Expositionem doctissimam super Psalmum 118. Beati Imn aculati in via*, &c. quem admirabili pietate ad Domini nostri Jesu Christi Vulnerum tensum transluit. Obiit sanctissime in suorum Conventu Cremonensi anno 1610. De eo meminit Boverius, tom. 2. Annalium Capuccinorum ad annum predictum.

REMIGIUS A BOZZOLO, Capuccinus, natione Germanus, Provinciae Tirolensis scipiis Diffinitior, Religiose Observantiae laude celebris apud Genuensem, scripsit Latinè opusculum de Stigmatis S. P. N. Francisci, sub titulo:

*Rosetum Seraphicum fragans florculis*, hoc est: *Præcipuarum Historiarum figuris, que circa præclarissimum mysterium impressionis Stigmatum Seraphici P. N. S. Francisci contigerant, cum elogis ipsius S. Patris.* Prodiit primùm Italicè Monachij sumptibus Petri Koving, anno 1622. in 8. Postea ab eodem Authore in Latinum, & etiam Theutonicum idioma translatum, fuit denuò impreßum in eadem Civitate anno 1626. & 1627. De eo meminit Uvadingus.

REMIGIUS A S. ROMULO, Ligur, Patria Matutianus, in Provincia S. Ludovici Minorum Capuccinorum pietate insignis, doctrina præstans, & in arte Poetica excellens, cecinit carmine hexamericō, & Latino, ac Genuensi teste, typis dedit:

*Vitam S. P. N. Francisci in 12. libros distributam*, Avenione 1628. in 8.

REYNERIUS PAYEZ, Gallus, Provinciae Recollectorum Bravantiaæ alumnus, Gallico idiomate emissit:

*Expositionem Regulae Tertiij Ordinis Penitentium S. P. N. Francisci, additio Catalogo Illustrum Tertiatorum*. Bruxellis typis Petri Vende 1689. in 8. Vidi.

RICERUS A MUTIA, natione Italus, ex Marchia oriundus, unus ex S. P. N. Francisci socijs, brevi tractatu explicavit:

*Quomodo homo possit citè perenire ad agnitionem veritatis.* Extat is Lovaniensis anno 1554. editus cum alijs ejusdem argutis.

mea

menti. Ex Auberto in Actuario, cap. 402. Dupin in Tabula Universali ad saeculum 13. & Uvadingo. Ricerij hujus virtutes recenset pluribus Arturus ad diem 7. Februarij, §. 1.

RICHARDUS A S. ANNA, Belga, ex Conventu Nigellæ, qui est sextus Recollectionis Flandriae ad Discalceatam S. Josephi Provinciam transiit, indeque ad Minores Discalceatos Philippinarum, tandem in Japonium, martyrio suo divinitus praviso, trajiciens, inter felices, quorum per funera crevit Evangelium ad sexcenta millia, connumeratus, scripsit:

*Epistolam ad Hispanos*, & Belgas die 2. Maii anno 1614. Agit in hac Epistola de nova Japoni Christianitate, de labribus, ac tribulationibus Virorum cruentem mittentium pro semine sacro, necnon de Martyrio V. Fr. Sebastiani à S. Josepho, Discalceata Provinciae S. Pauli alumni. Testatur Arturus in Martyrologio Franciscano die 10. Septembris, §. 3. & 18. Junij, §. 3. hisce verbis: *Illi non obscurus meminit B. Richardus à S. Anna in sua Epistola in carcere injectus.* Scripsit quoque:

*Epistolæ plures*, quarum memoriam faciens occulatus testis V. Fr. Didacus à S. Franciso, cap. 17. Relationis suæ Martyrum Japoniensium, & fusiū Fr. Didacus de Lequile, tom. 1. *Franciscane Hierarchie*, cap. 9. fol. 124. num. 9. vbi dicit: *Extat epistola dicti P. Richardi à S. Anna, quam ipso tempore, quo ad supplicium cum socijs deducendus erat, scripsit Guardiano Conventus Nivellensis Recollectorum, in qua conversionem admirabilem Japoniorum refert cum multitudine Martyrum. Data erat epist. 1. Septembris anno 1622. recepto à P. Theodoro Giaux Guardiano Nivellensi anno 1625. in Archivio ejusdem Conventus reposita.* Erant & aliæ duæ epistolæ priores, quatum altera data erat anno 1607. Aprilis 17. ad P. M. V. Patrem Joannem Engleberti suum in Novitiatu Instructorem, altera anno 1614. Maii 2. ad V. P. Jacobum de Grand suum in Conventu Nivellensi Guardianum, quæ mores regionum illarum, & sancta documenta continent, merito opportunè prælo commendandas.

RICHARDUS CENOMANUS, Conventus Carnotensis, Parisiensis Doctor, Vir profecto in Hebraicis apprimè versatus, scripsit:

*Collationem diversarum translationum Psalterij, & Ecclesiastica editionis vindicationem, vice Apologia ubique lectio vulgata ab Hebraica veritate, aut alias variare videbatur, inter textam per Comentaria Petri Lombardi Magistri Sententiarum in idem Psalterium. Parisijs 1541.* in fol. Vidi. Proscutus est, ait Uvadingus, varia lectione Commentarios, quos in Epistolas ad Romanos, & ad Hebreos doctissime confecit Nicolaus Grandis, pariter Minorita. Nonnulla alia scripsisse testatur Joannes Rioche in suo *Compendio Historiarum*, cap. 140. Authorem commentat Hilaretus noster Feria 6. post Dominicam 2. Quadragesimæ, fol. mihi 522.

RICHARDUS CONINGTONUS, Anglus, cum in ipsis teneris annis, Uvadingo ut utr, optimam indolem præferret, Oxoniā missus, sub eximis Præceptoribus in bonarum litterarum studijs, & virtutum exercitijs sedulò nutritus est. Nec sanè spem, opinionemque de se conceptam fecellit, sed frugum messis cultorum laboribus abundè respondit, nam in virtute, & eruditione maximos fecit progressus. Testes sunt insignis vitæ religiosæ integritas, & doctissimorum, quos editi, librorum copiola suppellex. Matura aetate S. Francisci Regulam amplexus, in illa vehementi, & irreverenti contentione, quam habuit Gulielmus Ochamus contra Joannem Papam XXII. ille vero Pontifici fideliter adhaerens, contra Ochamum scriptit. Joannes Lelandus afferit, quod cum doctissimis quibusque sui temporis viris summa ei intercesserit necessitudo: In observantia disciplinæ religiosæ zelosus, factus est Provinciae Angliae Minister, Vir temperantia, castimonie, modestia, gravitas, & humilitatibus laudibus insignis: in colloquijs suavis, & benignus, lepidus etiam, & elegans in omni congreſu moderatè familiaris, nulli se fecit nimium sodalem, omnibus tamē urbana quadam affabilitate mirè gratus. Scriptit:

*In Psalmos Paenitentiales*, lib. 1. Incipit: *Sapiens dum sededam solitarius, opus laudatum à Baleo, & Jacobo Le Long.*

*Sermones solemnes*, lib. 1.

*In Quadragesimale*, sive in Opus quadragesima Homiliarum S. Gregorij Papæ, lib. 1.

*Super Magistrorum Sententiarum*, lib. 4.

*Quodlibetorum*, lib. 1.

*De Christi dominio contra Ochamum*, lib.

lib. r. Cantabrigiae in suo Coenobio decessit anno 1330. Uvadingum excipit Fr. Angelus à S. Francisco in suo Certamine Anglici. Memoratur à Uvite in Catalogo Illust. Scriptor. Ordinis, pag. 55.

RICHARDUS CORNUBIENSIS, vel de CORNUBIA (Corianum aliqui volunt) Anglus, Oxonensis Doctor, & ibidem, ut videtur publicus Professor, quem non recte Lelandus Richardum Rufum appellat, scripsit:

*Commentaria in 4. libros Sententiarum: Incipiunt: Secundum Hugonem de S. Victore. Testantur Pitseus, Uvillotus. Florebat anno 1299.*

RICHARDUS GALLICUS, Minorita, Lector Sacri Palatij connumeratur cum illis scriptoribus Ordinis, in Catalogo Fr. Augustini de Uvite, pag. 54.

RICHARDUS HYBERNUS, Capucinus, Apostolicus Missionarius in Regnis Angliae, & Hyberniae, Vir pius, in Sacra Pagina, & Fidei Controversijs admodum versatus, ineditam reliquit in 8.

*Vitam Fr. Georgij Archangeli Leslat Capuccini, Latino idiomate, vti habetur apud Bibliothecam Fr. Dionysij Genuensis, pag. 141. Item, codem oculato teste, confecit ingens volumen historicum, in quo Latinè tractat:*

*De rebus Hybernicis ad Catholicam fidem spectantibus: quod opus jam fuerat inchoatum ab Illustrissimo, & Reverendissimo D. D. Joanne Baptista Rinuccino Arbepiscopo Firmano, & in Regno Hybernia Sedis Apostolicae Naptio. Clarebat Florentiae anno 1662.*

RICHARDUS KINSDORP, Anglus, non vulgaris Concionator, adducitur à Pitseo in Doctorum Appendice, minime dubrians, quin multa pte, & eruditè scripsit, quorum jam nihil invenitur. Claruit anno 1227. Sanè laudatur à Uvite in Catalogo Scriptor. Clasic. Ordinis, pag. 52.

RICHARDUS LEDREDUS, Anglus, Londiniensis, à Joanne XXII. renuntiatus Episcopus Ossoriensis in Hybernia, de quo plura habes apud Jacobum Uvareum in de Scriptoribus Hyberniae, lib. 2. cap. 3. & in suo libro de Presulibus Lanciæ, posteritati celiquit:

*Epistolas plerasque ad Summos Pontifices, Joannem predictum, & Benedictum XII. & Clementem VI.*

*Hymnos quosdam in Natall Domini, aliisque festis in Ecclesia sua decantandos. Obiit anno 1360. sepultus in Ecclesia sua Cathedrali propè summum altare ad latus Evangelij. Consule Uvadingum, tom. 3. & 4. Annalium.*

RICHARDUS DE MEDIAVILLA, Anglus, annos adolescentiae in capescendis artibus liberalibus, florem juventutis in perdiscendis omnibus Philosophicis scientijs optimè collocavit, & ingenium quod ipsa natura dederat petracutum, harum disciplinarum exercitijs, & quotidiano cultu mirificè instruxit, & longè acutius reddidit. Oxoniae postea ita operam dedit Theologiaz, vt ibidem Doctoratus lauream acceperit. Adjunxit speculationi praxim, totumque Jus Canonicum accuratè legit. Vetus, & Novum Testamentum sapè, & multa cum attentione percurrit, imò maxima ex parte Commentarijs illustravit. Inter Parisienses Doctores varijs, tūm lectionibus, tūm disputatioibus nomen magnum consecutus est. Ibi Doctoris solidi, & copiosissimi, & fundatissimi etiam, & Authoritati cognomen fortitus est, vt inter alios scribit Uvillotus, quem novissime excipit P. Graveson agens de Scriptoribus qui floruerunt saeculo 13. & 14. Tanta ei ingenij fuit magnitudo, ait Bergomensis, lib. 13. vt nulla litteratura in Divinis Codicibus ei latere potuerit. Dubiam, suspectamque doctrinam Petri Joannis Olivi ei cum alijs doctissimis Viris examinandam commisit Bonagratia Minister Generalis. Coloniæ Agripinæ in circuitu tumuli Joannis Scotti, cum alijs quatuordecim sui Ordinis principis Doctoribus, nomen ejus ære inculpatum sic legitur: Magister Richardus à Mediavilla. Scripsit multa pereruditè, ex quibus quedam se vidisse in Bibliotheca Jemblacensi scribit Pitseus. Sermone igitur scholastico scripsit:

*In 4. Evangelia, lib. 4. Ex Sexto Sensi.*

*In Epistolas D. Pauli, lib. 14. Ex Uvi lotto. Nec desunt, teste Fr. Angelo à S. Francisco in suo Certamine Anglici, qui asserunt eum in universam Sacram Scripturam Commentarios edidisse.*

*In primum librum Sententiarum. Incipit: Abscondita produxit in lucem. Extat. M.S. in fol. Toleti in Bibliotheca S. Joannis Regum, sub litt. F. F. Vidi.*

*In 2. librum Sententiarum. Incipit: Omnia per ipsum facta sunt. Ibidem.*

*In 3. librum Sententiarum. Incipit: Vestis*

*Vestitus erat ueste asperga sanguine. Ibidem.*

*In 4. librum Sententiarum. Prodiit, scum precedentibus. Venetijs typis Lazari Soardi, anno 1509. in fol. & Brixiae 1591. per Vincentium Sabbeum, volum. 4. in fol. Vidi. Circà librum quartum, quem Author non absolverat, eomplendum suas operas adhibuerunt Franciscus Georgius, & Dionysius Bononensis Minorite. Recognitus à Francisco Georgij prodijt anno 1416. in 4. typis Boneti, & in ejus calce legitur:*

*Sacer refert celebris Richardi dogmata codex,*

*Quem genuit Mediavilla decora Virum.*

Habentur Nancæ manusc. partim Oxoniæ in Bibliotheca publica, & in Collegijs Mertonensi, & Valliolensi, partim Cantabrigiae in Aula Pembrochiana, & in Bibliotheca Ducali Urbini, praesertim in librum quartum, & in Belgio apud S. Eligium, aliisque in Bibliothecis testibus Thoma James, fol. 46. & Joanne Bunderio, fol. 559.

*Quadragefimale. Habetur, sub titulo: Mediavilla. M.S. in fol. in laudata Bibliotheca Toletana, cæterum in calce legitur ita: Explicit Sermones Quadragefimales. Fr. S. Abbatis de Af. Incipit: Cum jejunatis.*

*Quodlibeta tria, qq. 80. continentia. Parisijs apud Claudium Chevallon 1519. in 8. Prodierunt etiam cum Commentarijs, & seorsim Venetijs typis Soardi 1509. in fol. Vidi. Vedit M. S. Pitseus.*

*Tractatum super Ave Maria, me judice indistinctum à libro quem scripsit: De Immaculata Conceptione Virginis. Primum citat Joannes Vitalis in suo Defensorio, lib. 4. ancil. 5. alijs missis, sequentia exscribens:*

*Ave gaudens in prosperis  
Lux distincta præ cæteris  
A rebus obscuris.*

*Libri de Conceptione, memores sunt Possevinus, Marracius, Uvillotus, & Uvadingus in suis Syllabis, & alijs plures de Mysterio Conceptionis agentes.*

*Super distinctiones Decreti, lib. 1. Incipit, Uvadingo teste: Patres nostri omnes sub nube.*

*Opusculorum, lib. 1. M. S. Oxonij in Collegio Mertonensi, & alibi.*

*Tractatum de Clavium Sacerdotalium potestate, quém citat Author Defensorij pacis, part. 2. cap. 6.*

*Commentarios imperfectos, lib. 1.*

*In Regulam S. Francisci, lib. 1.*

*Contra Petrum Joannis Olivi, lib. 1. & alia multa. Obiit anno Christiano 1300. apud suos sepultus, vt in Historia Ecclesiastica gentis Scotorum, lib. 12. refert Dempsterus, vel anno 1302. vt vult Uvadingus. Eum commendat S. Antoninus, 3. part. Historiar., tit. 24. cap. 8. & Uvadingus pangens:*

*Hauserunt veteres claro de Fonte Rhabardi,  
Doctoresque novi, que meliora docent.*

RICHARDUS N. Neomagensium, Minoritarum Praepositus, Author est libri inscripti:

*Flores Bibliorum, teste Guilielmo Alotto in Epistola Nuncupatoria præfixa suo operi prænotato: Thesaurus Bibliorum, juxta editionem factam Antwerpiae in ædibus Petri Belleri, sub scato Burgundiae 1577. (quo Epistolam scripsit) in 8. Vidi.*

RICHARDUS N. alter, laudatur veluti Author:

*Expositionis Regulae Minorum, quam habes à fol. 20. libri prænotati: Monumenta Ordinis Minorum, juxta editionem Salmantinam anni 1511.*

RICHARDUS DE PISIS, Franciscanus, Latine conscripsit, opus inscriptum:

*Fasciculus morum. Extat M. S. in 4. in Bibliotheca Universitatis Complutensis, & incipit: Frater prædilecte, teste Fr. Petro de Alva, col. 1363. suæ Militiae.*

RICHARDUS PORLONDUS, Anglus, patria Norfolcensis, filius Coenobij Norvicensis, sanctitatis, & eruditissimis titulis clarus, acutus ingenio, solidus iudicio, politus sermone, vnde tandem ad Theologiaz Doctoratum evectus est, & inter suos constitutus est Professor, ubi feriatis diebus ad fratres lectiones, festivis, & Dominicis ad Populum Conciones habere consueverat. Plura scripsit, & ea non contempnenda, que pleraque diu

fuerunt afferunt in Norvicensi Benedictinorum Bibliotheca, vtque ad Catholica Religionis in Anglia exterminium, recentibus Pitleo, Possevino, & Uvadingo. Adhuc ista illius extare opera scribit Uvillotus:

*Sermonum*, lib. 1.

*De Pafione Chrifti*, lib. 1. Incipit: *Chriftus paffus eft pro nobis*. Clarebat anno 1302. & de ipfo ad prædictum annum Melissanus in Supplemento Annalium Uvadingi, sermonem instituit. Memoratur à Uvite in Catalogo illuftrium Scriptorum Ordinis, pag. 54.

RICHARDUS RHEMENSIS, dictus vel à patria dumtaxat, vt vult Uvillotus, cui adhaerebant Uvadingus, vel quia Archiepiscopus Rhemensis fuit, vti afferunt Tofignianus, Possevinus, & alij circa annum 1270. quo clarebat, inedita reliquit volumina duo concionum:

*De Tempore, &c. de Sanctis*. Eum commendat Joannes Rioche in suo Compendio Historiarum, cap. 79. Memoratur à Uvite in Catalogo illuftrium Scriptorum Ordinis, pag. 53.

RICHARDUS RUFUS, Anglus, Sacrae Theologiae Doctor Parisiensis ( vti testatur Ecclestanus, qui dicit eum fuisse Cornubensem, alium tamen a Richardo de Cornubia, de quo supra diximus Doctorem fuisse Oxonientem ) legit Sententias Parisijs, quando Fr. Helias Cortoniensis regebat Ordinem. Vulgo vocatus est *Pbilofopbus admirabilis*. Uvillotus ait scriptisle Parisijs,

*Commentarios super Magiftrum Sententiarum*, lib. 4. Incipit: *Totalis libri præmitit mibi prolongam*. Extat Parisijs, imò Parisijs prodidisse narrat Possevinus. Vixit Rufus anno 1250. Hæc Uvadingus, quem excipit Fr. Angelus à S. Francifco in suo Certamine Anglo. Clariſſime anno 1270. narrat Uvite, pag. 53. sui Catalogi.

RICHARDUS RUIS, vel RUIZ, alijs Anglus, Hispanus alijs, Vir apud laudatum Angelum à S. Francifco, alti, & subtilis ingenij, scripsit:

*Super Magiftrum Sententiarum*, lib. 4. Agit de eo Uvadingus, & Uvite, pag. 53. sui Catalogi.

RICHARDUS DE SAXONIA, seu DE SAXO, recensente Uvadingo, scripsit:

*De Salutatione Angelica*, lib. 1. Ejus

meminit Possevinus, ac Uvite, pag. 54. sui Catalogi illuftr. Scriptor. Ordinis.

RIVALDUS, seu RIBALDUS DE TANERNI, Minoritis adnumeratur à Continuatore Turrecremata: in suo M. S. quem habuit noster Alva, ibidemque appellatur Legatus Crucis, ipfique attribuitur:

*Sermo de Assumptione Virginis Mariae*, sub themate: *Signum magnum*, sed Author, & opus me fugiunt.

ROBERTUS DE BASCIA, Aquitanus, conscriptis:

*Expositionem Regule Seraphicæ*. Eam habes à fol. 20. libri prænotati: *Monumenta Ordinis Minorum*, juxta editionem Salmantice factam anno 1511. Item, recensente Uvadingo, subtiliter scriptis:

*In quatuor libros Sententiarum*. Memoratur à Uvite in Catalogo Scriptor. Classis, Ordinis, pag. 52.

ROBERTUS CAMERACENSIS, Capuccinus, Insulensis Provinciae Concionator, indefesso labore collegit, ac typis dedit duobus voluminibus in fol. omnes sententias Sanctorum Patrum, & Conciliorum ad mores spectantes, sub titulo:

*Aurifodina universalis scientiarum Diuinarum, atque Humanarum ex fontibus suis SS. PP. Conciliorum, &c. Parisijs apud Egdemondum Cauterot, anno 1680*; tom. 2. in fol. & Coloniae 1696. Vidi. Procedit Alphabetica methodo, qua patitur emittit tom. 3. nempe:

*Aurifodinam ex fontibus aureis utriusque testamenti*, in 20. libros distributam. Insulis apud Franciscum Fievet 1696. in fol. Vidi.

ROBERTUS CHAMBERLINUS, Hybernius, Ultoniensis, primùm in saeculo Sacrae Theologiae Doctor Salmantinus, deinde in Religione emeritus Lector in Collegio Lovaniensi Minorum Hibernorum, Vir integerrimæ vitæ, adeò Religionis honores abhorrens, vt nunquam adduci potuerit ad percipiendum prædicti Collegij gubernium, licet sèpius oblatum: scripsit exæstissimè:

*De Scientia Dei*.

*De futuris contingentibus*. Extant M. SS. in dicto Collegio. Obiit Lovanijs anno 1638.

ROBERTUS COLMAN, seu COLMANUS, Anglus, ex Conventu Norvicensi

ensi Oxoniensis Doctor, ac Cancellerius, Vir sanè eruditus, gravis, cuius pietate, mansuetudine, integritate, & laudabilibus omnium virtutum exemplis Cloptonus, Eques auratus, & summus Anglie Justitiarius, mundo relicto, contemptisque omnibus pompis secularibus, jam senex institutum S. Francisci amplexatus fuit, & in eo constantè, usque ad vitæ finem perseveravit. Posteriori reliquit:

*Sermonum*, lib. 1:

*Lectionum Sacrarum*, lib. 1:

*Carminum diversorum*, lib. 1. & alia non pauca, vti ex Possevino, & Uvadingo recenset Fr. Angelus à S. Francifco in suo Certamine Anglo. Vivebat anno 1428. teste Uvite in suo Catalogo Scriptorum Ord. pag. 59.

ROBERTUS CONCIO, Theologus Parisiensis, scripsit:

*In Magiftrum Sententiarum*, vti recenset Possevinus. Citatur à Joanne de Turrecremata, part. 6. cap. 32. fol. 123. inter Doctores Minoritas pro sua opinione, & à Uvite in Catalogo illuftr. Scriptor. Ordinis, pag. 52.

ROBERTUS CONTONUS (alijs CAUTON, vel COUUTON, vel OTHON) Anglus (me judice à prædenti indistinctus) Oxoniæ Philosophicis, Theologicis verò operam dedit Parisijs, vbi inter Doctores Sorbonicos, Doctor amarus vulgo vocatus est. Vit fuit solidi judicij, acuti ingenij, & Pitleo teste, acriter defendere solebat Immaculatam Conceptionem Reginæ Angelorum, quod illi gravissimarum disceptationum frequentes præbuit occasiones. Extant hujusce Roberti:

*Commentaria in tertium, & quartum librum Sententiarum*, in Collegio Novo Oxoniensi, volum. 237.

*In quatuor libros Sententiarum*, opus completem, & integrum Cantabrigiæ in Bibliotheca S. Petri, volum. 75. & ibidem in Aula Pembrochiana, vol. 106. in Collegio Mertonensi, vol. 11. 45. & 46. & in Collegio Magdalena, volum. 146. & alibi. Consule tom. 2. Bibliothecæ Bodleianæ.

*Commentaria eadem abbreviata*. Habentur in Collegio Lincolniensi, vol. 34. Initium operis: *Utrum Theologia sit sciencia*.

*Sermones babiti ad Crucem D. Pauli Tom. III.*

Londini. Incipiunt, Uvadingo teste: *Quæcumque dixerint vobis*.

*Disceptationum Magiftrallarum*, lib. 1.

*Quolibeta Scholastica*. Incipiunt: *An inquisitor bujus*. Floruit anno 1344. sed juxta Uvite in Catalogo, pag. 56. verbo *Robertus Ginchonus*, anno 1340.

ROBERTUS CRUCCIUS, Anglus; Minorum aliquando Provincialis Minister, Vir, vt Author est Lelandus, intègritate vitæ, subtilitate ingenij, & non contempnenda doctrina apud suos clarus. Philosophicis studijs usque ad multam ætatem totus immeritus, vix tandem possumis vitæ suæ annis ad Theologiam se contulit, speculativas etiam in rebus sacris subtilitates solerius investigans, quam litteralem sensum querens. Scriptis autem:

*Super Magiftrum Sententiarum*, lib. 4.

*Questionum difficultium*, lib. 1.

*In Physicam Aristotelis*, lib. 8.

*In ejusdem Ethica*, lib. 10. & alia ejusmodi. Mortuus est apud Aquapontanum in agro Somersetensi, & inter suæ Familiaj Fratres ibidem sepultus. Plura de eo habes apud tom. 1. Historia Universitat. Oxoniensis, lib. 1. fol. 74. Obiit anno 1300. teste Uvite in Catalogo illuftr. Scriptorum Ordinis, pag. 54.

ROBERTUS ELEPHAT, seu ELIPIHAT, Anglus, & Minorita, vti Uvadingo, & Possevino testatur Angelus à S. Francifco in suo Certamine Anglo, Parisiensis Doctor, & Oxoniæ propter suas acutissimas scholasticas concertationes celebris, scripsit:

*Conclusionum ordinariarum*, lib. 1. *Lecturas Theologicas*.

*Commentaria in 4. libros Sententiarum*: Extant Parisijs apud Augustinianos, & inceptiunt: *Quaritur utrum commensuratio*; teste Uvadingo, subdente opus hoc abbreviatum esse a Philipo Caisarbelo, Carmelita Flandro. Sunt qui hunc Robertum Augustinianum, & Archepiscopum Armacanum effingunt, sed primum immemorato dicitur, circa secundum nihil certum Uvadingus invenit, ceterum Minoritis Archiepiscopis adscribitur à Fr. Augustino Uvite in suo Catalogo, pag. 38. Floruit anno 1340. Ejus meminere Possevinus, Pitheus, Uvadingus, Didacus de Lequile de Scriptoribus qui pro Fide Catolica dimicarunt, & Uvite, pag. 56. sui Catalogi.

RO,

ROBERTUS FLAMIGHAMUS, Anglus, Minorita; qui anno 1460. florebat, in illius Scriptorum albo reponitur à Fr. Augustino de Uvite, pag. 60. sui Catalogi.

ROBERTUS HYBERNENSIS, Cappuccinus, Vir devotus, & Apostolicus Missionarius, scripsit Latinè volumen controversiarum, quod intitulavit:

*Veritates Orthodoxæ, &c. contra errores Hæreticorum nostri temporis.* Percepit oculis Genuensis, & ad prælum matrum Florentiæ anno 1662.

ROBERTUS A S. JACOBO, Lusitanus, Regul. Observ. alumnus, scripsit: *Relationem sive Provincie Algarbiorum laudatam ab Arturo in Martyrologio Franciscano die 19. Januarij, §. 10.*

ROBERTUS KILUVARBIUS, Anglus, Archiepiscopus Cantuariensis, Portuensis Episcopus, & S. Rufinæ Cardinalis, Scriptoribus Minoritis perperam adscribitur à Gulielmo Cavo in Historia rei litterariorum, pag. 735. Fratribus Predicatoribus, quorum Ordini nomen dedit, accenseri debet.

ROBERTUS LECCESTRIUS, vel DE LEICESTRIA, Anglus, Philosphus, & Theologus præclarus, & in omni genere concertationis scholasticæ apud Oxonienses exercitatisimus habitus, vbi inter suos ad aliquot annos publicitus docuit, tanta cum laude, vt per universam penè Angliam hominis fama longè, latèque diffunditur. Propter egregias etiam Conclaves apud magnates magnam conciliavit gratiam. Illum præ cæteris hoc nomine mirè venerabatur Robertus Episcopus Herefordiensis, eoque familiarissime vobis est. Scriptit:

*Lecturas in Sacram Scripturam*, lib. I.  
*Commentarios in Magistrum Sententiarum*, lib. 4.

*De Computo Hebraeorum*, lib. I. Operis injuncti novitatem.

*De ratione temporum*, lib. I. Ad planiorum prescripti tractatus.

*De Paupertate Christi*, lib. I.

*Quodlibeta varia*, lib. I.

*Distinctionum*, lib. I. Cujus operis mentionem facit quidam liber manuscript. Cantabrigiæ in Aucta Pembrochiana.

*Opusculorum diversorum*, lib. I. Lichfeldiæ vivendi finem fecit sepultus in Monasterio sui Ordinis anno 1348. Laudatur ex Pitio, & Uvadingo a Jacobo Le-

Long, pag. 930. sua Biblioth. Sacra, & Imbonato in sua Bibliotheca Latino-Hebraica. Floruile anno 1330. assertit Uvite, pag. 56. sui Catalogi illustr. Scriptor. Ordinis.

ROBERTUS DE LICIO, ex Alecio Apuliae Oppido, Caraciulus dictus. Hujus mater vovit, vt si masculum peperisset sub S. Francisci Regula militandum exponeret. A Deo exaudita, ita factum est; nam Habitum Fratrum Minorum de Observantia accepit, & in ipsis professus est. Postea, nunc Observantibus, nunc Conventualibus, nunc auctoritate Apostolica suffultus, dumtaxat Ministro Generali Ordinis subdebat. Sub varia fortuna, multis Summis Pontificibus fuit in pretio, ab eisque accepit Aquinatem, & Lycentem Episcopatum, & ut quibusdam placet, etiam Aquilanum. Non me later, vnicum Volaterratum excipientes Iribere obscuratum esse Licij aurum, mutatum ejus colore optimum, ac tandem emarcuisse ejus florem nitidissimum. Hoc tamè nec credo, doleo, & moleste fero. Sane Bergomensis, lib. 15. Chronic. eum commentans inquit: *Robertus de Licio Ordinis Minorum professor, & aquile Marforum, seu Aprucij Urbis dignissimus Episcopus in doctrinis Sacris doctissimus Vir, & notitia omnium Ecclesiasticorum dogmatum sufficienter instructus; & (ut absque invicia loquar) omnium Prædicatorum qui sunt, aut unquam fuerunt Magister, & Doctor idem temporibus, ob ejus clarissimam, & admirandam prædicationis gratiam ab omnibus Italis multo in pretio habitus est; quæ tantum in Scripturarum studio laboravit, & scriptit, ut ubique Roberti predicationes, & exemplaria nuncupentur; plurimos enim ad instructionem Fidelium tractatus, & Sermones edidit, qui ab omnibus presertim declamatoribus studiosè leguntur. Adhuc superbes habetur. Haecenius Bergomensis. A plurimis, ijsque ergo gravibus Viris, semper Secundus Paulus, novusque Orator, ac Italicu decus eloquij nuncupatur; vnde de eo propter veraculas vernantissimas dictiones dictum est, quod Prudentius de Romano Simmachi eloquidixit:*

*O lingua miro verborum fonte fluentem, Romani decus eloquij, cui cedat, & ipse Tullius. Has fundit dives facundia gemmas Os dignum aeterna tintillum quod fulgeat auro.*

Habentur ex illius penit.

Qua-

*Quadragesimale de Pœnitentia.* Venetijs 1472. in 4. Vidi.

*Sermones de Timorum Judiciorum Dei.* Neapoli per Arnaldum de Bruxella 1473. in fol. Vidi.

*De Sanguine Christi Sixto V. dicatum.* In fol. sed absque loco. Habet in calce Conclaves tres de Annuntiatione.

*Sermones de Christo, & B. Virginie, ac de Sanctis.* Venetijs 1489. & 1490. in 4. Vidi. Opus Divinum appellat Joannes Marcus Cynicus Parmentis in ejus capite, subdens in eo esse planè reconditum quidquid Littera Sacra docet.

*Sermones per solemnitates totius anni Domini Sabaoth, & B. Virginis.* Venetijs 1471. & 1496.

*Speculum Fidei Christianæ à Imbonaro in sua Bibliotheca Latino-Hebraica laudatum.* Venetijs 1555. in 4.

*Traictatum de Amore Divinorum Officiorum*, ad Joannem Aragonum Ferdinandi Regis Siciliae filium; in quo opere exponuntur mysticæ per Conclaves verba S. Joannis: *Vidi alterum Angelum volantem, &c.* Neapoli anno 1473.

*Sermones de Adventu.* Venetijs anno 1496. in 8. apud Georgium Arrivabenum. Vidi.

*Quadragesimale de Peccatis*, impressum in 4. absque loco, opus sanè distinctum à *Quadragesimali de Pœnitentia* superius laudato ad cuius calcem haec carmina leguntur:

*Robertus celeb̄ finxit non parva Minorum*  
*Gloria me Fratrum, Paulo regnante Secundo.*

*Quarto, sed Sexto veniens Hailbrum Alemannus,*  
*Franciscus formis Veneta, me presit in Urbe*  
*Mille quadrigenit⁹ & septuaginta duobus.*

Pleraque ex laudatis operibus uno volume in fol. impressa sunt Lugduni anno 1503. & in 4. magno Venetijs per Octavianum Scotum Modoetensem 1482. pri-die Kalendas Februarij. Vidi. Sed quia in memoratis operibus, sub simplicibus titulis perplura egregia opera, & opuscula continentur, in eruditorum gratiam singillatim subjicio.



In Quadragesimali de Pœnitentia juxta editionem Venetam anni 1482. hæc habentur.

*De Excellentia Moysaica Legis.*

*De infinita misericordia Dei, ejusque amore, plura.*

*De Verbo Dei, plura.*

*De severissima justitia Dei, contra Oritgenistas.*

*De Poenis damnatorum, plura.*

*De Omnipotencia Dei, plura.*

*De Timore Dei, plura.*

*De Fesunto, plura.*

*De Usu, Laudibus, & Impedimentis Orationis, plura.*

*De Tempore dispensando 3. pulcherrima capitula.*

*De Vita hominis, secundum ejus tripli-  
tem statum.*

*De Veritate, Signis, & Ordine judicij generalis, plura.*

*De Necesitate, & Frustritate Confesi-  
onis, plura.*

*De Peccatis mortalibus singillatim plus-  
tima.*

*De Divitijs, & peccato Simonie, plura.*

*De Cogitationibus, earumque cognitio-  
ne, plura.*

*De Voto, plura.*

*De Eleemosyna, plura.*

*De Adulatione, ejusque remedij.*

*De Sacro Cultu dierum festorum, & ve-  
neratione, pulcherrima.*

*De Pietate vivorum cum mortuis, ac de  
Purgatorio, plura.*

*De Judicio curioso, & temerario.*

*De Indulgentijs, plura.*

*De Vilitate, ejusque lataibus.*

*De Divinitate D. N. Jesu-Christi*

*De Anti-Christi, plura.*

*De Honore Parentum.*

*De Maledictionibus diversarum creatu-  
rarum.*

*De Peccatis involvitis, perjurij, ac detrac-  
tionis.*

*De triplici statu Mariae Magdalena.*

*De Homicidio, plura.*

*De Sacratissima Communione, plura.*

*De Contemptu Mundi.*

*De Mysterijs Sacratissime Eucharistie,  
ejusque veritate, ac miraculis, plura etiam  
Theologis Scholasticis vtilia.*

*De Exemplis Christi, plura.*

*De Significatione, celebratione, & audi-  
tione Missæ, plura.*

## BIBLIOTHECA

*De Sacramento Baptismi*, plura ad Theologian Moralem spectantia.

*De Doloribus Christi Domini*, plura, & devotissima.

*De Resurrectione Christi Domini*, ac Resurrectione generali, plura.

*Super Missus est Considerationes plures*, & graves.

*De Prædestinatōrum*, & damnatorum numero.

*De novem catenis peccatorum*, super illud Joannis: *Vidi Angelum*, &c. habentem catenam magnam, &c.

*De Spe bona*.

*De Virginitatis perfectione*, exaltatione, conservatione, & corruptione, pulcherrima.

*De 30. peccatis*, propter quæ Deus mandat pestilentiam, seu de iudicio pestilentie, plurima. Et alia.

In ejus Adventuali juxta eandem Venetam editionem habentur.

*De lapsu hominis*, & de cognitione Adæ, plura, etiam Scholastica.

*De Sanctorum Patrum desiderio videndè Chrifum*, vñā cum duabus questionibus de Incarnatione.

*De Revelationibus*, & Prophetia, plura.

*De Electione Virginis in Matrem Christi*, vñā cum tribus questionibus.

*De perpetua Virginitate Deipare*, plura.

*De Annuntiatione*, & Conceptione Filij Dei, plura, vñā cum questionibus Scholasticis.

*De Verbo Incarnato*, plura.

*De eodem contra Hereticos*.

*De eodem contra Manichæos*.

*De eodem contra Arrianos*.

*De eodem contra Appollinatem*, & Valentianos.

*De eodem contra Judæos*.

*De Ecclesiæ stabilitate*, & miraculorum claritate.

*De S. Joanne Baptista*, plura.

*Maximus Ecclesiæ*, cēn Paulus, præco Robertus Quinquaginta annos Concionatus, obiit.

*Caracciolum fuerat Lucensis*, Presul Aquinas,

*Hoc tectus tumulo corpore, mente polo*.

## FRANCISCANA:

*In medio autem sepulchri incissa sunt hæc duo carmina*

*Ille Robertus hic est Christi, quo Praefule Vatum  
Nemo post Paulum, clarius Orbe fuit.*

*Admonitus fidells ad Christianissimum  
Galliarum Regem cœrā sui Regni statum  
Affervatur in Bibliotheca magni Conven-  
tus Tolosani, vñi narrat Uvadingus.*

*ROBERTUS DE RUSCIA*, seu RUTENUS, quem Hassum appellat Aubertus in Actuario, cap. 408. posteritatis reliquit:

*Sermones varios*.  
*Commentaria in quatuor libros Senten-  
iarium*.

*Expositionem Regulae S. Francisci ad  
Aymonem Anglicum Generalem Minis-  
trum*.

*Librum de Anima*. Obiit anno 1280. Roberti hujus meminit Dupinus in Tabula Universali ad saeculum 13. ex Trithemio. Memoratur etiam à Uvite in Catalogo illustr. Scriptor. Ordinis, pag. 53.

*ROBERTUS TURNELANIUS*, Anglus, Minorita, qui floruit anno 1280. connumeratur cum illustribus Scriptoribus Ordinis à Fr. Augustino Uvite, pag. 53. sui Catalogi.

*ROCHUS DE FIGUEREDO*, Minorita, teliquisse dicitur M. S. teste Venancius in suo Theatro Mexicanus apud D. Andream Bartia, part. 2. sua Bibliothecæ Indicæ, tit. 5. pag. 608.

*Descriptionem sui itineris ad Novam Mexicum*.

*ROCHUS MAMEROLIUS*, Minorita, teste Crouveo in suo Elencho in Sacr. Script. pag. 312. scripsit, ac edidit.

*Conciones in Ieronim. Virduni 1578. &*

*1579. in 8.*

*ROCHUS A PROSÉRPIO*, Capuccinus, professione Laicus, inedita re- liquit:

*Multiplicita opera spiritualia laudata à P. Moncada*, quem consulas 4. parte Chron. Minor. Capuccin. lib. 5. cap. 6.

*ROBERTUS ROQUES*, Gallus, Regular. Observ. Provincia Aquitanæ Minister, edidit Gallicè librum, cui titulus:

gratiam qui orationi vacant, demptis non-nullis adjectis, & absolutè castigatum, vernaculè edidit:

*Libellum Orationis, Meditationis, ac Devotionis à S. Petro Alcantarense exaratum.* Matrii apud Josephum Gonzalez 1731. in 16. Vidi. Adiectam habes *Stationem ad S. Petrum Alcantarensem.*

RODERICUS ALVAREZ, Hispanus, Regularis Observantiae alumnus, ligato sermone exaravit non pauca:

*Pro Immaculata Conceptione Virginis,* quæ noster Alva vidit, quo teste, col. 1376. suæ Militiae, extat hujus Roderici editum *Carmen de eodem Mysterio.* Limæ anno 1631. in 4.

RODERICUS ANES DE SA ALMEYDA MENESSES, Lusitanus, Marchio de Abrahantes, Regius Statutor, Academæ Lusitanæ Censor, Tertij Ordinis Franciscani, cui nomen dederat, Minister, ac Vit apprimè exaravit:

*Orationem ad Academiam Lusitanam* habitam anno 1723.

*Aiam* habitam anno 1724. die 25. Januarij.

*Aiam* ibidem habitam anno 1723. die 7. Januarij.

*Aiam* ibidem coram Regibus habitam anno 1723. die 7. Septembri.

*Aiam* valde eruditam, coram eisdem Regibus habitam anno 1721. die 22. Octobris. Editæ extant vñā cum collectiōnibus Regiæ Academiæ Lusitanæ. Legi:

RODERICUS A DEO, Lusitanus (cujus exemplarem vitam recenset Georgius Cardoso, tom. 1. Agiologij Lusitani, & Fr. Antonius à Pietate, tom. 1. Chronicorum Provinciæ Arrabidorum, lib. 5. cap. 24.) in Oppido Eritiande Diœcesis Lamegensis natus, emissa professione in Discalceata Arrabidorum Provincia, munia Magistri Novitiorum, Diffinitoris, ac Provincialis Ministri religiosissimè exercuit. Scriptis perutiliter idiomate patrio ad Sacerdotum directionem:

*Causas spirituales*, Ulyssipone apud Antonium Craesbeeck de Mello, anno 1674. in 8. & anno 1618. Huic priori editioni accessit *tractatus de Oratione Alphoni de Medina*, Minorita Discalceati. Vulgavit quoque vernaculè:

*Tractatum Graduum.* Ibidem typis Petri Craesbeeck, anno 1618. in 8. Vidi. Amplectitur hoc opus devotissimos Hymnos de Passione Domini, quos frequenter

memoriæ tradunt juvenes Lusitani. E vivis discelxit non absque sapientiatis opinione anno 1622. die 1. Februarij. Agunt insuper de nostro Authore D. Nicolaus Antonius, ac Fr. Balthasar de Medina, apud meam Bibliothecam Minorum Discalceatorum attramento, & sanguine Scriptorum.

RODERICUS A S. JACOBO, Lusitanus, Regul. Observ. Prov. Algarbiorum, ineditam reliquit:

*Historiam suæ Provinciæ*, cuius testimonio iteratò vtitur Georgius Cardoso in Agiologio Lusitano apud D. Nicolaum Antonium, tom. 2. Biblioth. Hispanæ.

RODERICUS A PORTILLO, Hispanus, Compostellanæ Provinciæ Pater, ac totius Ordinis Procurator in Urbe, apud Supremum Fidei Tribunal Censor, & Philippo IV. Catholico Regi à Sacris Concionibus, prælo commisit justum voluntamen

*De Christo, & Maria, ac de Beneficijs,* quæ per ipsos mundus recipit assidue, Hispanicè. Octoduri 1630. typis Hieronymi Murillo in fol. Vidi. Ensisit etiam:

*Orationem funebrem in obitu D. Joannæ de Cordova, Ducissæ de Frias.* Matrii ex typographia Regia, anno 1624. in 4. Vidi.

*Orationem funebrem in Exequijs Philippi III. Hispaniarum Regis.* Ibidem anno 1626. in 4. Vidi.

RODERICUS QUINTANUS, Minorita, tractatum scriptis, vti recenset Uvadingus,

*De Christo Jesu contra Infideles.*

RODERICUS DE RIBERA ANDRADE, Hispanus, in magno Salmantino Conventu Compostellanæ Provinciæ, Moderatorem agens studentium, vernaculè communem fecit eruditam

*Concionem de Pervigilio Nativitatis Domini.* Vallisoleti per Hieronymum Murillo, anno 1634. in 4. Vidi.

RODERICUS (Uvilloto RORICUS, alijs ROGERUS) UVITONUS, natione Anglus, insignis Theologus, ac Concionator non vulgaris, scriptis, præter alia illaudata à Pitso, & Angelo à S. Francisco in suo Certamine Anglico.

*Sermonum de tempore ab initio Adventus usque ad Pascha,* lib. 1. Memoratur à Uvite, pag. 57. sui Catalogi Illustr. Scriptor. Ordinis.

RODULPHUS A TOSIGNIANO. Vide superius, verbo Petrus.

ROGATIANUS PARISIENSIS, ejusdem Provinciæ Minorum Capuccinorum Concionator, Vir, qui octodecim annos natus, jure Summi Theologi famam sibi conciliavit; D. Augustini enim libros, recensente Genuensi, & Angelici Doctoris opera ita tenacissimè mente conclusit, vt omnes, qui prodigiosam ejus memoriam perspectam habebant, constantè affirmarent, extinctis omnibus horum Sanctorum operibus, quæ per omnem Orbem sunt diffusa, eum vnicum fore, qui Augustinum, & Thomam in tumulo obli-

vionis jacentes, redivivos facere posset.

*Partem Opérum S. Dionysij Areopagite,* Emisit insuper:

*Scholia in quinque libros Severini Boetij de Consolatione Philosophia,* & alia plura, quæ simili prodiere Colonæ ex officina Gymnici, anno 1539. duobus tomis in fol. Vide laudatum Myrzum.

RODULPHUS DE BRIBACO, Minorita, scriptis, Uvadingo teste:

*Librum de Itineribus æternitatis.* Flo- ruit circa annum 1360.

RODULPHUS COLEMBURGIUS, natione Anglus, professione Minorita, floruit anno 1260. & in *Scriptorum Illustrium Ordinis* numerum referuntur à Fr. Augustino de Uvite, pag. 53. sui Catalogi. Ejus opera me fugiunt.

RODULPHUS ERPHORDIENSIS, Minorita, qui floruit anno 1242. Clasitis *Scriptoribus Ordinis* adscribitur in suo Catalogo à Fr. Augustino de Uvite, pag. 52. ejus autem opera non recenset.

RODULPHUS OFFUALTER, Franciscanus, laudatur à Teissério, pag. 285. sui Catalogi, cùm Author, cuiusdam voluminis

*De Scriptoribus Ordinis Minorum*, excusi anni 1559. in 4. haecenius mihi ignoti.

RODULPHUS SUITENSIS, Capuccinus, ex Provincia Helvetiorum, fervidus Concionator, ac Hæreticorum verbo, & scriptis, acertrimus hostis, effor- mavit volumina duo prænotata:

*Provocatio ad duellum rationis in campo amicæ fictionis ad omnes Atheistas, Machiavellistas, & Adiaforitas,* in fol.

*Floridum ambulacrum anima,* in 8. anno 1689. Eorum editiones Genuensem fu- giunt.

eruditum , & in omni prorsus scientia summè doctum. Sanctum Edmundum Archiepiscopum Cantuariensem , & Richardum Fitzarciūm seniorem Dominicanorum amicos , in studiis fautores , & aliquando Magistros habuit. Quo tempore Rex Angliae Henricus Tertius consilio potissimum Petri Episcopi Uvintoniensis Picavienses , & alios exteriores in Angliam introduceret , hic , & frater ejus Robertus Oxonij corā Regē Concessione habuere contra dictum Petrum , serio suadentes Regi ne vtrā pareretur Petri consiliis duci , vel potius seduci , nec traderet munitiona patriæ loca hominibus externis custodienda. Dūm Mathematicas Scientias , & Philosophiam , maximè naturalem , curiosius forsān , quam pat erat , respiceret , profundiūs contemplaretur , & penitus penetraret , tam arcanas inde traxit consequentias , & tam mirabiles rerum reconditarum intulit conclusiones , vt apud imperitum vulgum haberetur mirus præstigiator , apud quoddam etiam non indoctos de Magicis artibus fuerit suspectus , inī & à malevolis tandem graviter accusatus : super quibus , sive vulgi suspicioibus , sive malevolentum accusationibus ab Hieronymo de Esculo in Galliam vocatur. Judicium subiit anno 1278. sub Nicplao Tertio , & ad tempus carceribus manegatus fuit. Clementi IV. in Minoribus facultatis , multas etiam ei in Pontificatu scriptū litteras , & Clemens ab eo petiit sibi mitti quandam librum ab eo compositum , missisque ille per discipulum Joannem Londinensem cum instrumentis Mathematicis à se compositis. Porro Pitseus in illa tribulatione invidorum calumniis oppressum suspicatur , atque hæc in ejus defensionem scribit : ( salvo , inquit , meliori judicio , hic locum habet versus ille Ovidianus :

*Fructus obēs , peperisse nocet , nocet effacerem.*  
Certè malum in hac parte non videtur homini evenisse , nisi ex suo bono , nam secundum illud , & profundum litteratissimi hominis ingenium difficilia multa invenit , quæ aliorum ingenia , si alta , non inventa dolebant , & ex invidia accusabant , si vulgaria , ne inventa quidem capere poterant. Itaque vel invidia , vel ex ignorantia calumniabantur , & condemnabant illa , quæ suam vel effugerant industriam , vel superaverant captum) Hactenus Pitseus , cum quo , & alijs inferius citandis ingenij sui monumenta pectegam ,

## Opera edita:

*Speculum Alchimia.* Bernæ 1545. Norimbergæ 1581. in 4. Francofurti 1614. in 4. Basileæ 1561. & Ursellis 1602. in 8. Vidi.

*Epistole variae* quæ notis illustratae prodicuntur Hamburgi 1618. in 8.

*De Arte Chymicæ* , seu senioris medicinae , liber editus cum alijs opusculis Francofurti anno 1603. & 1620. in 8.

*Specula Mathematica* , & perspectiva Ibdem 1614. in 4. Vidi.

*De mirabili potestate artis* , & nature , & nullitate Magie. Habetur cum notis volume 5. Theatri Chimici , & seorsim Parisijs 1542. in 4. Basileæ 1693. Hamburgi 1608. & 1616. & Argentorati 1622. in 8. & extat M. S. in Vaticana.

*Fragmenta ad Clementem IV. Papam* , in quibus multa de vulgata editione Latina Sacrorum Bibliorum , ibique etiam de versionibus Græcis , & de Hexaplis Originis. Bibliothec. Bodleiana , cod. 1819. Horum magna pars edita apud Humphredum Hody , lib. 3. part. 2. cap. 114 de textibus Bibliorum originalibus.

*De retardandis senectutis accidentibus* , & sensibus confirmantibus. Oxoniæ 1590. in 8.

## Opera inedita:

*Super Psalterium* , vti ex Lelando recenset Jacobus Le Long in sua Bibliotheca Sacra , num. 622. Habetur tom. 1. Bibliothecæ Bodleianæ , fol. 148. cod. 2764. num. 7.

*De vulgata editione SS. Bibliorum ad Clementem Papam.* Ibidem fol. 88. cod. 1819. num. 218.

*De Sacra Scriptura profundis Mysterijs.* In cod. M. S. Hospitiij Grayensis apud Londonum , cod. 22. in 4. Consule laudatam Bibliothecam , fol. 42. tom. 2.

*Varij tractatus de Sapientia Divina ostendentes quomodo Matheſis , Grammatica Theologia inserviant.* Extant in Collegio B. Mariæ propè Uvintoniam , cod. 27.

*De vitijs contractis in Theologia* , apud Bibliothecam Bodleianam , tom. 1. fol. 86. cod. 1791. num. 190.

*De veritate Theologie* , opus in septem partes distributum. In Bibliotheca Thomæ Bodlejæ , cod. 7. num. 2.

Sexta

*Sermonum* , seu *Conionum* , lib. 1. Ex Lelando , & Uvadingo.

*Commentaria in quatuor libros Magistri Sententiarum.* In Jacobea Bibliotheca , cod. 447. apud Bodlejanam.

*Compendium Studij Theologicae in quinque partes distributum.* Incipit : *Quoniam in omnibus causis.* Manuscriptum cum alijs quibusdam tractatibus ejus , duobus voluminibus in Bibliotheca Baronis de Lumijo , teste Lelando , assertabatur.

*De perspectivis* , & multiplicatione specierum tractatus M. S. Ibidem. Consule P. Claudium Franciscum Millet de progressu Matheſeos , cap. 8.

*De multiplicatione specierum* , lib. 1. Habetur Angliae in pluribus Bibliothecis.

*Perspectiva singularis* , lib. 1. Incipit: *Hic aliqua dicenda sunt.* Ex Lelando , & Uvadingo.

*Perspectiva distincta* , lib. 3. Incipit: *Propositis radicibus sapientiae.* Ex eisdem.

*Perspectiva continua* , lib. 1. Incipit: *Cupiens te* , & *alios sapientiores.* Ex eisdem.

*Perspectiva cum figuris.* Habetur M. S. inter Codices Bodleianæ Bibliothecæ , num. 1678. in M. S. Codicibus Kenelmi Digbai , cod. 77.

*De impedimentis sapientie* , lib. 1. In Bibliotheca Cottoniana sub effigie Galbae , sub littera A. cod. 8. num. 1.

*De situ Orbis* , lib. 1. M. S. Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti , cod. 192. num. 2. & in Cottoniana sub effigie Othonis , litt. D. cod. 1. num. 6.

*De Regionibus mundi* , lib. 1. Habetur Cosmographia hæc M. S. Cantabrigiæ in eodem Collegio S. Benedicti.

*De situ Palestinae* , liber unus , nisi indistinctus sit à sequenti.

*De Locis Sacris* , lib. 1. Ejus meminit ex Pitseo Jacobus Le-Long in sua Bibliotheca Sacra , num. 628.

*De rerum mirabilibus* , lib. 1. ab alijs inscriptus: *De rerum miraculis.* Fortassis hic est liber inscriptus: *Radix mundi* , de quo in Bodleiana , tom. 1. fol. 83. cod. 1734. num. 133.

*Responsum ad Epistolam D. Bonaventuræ* , lib. 1. in quo agit de paupertate , labore manuum , & legendi studio.

*Ad Clementem Papam IV.* lib. 1. Incipit: *Sanctissimo Patri Domino Clementi.* Sunt varij tractatus , in quibus emendandi Kalendarij rationes exponit , de quibus hæc pauca (ex Historia Universitatis Oxiensis , lib. 1. tom. 1. fol. 138.) acciper-

, Julius quidem Cesar constituit Kalendam quod habemus , nec unquam fuit postea correctum , & in tempore suo non habuit falsitatem , quæ nunc regnat , propter mutationes , quæ acciderunt à tempore ejus , atque Ecclesia in principio multum conata est corrigerre Kalendarium , & multi Pape de hoc ordinaverunt , & non sicut satisfactum , eo quod in alijs occupata , & oppressa diu per Tyrannos , deinde per Hæreticos (circiter per quingentos annos) & idem invaluit consuetudo longa , & pertracta est ad nos. Cæterum non fuerunt in primis Ecclesia Astronomi perfecti , qui requiruntur ad hoc sublimne negotium. Nam multi Summi Pontifices rogaverrunt Virtos , quos estimabant aliqua laudabilitate scire de Astronomia , ut apponenterent remedium , & tentaverunt multo , vt Theophilus , Eusebius , & Victorinus , Cyrilus , Beda , & multi. Sed non sicut Astronomia in vsu Latinorum , nisi parum , nec in vsu Ecclesiæ apud Græcos , & Hebreos , sicut nec aliæ partes Philosophia propter multis causas , quarum alias scripsi superius. Sed in opere majore pleniū , scilicet , in prima parte illas exposui. Sed modo sunt Astronomi sufficietes ad hæc : & quatenus videretis radices principales errorum istorum cum remedijis scripsi , satis in opere majore. Hactenus Baco-nus : Subdit ibidem Author laudatæ Historia Universitatis Oxoniensis : *At* , qui autoritate adeò pollere visu sunt , quæ de illo argumento scriptis Baco-nus , vt cum de eodem differeret Paulus Midleburgensis , libri , cui titulum fecit Paulina , de recta Paschæ celebra-tione , & de die Paschæ Jesu Christi , partem dimidiam suffuratus fuit , qui plagiū suum occultare studens , Bacconum non tantum non laudat , verū sententiam ejus improbat aperte , ac errorum coarguit. Quamquam Joannes Stadius Scientia Historica , ac Astronomica penitissime imbutus , & Gerardus Mercator (utriusque sive arte , sive imitatione docti) Paschæ Domini , alter tertio Aprilis (cum Baccone sentiens) alter secundo mensis die , assignarunt.

*De utilitate scientiarum* , lib. 11. Ex Uvadingo , & Lelando.

*De causa ignorantiae humanae* , lib. 1. Ex eisdem.

*De lapide Philosophico.* Incipit: *Vestra petitioni respondeo quemadmodum* Ex Uvadingo. Des-

*Descriptiones locorum mundi*, lib. 1. Incipit: *Ad hoc autem quod certius, & plan.* Ex eodem. Habetur Angliae Caroli Theyeri, cod. 6.

*De occultis operibus naturae*, lib. 1. Incipit: *Superius dictum est quid. Ex eodem.*

*Summa Grammaticalis*, lib. 1. Incipit: *Oratio grammatica aut.* Commendatur tom. 1. Historiae Universitatis Oxoniensis, lib. 1. fol. 138. Habetur Cantabrigiae in domo S. Petri, cod. 3. num. 4.

*De constructione partium*, lib. 1. Incipit: *Ad completam cognitionem construct.* Ex Uvadingo.

*Grammatica Graeca*, lib. 1. M. S. Cantabrigiae in Collegio S. Petri. Laudatur tom. 1. Historiae Universitatis Oxoniensis, lib. 1. fol. 138. Habetur in Bibliotheca Cottoniana, sub effigie Galba, littera F. cod. 8. num. 1.

*Grammatica Hebreæ*, lib. 1. M. S. ibidem. Eam excipit Imbonatus in sua Bibliotheca Latino-Hebraica.

*De laudibus Artis Mathematicæ*, lib. 1. Incipit: *Post banc scientiam experimentalē.* Ex Bodleiana Bibliotheca, num. 1819.

*De quinta parte Mathematicæ*, lib. 1. M. S. Cantabrigiae in Collegio S. Benedicti.

*Breviarium Alchimia*, lib. 1. M. S. Cantabrigiae in Collegio Caji, cod. 3. num. 5. & alibi.

*Documenta Alchimiae*, lib. 1. Ex Uvadingo.

*De Alchimistarum artibus*, lib. 1. sub titulo: *Editio Rogeri Bacon in totam artem Alchimiae.* Habetur ex Bibliotheca Bodleiana, inter codices M. SS. Kenelmi Digbæi, cod. 129. num. 2.

*Artis experimentalis*, lib. 1. Incipit: *Postis fundamentis primis*, sub titulo: *Scientia experimentalis.* Habetur in Collegio Universitatis Oxoniensis, littera C. cod. 20. num. 1.

*De septem experimentis*, lib. 1. Ex Uvadingo.

*De Cosmographia*, lib. 1. Fortè indistinctus à libro *de Regionibus mundi*, de quo superius.

*De Geometria*, lib. 1. Ex Uvadingo.

*De valore Musicæ*, lib. 1. Incipit: *Secondum Boetium*, &c. Cantabrigiae in Collegio S. Benedicti, cod. 189. Habentur exceptiones Rogeri Bacconi ex Authoribus Musicæ Artis.

*De utilitate Astronomie*, lib. 1. Habetur ex Bodleiana inter M. SS. codices Cæ-

roli Theyeri, cod. 6. Laudat hoc opus P. Milliet, tom. 1. sui Cursus Mathematici, fol. 83. Alij attribunt Guilielmo Bonnero.

*Introductionis ad Astrologiam*, lib. 1. Incipit: *Fusius quidem dictum est de Astron.* Laudatur ab eodem Milliet.

*De judicijs Astrologie*, lib. 1. Commendatur ab eodem Milliet.

*De Radijs solaribus*, lib. 1. Laudatur à P. Milliet, tom. 1. fol. 83.

*De Loci Stellarum*, lib. 1. Incipit: *Quosdam infinitum est discernere.* Ejusdem etiam meminit præcitatius Milliet.

*De Secretis*, lib. 1. Incipit: *Interrogatione tua respondere.* Ex Uvadingo.

*Prognosticorum ex syderum cursu*, lib. 1. Ejus meminit ibidem laudatus Milliet.

*De aspectibus Lunæ*, lib. 1. Laudatur à P. Milliet loco præcitatō.

*De visu, & speculis*, lib. 1. Incipit: *De speculorum mirabilis.* Habetur inter M. SS. codices laudati Theyeri, cod. 6.

*De speculi facultate*, lib. 1. Ex Uvadingo.

*De forma resultante ex speculo*, lib. 1. Incipit: *Quæritur de forma resultante.* Ex eodem.

*De speculis vñstorijs*, lib. 1. In Bibliotheca Cottoniana, sub effigie Tiberij, litt. B. cod. 9. num. 7. Rogeri Bacconi liber de speculis comburentibus cum figuris.

*De gradibus intentionalibus*, lib. 1. Incipit: *Omnis forma in hñrens.* Fortassis hic est liber de linea intensiōnē, & remissione asservatus in Oxoniensi Collegio Corporis Christi, cod. 254. num. 8.

*De universalis regimine senum*, lib. 1. Incipit: *Summa regiminis.* Ex Uvadingo.

*De prolongatione vite*, lib. 1. M. S. Cantabrigiae in Aula Pembroch. Ex eodem.

*Antidotarium vita humana*, lib. 1. M. S. Ibidem.

*De erroribus Medicorum*, lib. 1. Incipit: *Vulgus Medicorum.* Habetur Oxoniæ in 4. in Collegio Corporis Christi, cod. 127.

*De retardatione accidentium*, lib. 1. Fortassis indistinctus ab opere laudato: *De retardatione accidentium senectutis.*

*Communita naturalis Philosophiae*, lib. 4. Incipit: *Postquam tradidi Gram.* In Collegio Universitatis Oxoniensis, litt. C. cod. 19.

*In Philosophiam naturalem*, lib. 8. apud tom. 1. Biblioth. Bodleianæ, fol. 84. cod. 1751. num. 150.

*Computum naturalem*, lib. 1. Incipit: *Omnia tempus habent.* Ex Uvadingo.

De

*Manifestavi in precedentibus.* Inter M. SS. laudati Theyeri, cod. 139. apud Bodleianam, num. 6309.

*De Metaphysica*, lib. 1. Ex Uvadingo.

*De speciebus*, lib. 1. In Collegio Universitatis Oxoniensis, litt. C. cod. 19.

*De copia, & inopia causis*, lib. 1. Ex Uvadingo.

*De coloribus per artem factis*, lib. 1. Ex eodem.

*De viridi colore faciendo ad osum ferti bendi tractatulus.* In Cottoniana Bibliotheca, sub effigie Julij, litt. D. cod. 5. num. 6.

*De rebus metallicis*, lib. 1. Ex Uvadingo.

*De sculpturis lapidum*, lib. 1. Ex eodem.

*De centrī gravium*, lib. 1. Ex eodem.

*De Universalibus*, lib. 1. Hic est liber de quatuor universalibus causis ignorantiae humanæ inter codices Collegij Sanctissimæ Trinitatis Dublinensis repositus, litt. B. cod. 81.

*Parabolam de quadratura*, lib. 1. Ex Uvadingo.

*Ventorum novem distinctiones*, lib. 1. Ex eodem.

*De arte memorativa*, lib. 1. Ex eodem.

*De planis*, lib. 1. Ex eodem.

*In Avicenam de anima*, lib. 1. Ex eodem.

*In opera Virgili Commentarios.* Ex eodem.

*Causæ universales.* Habentur in Bibliotheca Vaticana, teste Uvadingo.

*De Magnete.* Extat ibidem.

*De natura metallorum, & transformatione eorum.* Extat ibidem.

*Contra Necromanticos*, lib. 1. Ex Uvadingo.

*De Necromanticis imaginibus*, lib. 1. Ex eodem.

*De Genomantia*, lib. 1. In Bibliotheca Lumleiana.

*De excantationibus*, lib. 1. teste Uvadingo. In Cottoniana Bibliotheca præcata, cod. 5. num. 11. Habetur ejus Epistola de ligaturis, & suspensis color.

*Tractatulus de decoro, & venustate facie.* Ibidem num. 7.

*Tractatulus de modo projectionis.* Ibidem num. 8.

*Tractatulus de quibusdam medicinalibus confectionibus.* Ibidem num. 9.

*Tractatulus de dissolendo Chrysalito.* Ibidem num. 10.

*Tractatulus trium verborum, qui com-*

## BIBLIOTHECA

prehenditur tribus epistolis ad Joannem Parisiensem. Ex Bibliotheca Bodleiana, num. 1720. inter codices Kenelmi, cod. 119. num. 2.

*Liber de fistula.* Apud eandem inter codices Francisci Benedicti, cod. 93. num. 3.

*De inventione cogitationis.* Ex eadem inter codices Digbæi, cod. 72. num. 4.

*Verbum abbreviatum.* Ex eadem, inter codices Eduardi Utroune, cod. 14. *Et alia plura de re Mathematica*, quæ habentur in Bibliothecis Angliae, & Hibernie. Scriptis enim, ait Angelus à S. Francisco in suo Certamine Anglici, viginti supra centum libros Mathematicos. Obiit Oxoniæ apud suos sepultus anno 1284. Hujusce hominis meminere etiam Baleus; Anglicarum rerum Scriptores, & Illustris. Cornejo, tom. 2. Chronic. Ordin. quem consulas, lib. 5. cap. 34.

**ROGERUS CONUVAJUS**, vel **CONNOVIUS**, ex antiquissimo Oppido Connovio, vulgo Chonnoe, in frigidissimis Cambriae montibus non longè à litore maris sito, natus, Oxonij cursu studiorum stadio, Sacrae Theologiae creatus est Doctor, & inter suos etiam Professor. Virtutis item laude tam clarus extitit, ut communi suorum omnium consensu, & suffragio, dignissimus reputaretur, qui universo Ordini suo per Angliam suprema Provincialis potestate præsideret. Fuit per illa tempora quidam Vir doctus Richardus Radulphius, Hibernus, & in Hibernia Archiepiscopus Armachanus. Hic in omnes Fratres Mendicantes, & potissimum in Franciscanæ Professionis Monachos ita infesto erat animo, ut etiam libris in vulgus emisis eos impeteret, & in quibusdam graviter taxaret. Ad hunc igitur Rogerum recurrent Fratres, vt is se tanquam murum opponeret pro domo Dei, totiusque Ordinis sui in hac causa patrocinium susciperet. Suscepit ille, & suos, vt par erat, convitiis adversarij nervosè confutatis, strenue defendit, scriptisque in ea controversia:

*De Confessionibus per Regulares auditatis contra informationes Armachani.* Incipit: *Confessio, & pulchritudo in conspectu ejus.* M. S. Cantab. in publ. & in Collegio S. Benedicti, Extat Parisijs 1496. & 1511. impressum, vñ cum opere Armachani.

*De Christi paupertate, & domino temporali* quæstiones tres, satis diffusas, in plures articulos divisas, vbi doctissime

disputat de licita, & meritaria Religiosorum mendicitate. Incipiunt: *Utrum Christus hominum perfectissimus.* Habuit penes se Uvadingus, sed ineditum.

*Sermonum*, lib. 1.

*Lectionarum*, lib. 1.

*Quæstionum Theologicarum*, lib. 1.

*Determinationum Scholasticarum*, lib. 1.

*De extravagantis Pontificiæ intellectione*, lib. 1. Incipit, Uvadingo teste: *Venerantam, quia justus Dominus.* Londini in suo Coenobio debitum solvit anno 1630. Eum commendat Pitseus, Angelus à S. Francisco in suo Certamine Anglico, Didacus Lequile, & Augustinus Uvite in suo Catalogo illustr. *Scriptor. Ordinis*, pag. 57.

**ROGERUS N.** Vir religiosissimus, & contemplationi deditus in doctrina spiritus, exaravit:

*Tractatum variarum considerationum.* Communem fecit Illustr. Ulyssiponensis, parte 2. Chronicorum Ordinis, lib. 3. cap. 52.

**ROGERIUS ROYSETH**, sive ROGET, Anglus, scriptis:

*Commentarios super Sententias.* Incipiunt: *Amice ascende superiorius.* Habetur M. S. Afsisi. Laudatur à Fr. Augustino de Uvite in Catalogo *Scriptor. Clasic. Ordinis*, pag. 53.

**ROGERUS RUGOSUS**, vel **RUGGO**, Anglus, Sacrae Theologiae Doctor, scriptis, teste Uvilloto:

*Commentaria in Magistrum Sententiarum*, lib. quatuor. Incipit: *Utrum aliquis in casu posset obligari in precepto.*

*De maximo, & minimo*, librum unum; Insuper ex Pitseo, & Angelo à S. Fransisco in suo Certamine Anglico.

*Commentarios in libros de Anima.*

*Opuscula quædam Theologica*, quæ M. S. haberi dicuntur Cantabrigia in Archivis Collegij Caji, & Gonelli. Memoratur à Uvite in Catalogo *Scriptorum illustrium Ordinis*, pag. 53.

**ROGERIUS TIPHERNIENSIS**, Italus, ex nobili Manassæotum Familia, Romanæ Provinciae Minorum Capuccinorum dignissimus Provincialis Minister, cuius vitam exemplaritatis nota insignitam habes apud tom. 2. Annal. Boverij, aliqua scriptis opera spiritualia inter quæ extat, laudante Genuensi:

*Tractatus de doloribus Iesu Christi, & Beatisima Virginis Mariae ad modum Coronæ, & Meditationum.* Obiit felicissime

Ro.

## FRANCISCANA.

Romæ anno Virginei partus 1610. ætatis suæ 85. Religionis 62. Hujus Viri effigiem in celebriorum Conventuum sui Instituti Claustris publicè expositam, ex decreto sui Capituli Generalis, ornata mæ que hac insigne subscriptione narrat laudatus Genuensis, quem excipit Tortosa cilla.

P. P. Fr. Rogerius Tiphernas Sacerdos;  
Pauper, humilis, devotus, & vigilans  
Digna quæ scirentur scribebat, & quæ scriberentur,  
Digna operabatur.  
Animam Deo Creatori reddidit  
Romæ anno 1610.

**ROGERUS VARRO**, Sacrae Theologiae Doctor, unus ex his, qui insculpi sunt in latere tumbæ Scotti, Coloniae in veteri Ecclesiae Minorum, multa eruditè scriptis peribetur, vti recenset Angelus à S. Francisco in Certamine Anglico. Clariuit anno 1290. De eo Pitseus in sua Bibliotheca.

**ROMANUS A. S. BRIOCO**, Capuccinus, Gallus, in Provincia Parisiensi Concionator, Vir doctrina clarus, & Hæreticorum infensus hostis, typis commisit:

*Defensionem Kalendarij Romani Gregoriani adversus Hæreticos, & Schismaticos*, in qua eruditissimè demonstrat hujusmodi Reformationem omnium Conciliorum, præsertim Nicæni, Decretis conformem esse. Parisijs apud Dionysium Thierry, anno 1647. tom. 1. in 4. De eo meminit Uvadingus, Genuensis, ac Didacus Lequile de *Scriptoribus qui pro Fide Romana dimicarunt*.

**ROBERTUS DE LAMBORRONE**, Anglus, pluribus in Ordine honorificis munieribus functus, à Concilijs, & Sacris Arcanis Isabellæ Reginæ annis sexdecim astigit, & aliqua scriptis, quotum inscriptiones fugiunt Angelum à S. Francisco in Certamine Anglico. Floriuit circa annum 1329.

**ROMEUS ORTIZ DE SANTIA**, Hispanus, Regularis Observantiae, scriptis opus inscriptum:

*De Regimine Regularum*, vti refert Fr. Josephus Antonius de Hebrera in calce sui operis de glorio agone Martyrum de Teruel, excusi Cæsaraugustæ 1690. in 8.

Tom. III.

**ROMUALDUS TAURINENSIS**, Capuccinus, ex Genuensi Provincia, Apostolicus Missionarius, Vir, vti Genuenis narrat, Theologicarum facultatum, ac Divinarum litterarum Gazophylacium communiter appellatus, ac exacta Observantia conspicuus, scriptis:

*Disputationum Theologicarum*, lib. 2. in 4.

*Adnotaciones in Sacram Scriptaram*, tom. 3. in 4.

*Manuale precipuarum Controversiarum Catholice Fidei ad osum, & commodatem Missionariorum*, tom. In 4. Vercellis anno 1616.

**RUFFINUS A. S. GAUDENTIO**, Capuccinus, Provincia Panormitanæ Concionator, Vir devotus, & erga Beatisimam Dei Genitricem Virginem Mariam summo devinctus venerationis affectu, scriptis, teste Genuensi:

*Volumen exercitorum spiritualium profundanda eadem Beatisima Virgine.* Cittatur à Pagnotio, lib. de Maria triumphante, corona 3. cap. 47. pag. 683.

**RUFFINUS FACHINUS**, Italus, patria Afsilius, Vir pietatis, ac doctrinæ gloria conspicuus, vti ex Ludovico Jacobillo recenset Marracius, edidit opus inscriptum:

*Maria Refugium Peccatorum.* Florentia anno 1586. quo clarebat.

**RUFFINUS N.** Minorita, in Sacra Theologia Baccalaureus, diligentissime emendavit scriptum Subt. Doctor in primum Sententiarum, ac edidit in lucem Venetijs 1422. in fol. Vidi.

**RUFFINUS SCACIOTUS**, Siculus, ex Oppido Racudia Messanensis Dioecesis

G

sis

sis (minimè verò ex Ragusia in Dalmatia, vti nonnulli scribunt) Regularis Observantiae, qui pietate, & eruditione insignis, Neapoli florebat anno 1589. typis mandavit Italico sermone:

*Coronam Domina septem super viginti conceptuosis letationibus exornatam, in quibus salutatio Angelica, & Canticum Magnificat, & Salve Regina exponitur. Neapoli apud Horatium Salvianum 1590. in 4. Vidi. Ruffinum commandant Marracius, Uvadingus, & Mongitore in suis Catalogis.*

RUFFINUS SCIFIUS, Assisiensis, S. Claræ consanguineus, qui inter alios S. P. N. Francisci primos discipulos puritatis, & contemplationis prærogativa sublimis, redolentia fragravit, sanctitatis, litteris mandavit, vñā cum ejus condiscipulis Angelo, & Leone ex præscripto Ministri Generali:

*Vitam S. Francisci Assisiensis. Extat M.S. sub nomine Ruffini in Bibliotheca Canonorum Regularium Tungensem, Ditionis Leodiensis, teste Sandero, part. 2. sua Bibliothecæ Belgicæ manuscript. Vivebat anno 1243. Pertractatur de eo in cunctis Chronicis Ordinis. In trium lau-*

dem, Fr. Balthasar Plagia Minorita, centuria 2. epigram. 94. accinebat:


*Plena subasais quicumque volumina gestis  
A/pictis, b.ec Fratrum dat monumenta labor.  
Pagina tres jaicit scribas: in carne Pa-  
rentis  
Stigmatis Historiam scripseras ante Deus.*

Memoratur à Uvite in Catalogo Scriptorum Clasic. Ordinis, pag. 53.

RUMOLDUS COSTERUS, ex Recollectis Provinciae Germaniae inferioris, saepius Guardianus, aliquique officijs functus, anno 1669. emitit Germanicè volumen

*De Adventu Christi. Conscriptis etiam verè pius, & zelosus plures*

*Libellos pios. Obiit in senectute bona, Jubilarius Antwerpiae anno 1670. Eum commendat Carolus de Coudenhove in sua Compilatione Chronologica laudata Provinc.(quam legi M.S.) pagina 15.*



BEA-

## S



EATUS SIMON DE LIPNICA, suo natio-  
vo Oppido in Polo-  
nia dictus, ex Baccalaureo Cracoviensi S.  
Joannis à Capistrano  
Discipulus, Poloniensis Provinciae Regu-

laris Observantiae jubar, ac dulcissimi no-  
minis Jesu admirabilis Cultor, & Prædicato-  
r (cujus gratia, vti S. Bernardinus Se-  
nensis cavillationes, & imposturas perpe-  
ti meruit) vitæ integritate præditus, om-  
ni tempore in colenda magna Dei Matre  
præsetulit sinceritatem. Quam verò id  
cordi fuerit Virgini Sanctissimæ, palam  
ipsa fecit, nam se Viro Dei visibili specie  
pluries obtulisse, præbuisseque coelestium  
contemplationum gustum, constans est  
traditio, pictoris suum ævum ferentibus  
variè representata. Composuit in Dei-  
paræ laudem juxta sui temporis indo-  
lem:

*Metra, quæ propria manu exarata ex-  
tabant olim in fronte cellæ, quam ipse*

D. O. M:  
ET MEMORIAE B. SIMONIS  
de Lipnica Ordinis Sancti Francisci  
de Observant.

Lipnicius jacet hic Francisci ex Ordine Simon,  
Divino Frater fervidus eloquio;  
Cujus perpetua fruitur jam spiritus aura,  
Quod probus hic sanctè vixerit, atque pius:  
Quod decorare Dei studuit Genitricis honorem  
Doctrinam factis, atque probare bonis.  
Hunc miranda fides testantur signa Beatum,  
Qui miseris potuit ferre salutis opem.  
Hunc igitur studeas tibi conciliare patronum  
Ut voti compos efficiare tui.  
Obiit anno Christi M. CCC. LXXXII.

Eius gesta recensent Uvadingus ad annum Christi 1482. Plures apud Arturum in Martyrologio Franciscano die 21. Octobris, §. 2. & pluribus, laudati Continuatoris Bollandi.

B. SALOMEA, alijs SALONICA, Lesconij Cracoviae, & Sandomiriae Ducis filia, & sponsa Colomanni Hungari S. Elisabethae Lantgraviae germani Fratris, & Halitiensem in Russia Regis, cum quo perpetuum, communi contentu, virginitatem servavit, Colommano mortuo, S. Claræ Instituto se addixit, facta Monialis circa annum 1253. Quæ & qualis fuerit, miracula, & plurima ostendunt, quæ paucis perstringit Pilanus, & fusiùs sermone Hispano Illustr. Cornejo, tom. 2. Chronicor. Ordinis, missis pluribus alijs AA. in Martyrologio Franciscano ad diem 17. Novemboris ab Arturo citatis, §. 9. Nec in nostra Bibliotheca potuimus ejus non meminisse propter ejus præclara ingenij specimina; fuit enim Philosophia, Scriptura Sacra, ac Sanctorum Patrum eruditio venerabilis, atque inter alia, verbis, ut ut Haroldi ad annum Christi 1254. num. 8. *Evangelium, quod in Missa coram cantabatur, illa non solum vulgari lingua magistri jussu, reddebat post Missam, sed ad mores etiam componendos apte interpretabat, & observabat ipsa.* Migravit ad Sponsum 15. Kalend. Decemboris anno 1268. & Cracoviae in Monasterio Scalensi admirandis signis floret. Ejus festum collitur in Ordine Minorum 17. Novembritis.

SABINUS BONONIENSIS, Théologus, & Sacrorum Canonum professor, strictioris Observantie Reformatorum Bononiensis Provincie alumnus, opus minime pœnitendum conscripsit, ac prætavavit:

*Lux moralis bipartita illustratione universam quasi moralem Theologiam summam elucidans.* Pars prior prodit Venetijs ex typographia Balleoniana, anno 1722. in 4. Pars altera ibidem, ac eisdem typis. Vidi.

SALIMBENUS DE SALIMBENIS DE GRENONIS, Parmensis, insignis Theologus, & in optimis quibusque scientiis egregie versatus, sapè ad Imperatores, & Reges pro rebus gravissimis Legatus, scriptus:

*Historiam universalem, quæ incipit ab anno Domini 1068. & terminatur ad annum 1287.*

Chronicon Italiæ, cui pleraque ad pietatem, atque Theologiam spectantia in-

texuit. Ejus cum laude meminit Bonaventura Angelus Ferrarensis in sua Historia Parmenti, lib. 1. & frequentè ex eo suam confirmat narrationem, necnon Onuphrius Panuinus in suis antiquitatibus Veronesibus, lib. 7. Hæc Uvadingus. Floruit anno 1287. Memoratur à Uvite, pag. 53. sui Catalogi.

SALVATOR BARTHOLUCIUS, Umber, Minorita insignis, quem *Virum apprimè doctum, Concionatorem insignem, Oratorem nobilem, Philosophum acutissimum, & illuftrando Doctore Subtilis laboriosum*, vocat Nicolaus Commeni, lib. 3. Historia Gymnasij Patavini, sect. 2. cap. 21. In eodem Gymnasio Metaphysicæ, & Theologiae professor, Reipublicæ Litterarum tradidit:

*In Summulas Petri Hispani exætas explicationes.* Venetijs 1581. in 4. Vidi.

*In Philosophiam naturalem Tartareti, & Scotti Commentaria, insertis quæcumplurimi questionibus.* Ibide typis Hædum Sessa 1581. in 8. Vidi.

*Expositionem Formalitatum Scotti.*

*Apologiam pro Scoto.*

*Eius vitam.*

*Syllabus generalem in quatuor libros Sententiarum Scotti, cuius scriptum Oxoniense præclarissimis animadversionibus explicavit.*

*Quælibet emendata, ut videre est in editione operum Doctoris Subtilis Venetijs facta per Hæredes Melchioris Sessa 1580. tomis 5. in 8.* Audio plures orationes habuisse ad Patres, tunc in Conciliis Generalibus, tunc Provincialibus; nullam autem excusam. Vidi. Vivebat Patavij anno 1586. teste Uvite, pag. 69. sui Catalogi.

SALVATOR CADANA, Taurinensis, Provinciae S. Thomæ Regul. Observ. in Subalpinis Theologus, ac Ex-Minister Provincialis, necnon à Conciliis Serenissimæ Sabaudiae Principi plura editit, in quibus, Uvadingo morente, accuratiū examinandæ sunt Sanctorum Patrum, & Doctorum citationes. Extant igitur sui ingenij monumenta, Italico sermone, opera inscripta:

*Princeps instructus.* Taurini apud Joannem Rustis 1652. in 4. Vidi.

*Princeps regnans.* Ibide anno 1649. in 4. Vidi.

*Mariale.* Venetijs apud Hæredes Sarca 1642. in 4. Vidi.

*Sanctuarium, id est, Sermones de Sanc-*

*tis.* Taurini per Hæredes Joannis Domini Tarino 1641. in 4. Vidi.

*Adventuale, sub titulo: La Corte.* Venetijs 1647. in 4. ad signum Minervæ. Vidi.

*Dubia scripturalia pro singulis Adventus, & Quadragesima diebus, atque pro solemnitatibus B. M. V. ac SS. omnium totius anni.* Taurini tomis 4. & Venerijs 1643. in 4. Vidi. Hic liber est suspensus donec corrigatur per Decretum S. Congregationis Indicis 8. Maii 1662.

*Octavarium Sacramentale.* Venetijs anno 1645. in 4. Vidi.

*Secretarius.* Taurini apud Jacobum de Rustis 1652.

*Sapiens Politicus.* Ibidem eadem tempestate.

*Sermones Quadragesimales.* Monte Regali 1636. teste Andrea Rossoto in Syllabo Scriptorum Pedemontij. Ex eodem, insuper, & Illustrissimo Britio in suis Monumentis laudata Provincia D. Thomæ, fol. 292. exaravit:

*Collectionem Bullarum, & Decretorum Sacra Congregations.*

*Formularium Obedientiarium.*

*Decreta Divina.*

*Eriadni Lagationem.* Taurini apud Jacobum de Rustis.

*Regnum Hominum, & Angelorum pro reprobatione, & predestinatione.*

*Modum recipiendi Legata in Ordine Separatico.* Ibidem 1641. Alia ad prælum parabat anno 1647.

SALVATOR DE ELCHE, Hispanus, Theologus, ac iteratò Custos Valentianæ Provinciae Minorum Capuccinor. edidit, quod viderim, vernacule:

*Concionem de S. Ludovico Episcopo ad Valentianam Ecclesiam habitam.* Excudit Valentianæ Josephus Garcia anno 1703. in 4.

SALVATOR MARIA RUFFUS, Panormitanus, in eadem Provincia Tertij Ordinis, Sacrae Theologiae Lector, Vir ingenio ad Sacram prophanamque historiam mirè propensus, Inscriptiones, Elogia, Epistolas, Prolusiones, aliaque similia, Latini Sermonis puritate condidit, necnon notitias historicas pro Patriæ gloria alijs pluries suggestit, id vnum pro eximij animi sui moderatione semper virginis, ut ejus nomen penitus lateret. Ad augendam in Deiparam semper Virginem pietatem, rogatus edidit:

*Laudes B. Virginis ab Archangelo Gai Tom. III.*

*briele annunciatas, Italicè.* Panormi apud Didacum Bua 1708. in 16. anno 1714. quo Panormi vivebat, typis tradere mollebarur, recensente Antonio Mongitore in Appendice 1. ad tom. 2. suæ Bibliothecæ Siculae, sermonे patrio:

*Vitam V. Servi Dei Fr. Luce de Liram, Laici, ejusdem Instituti.*

*Discrūsum Historicum in laudem B. Augustini Novello Ordinis S. Augustini.* Latino idiome præ manibus habebat ad prælum matura

*Elogia Virorum illustrium Tertiij Ordinis S. Francisci Provinciae Siculae,* qui ab anno 1538. sanctimoniaz fama, & litteris claruerunt, ad nostram usque ætatem.

*Elogia selectiora, quibus Viri Sancti Summi Pontifices, Reges, Episcopi, Scriptores, & Historici Tertiij Ordinem S. Francisci, ejusque sectatores, tum Secularares, tum Regulares honorifice prosequuntur.*

*Tractatum de obligationibus Confessarij, & Pænitentis in materia occasionis, & conscientiæ peccandi, cui subiectuntur ad calcem funesta aliquot exempla.*

*De Fide Panormitanorum erga Principes, quotquot Siciliam tenuerunt, per omnes states usque ad Philippum V. Hispaniarum Regem.*

SALVATOR MASSONIUS, Minorita, Italus, vernacule edidit:

*Vitam, ac miracula S. Joannis à Capistrano.* Venetijs apud Burgiello 1627. in 4. apud Bibliothecam Tellerianam, fol. 253.

*Breviarium Vitæ B. Alberti à Sartiano* à Fr. Patricio Duffio commendatum in vita ejusdem Alberti, fol. 95.

SALVATOR MONTALBANUS, Sambucensis, sanguine clarus, professio ne Capuccinus, Provinciae Panormitanæ Minister Provincialis, ab ingenio, doctrina, & eruditione merito commendatus, tom. 2. Bibliotheca Siculae, edidit:

*Opus Theologicum tribus distinctum to mis, in quibus efficacissime ostenditur Immaculatam Dei Genitricem, ut potè ex Christi meritis præservativè redemptam, fuisse prorsus immunem ab omni debito, tum contrabendi originale peccatum, tum ipsius somitem incurendi.* Tomus primus:

*De peccato originali, & ejus debito. Secundus:*

*De eminentissima Deipare redemptione.* Tertius:

*De tripliōi nature humana statu, & ejus somite. Panormi typis Galparis Bayona 1723. in fol. Vidi. Ediderat, teste laudato Mongitore, librum inscriptum:*

*Sambuca rationalis Ecclesiastico certamini adhibita, qua opinio docens formulas oblatas, & in actu consecrationis oblitas consecratas manere, penitus a fundamentis evertitur, atque ita, seu speculativè, seu practicè omnino improbabilis demonstratur. Panormi apud Josephum Gramignanum 1701. in 4. Ad prælum maturas habebat*

*Conciones de Sanctis, & de Passione Domini, sub titulo Italico: Sambuca Sonora.*

**SALVATOR NARENSIS**, Provinciae Siculae Minorum Capuccinor. alumnus, Vir morum integritate, & historica eruditione ornatus, prælo paratam habebat anno 1708. quo clarebat:

*Historicam descriptionem Civitatis Narense, adjecta Cbronologia Mundi, ac Urbiū Regni Siculi. Laudatur hoc opus adhuc ineditum à Joanne Andrea Massa in Sicilia, part. 2. pag. 248. apud Mongitore, tom. 2. Bibliotheca Siculae.*

**SALVATOR SAMBUCENSIS**. Vnde de *Salvator Montalbanus*.

**SALVATOR SARDUS**, cognomento, & natione, Vir omni ferè religiosarum virtutum ornamento pretiosus, licet Laicus, inter Minorum Capuccinos Picentis Provinciae, tantum ecclesiæ scientia donum à Deo consecutus est, tamque altè de Philosophicis, & Theologicis rebus differuit, vt Philosophos, & Theologos ipsos in admirationem raperet. Scripsisse dicitur, testibus Marracio, & Uvadingo, & Genuensi, & evulgasse:

*Coronas plures spirituales in honorem Regine Angelorum, quæ à Hieronymo à Monte Florum ejus Generali examinatae, approbatæ, & commendatae sunt. Floruit sanctitatis fama, anno 1596. quo ad Dominum migravit. Ejus gesta habes apud Boverium, tom. 2. Annal. Capuccinor. pag. 577.*

**SALVATOR A SPIRITU S. Lusitanus**, Provinciae Atrabidorum Discalceatorum in Lusitano Regno alumnus, à Concionibus Serenissimæ Britannorum Reginae,

*Sermonem ferie 4. Cinerum, communem fecit. Excudebat in Connimbricæ Universitatis typographia Rodericus de*

Carvallo Coutinho, anno 1673. in 4. Vidi. Item:

*Concionem funebrem in Exequijs D. Roderici de Lencastro. Ulyssipone ex officina Craesbeckiana 1659. in 4. Vidi.*

**SALVATOR VITALIS**, Sardus natione, sed origine Cyrenæus, Provinciae Tusciae dictis, factis, & scriptis illustrator, Montis Alvernae pius inchola, Vir apud Etruria Magnos Duces magni nominis, omnigena eruditione, ac virtute auctoritate clarus, multa ingenij sui monumenta reliquit, in quibus meliorem methodum, limatiorem doctrinam, ac planiorum stylum desiderat Uvadingus, & sancè non pauca tumultuarie congeta videntur. Habemus igitur, ex illius penitu:

*Apodixim sanctitatis, & puritatis S. Francisci. Florentiæ apud Zenobium Pignoniun, anno 1630. in 8. Vidi.*

*Floretum Alvernianum, in quo de Stigmatis S. Francisco in Monte Alverna impressis differitur. Ibidem apud cumdem anno 1626. in 8. Vidi.*

*Theatrum Seraphicum de eisdem Stigmatis. Apud eumdem anno 1629. in 8.*

*De tribus horis, quibus Christus vivus pependit in Cruce meditationes. Mediolani apud Malatestas fratres 1643. in 8.*

*Trilogium Viae Crucis. Florentiæ anno 1629.*

*Annalium Regni Sardiniae partem priam, & secundam. Mediolani apud Joannem Petrum Cardum, anno 1635. in fol. & Florentiæ 1639.*

*Theatri triumphalis Mediolanensis Urbis magni, partem primam. Ibidem apud Malatestas, anno 1644. in fol. Vidi.*

*De Sacro Monte Alverna, Italice. Florentiæ anno 1628. & 1630. in 4. Vidi.*

*Vitam S. P. N. Francisci, eodem idiomate. Mediolani anno 1645. in 8.*

*Sanctuarium Corsicum, scilicet de Sanctis bujus Insulae Historiam, Italice. Florentiæ apud Amatorem Malsi 1641. in 4. Vidi.*

*Vitam B. Salvatoris ab Horta Minorita, Italice. Sassarij per Joannem Franciscum Brito 1639. in 4. Vidi.*

*Clypeum aureum excellentiae Caritatis. Florentiæ 1641. in 4. Vidi.*

*Propugnaculum triumphale in censuras Authoris in nominati contra Annales Sardiniae. Mediolani 1643. in 4. Vidi.*

*Iesu Militiam Sacram Evangelice pacis. Florentiæ 1630. apud Bibliothecam Ligusticam, fol. 492.*

*Defensoria octo Ordinis Fratrum Minorum, volumine unico in fol. Inedita vidi in Bibliotheca Matritensis Conventus Regularium Observant. sub via ca A. num. 10. cæterum, sextum, septimum, & octavum defensorium imperfecta reliquit. Obiit Romæ ad Aram Coeli anno 1647. haud sine sanctitatis opinione. De eo agunt Uvadingus, Alva, Fr. Antonius Terrinca, part. 3. Theatri Provinciae Tuscæ, pag. 211. & Alphonsus Lassor, tom. 1. & 2. sui Universitatem delineati.*

**SALVUS PANORMITANUS**, (cum nulla mihi aliunde notitia, quam ex Antonio Mongitore, tom. 2. Bibliotheca Siculae) strictioris Observant. Reformatorum alumnus, Provinciae Siculae Definitor, Custos, ac Commisarius, necnon aliarum Provinciarum Visitator, Vir à doctrinæ, & vita probitate commendatus, in lucem edidit Italice:

*Tesaurum animæ desiderantis servare paupertatem, & obedientiam. Neapoli apud Constantiū Vitalem 1610. in 8. Inedita reliquit:*

*Decisiones casuum conscientię, tom. 2. in 8.*

*Meditationes in odium peccati, & pro debita preparatione ad Communionem, tom. 1. in 8.*

*Stellam lucidam, id est, debitam observantiam trium votorum essentialium, tom. 1.*

*Scholam Orationis, tom. 1. in 8. Afferunt Bibonæ in Bibliotheca Cœnobij S. Mariæ à Jesu. Panormi decepsit, magna sanctimoniam fama, anno 1644. De eo Petrus Tognoletus, apud laudatum Mongitore.*

**SAMUEL BIURETTE**, scilicet BULRETTE, Belga, Provinciae S. Andreæ strictioris Observ. edidit Gallicè:

*Historiam Martyrum Japoniensium.*

*Vitam B. Joannæ Valesiae Fundatricis Ordinis Annuntiatarum. Hæc Uvadingus. Scriptis insuper, ac edidit, teste Fr. Petro de Alva, col. 1380. sue Militia, opus prænotatum:*

*Praxis Cœlestis, & Anniversaria celebratio Mysteriorum facta in Ecclesia Dei. Duaci anno 1650. in 8. magno.*

**SAMUEL DE CASSINIS**, Ligur, Regul. Observ. Provinciae Genuensis, Vir doctrina eximius, ac vita probatissimus, posteritatit demandavit:

*Tractatum de Statu Ecclesie.*

*De Purgatorio.*

*De Suffragijs Defunctorum.*

*De Corpore Christi. Prodierunt simul adversus Uvaldenes, in Oppido Cunei, ex typographia Simonis Breviloqua, anno 1510. in 4. Vidi. Hæc, ni fallor, sunt ejus Varia opuscula, apud Uvadingum, edita Venetijs 1502. & 1503.*

*Librum Isagogicum in apices Scotti ad investiganda Aristotelis principia. Venetijs anno 1493. Hispali in Bibliotheca Ecclesiæ vidi ejus tractatum Isagogicum, editum Cunei anno 1510. in fol.*

*Librum Isagogicum continentem libros septem Logicales. Mediolani 1494. in 4. Vidi. Et teste Uvadingo, ibidem anno 1495. simul cum Commentariis Joannis de Monte in Summulas Petri Hispani.*

*Librum tertium Isagogicum ad Physicos apices asequendos ad fulium II. Pontificem Max. Cunei ad Pedemontes, apud Simonem Breviloquam, absque anno impensis.*

*Expositionem triplicem in 8. libros Physicorum. Cunei anno 1510. in fol. Vidi in Bibliotheca Hispalensis Ecclesiæ. Insupèr ex Uvadingo:*

*Argumentationum contra Mag. Damiani Crassum de Ripolis Ordinis Prædicatorum, circa modos loquendi, librum unum.*

*Questionem ab eo disputatam in Universitate Ticinensi, circa Joannis Evangelistæ consanguinitatem, aut fraternitatem cum Christo Domino. Habetur M.S. in Bibliotheca Montis Alvernae, & Conventus Ubertensis Prov. Granatae.*

*Questionem alteram copiosam de immortalitate animæ, dedicatam Ludovico Sforza Duci Mediolanensi. Prodiit Mediolani anno 1498.*

*Apologiam pro Nicolao de Lyra, contra Joannem Viterbiensem Ordin. Prædicat. de Genealogia Salvatoris. Scriptis demum:*

*Sermones Varios, vt resert Daniel Agricola in sua Corona, apud Alva, col. 1386. suæ Militia. Extat hujusce Samuelis memoria cum laude apud Bibliothecam Ligusticam, fol. 492. & Didacum Lequile, tom. 2. Terlegislatoris, tract. 6. lib. 1. Frustrat Mediolani anno 1498. Memoratur à Uvite, pag. 69. sui Catalogi.*

**SANCTES BOCARDUS**, Minorita, scriptis ad Comitem Urbini Monsferri, Durantisque Dominum, librum prænotatum:

*De Firma Fide. Extabat M. S. apud Ser-*

Serram Petronum Camertinæ Dioecesis Oppidum. Ex Uvadingo , cui adhaeret Lequile immediate citatus. Memoratur quoque in Catalogo Fr. Augustini de Uvite, pagina 69.

**SANCTES THESAURUS**, Romanus , ejusdem Provinciae Minor. Capucinor. alumnus , Theologus , ac Definitor Generalis , Vir doctrina , & religione insignis , edidit Italice:

*Expositionem in Regulam Fratrum Minorum à S. P. N. Francisco prescriptam*, tom. 1. in 4. Romæ apud Aegidium Spadam , anno 1614.

*Expositionem in Regulam Monialium Clarissarum ab eodem S. P. N. Francisco illis traditam*. Opus quidem perutile Monialibus etiam aliorum Ordinum. Venetijs apud Evangelistam Deuch ann. 1622. tom. 1. in 4. De eo meminit Uvadingus , ac Genuensis in suis Syllabis.

**SANCTORUS MESSANENSIS**, strictoris Observ. Reformatorum in Provincia Sicula alumnus , anno 1620. quo Custodem agebat , vernaculè scriptis:

*Meditationes pro hebdomada diebus*, quas sub titulo : *Zodiaco spirituale* , typis mandavit Panormi Joannes Antonius de Franciscis , anno Virginei Partus 1621. in 8. Memoratur à D. Antonio Mongitore , tomo 2. Bibliothecæ Siculæ.

**SANCTUS BERETA**, Italus , Placentinus , Tertij Ordinis Regularis , ac Discretus Provincialis S. Antonij Abbatis , opusculum edidit vernaculè prænotatum:

*Il Botottone* , id est , *Panegyrim ad RR. Generalem de Bottonis* , exculum Parmæ apud Marium Vignum 1644. & à Bordone laudatum in suo Chronologio.

**SANCTUS SALAS**, Panormitanus , Minorita Conventualis Prov. Sicula peritus Definitor , quem Antonius Mongitore , tom. 2. celeberrimum Ecclesiastem , Sacrae Theologiae Magistrum doctissimum , ac Virum virtutibus mitificè ornatum vocat , edidit Italice:

*Modum recitandi Coronam Salvatoris* , ab ipso adinventum , & orationeque mentali , & vocali contextum. Florentia anno 1606.

*Meditationes dolorosas* , seu de *Pasione D. N. Iesu-Christi* , vernaculè. Ex Philippo Cagliola , & Joanne Francischino,

apud tom. 2. Bibliothecæ Siculæ. Obiit Neapoli circa annum 1624. non sine omnium dolore , ac sanctitatis opinione ; ideo que magno populi concuru funus celebratum.

**SANCTUS VILLA DE MEDIO-LANO**, à Uvadingo illaudatus , Italus , Regularis Observantie alumnus , posteritati dedit:

*Reportata in 4. libros Sentent. S. Bonaventure* . Basileæ apud Jacobum Pfortzheim 1507. in 4. Parisijs impensis Francisci Regnault 1521. in 8.

*De Prerogativis Domine nostre ab Angelis de Porcuncula* , Italice. Prodij Spoleti , Perusiae , Florentiae , Venetijs , ac demum Mediolani ex officina Ludovici Monza 1672. in 16.

**SANCTES A PATTI**, Italus , teste Alva , col. 1389. scriptis:

*Relationem sua Provincie Vallis Mazariae* , mihi ignotam. Ineditam crederem affervari Romæ , in Archivio Generali Ordinis.

**SANTORUS DE MELPHI**, Italus , strictoris Observ. Provincie Romanæ , Sacrae Theologiae professor , Custos , aliarum Provinciarum Visitator , Sacrae Poenitentiariae Lateranensis Praeses , Regij celebrimi , & admiraculum magnifici , ingeniosique Parthenonis Neapolitani Fratrum , ac Sanctorum Guardianus , quo Uvadingus quam familiarissime vtebatur , Vic quidem religiosus , & doctus scriptis , ac edidit:

*Morales Commentarios in Statuta , & Constitutiones Ordinis Minorum de Observantie* . Opus varia Morali , Canonica , Civili , criminalique doctrina resertum , omnibus Ecclesiasticis , Regularibus , Secularibusque Viris , nedum Franciscanis vtile , & profuturum. Romæ apud Andream Phœum , anno 1643. Vidi.

*Praxim Criminalem ad sancte administrandam iustitiam in Ord. Fratrum Minorum S. Francisci Regul. Observ. juxta prescriptum Statutorum generalium ex Canonicis , & probatis Authoribus compendiose collectam Generali Capitulo Romano anno millesimo sexcentesimo trigesimo nono , probante , & mandante* . Romæ typis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide anno 1639. Tertia editio , qua vtor facta est ibidem sumptibus Josephi Corvi , anno 1667. in 8.

*Paxnarium distinctionum examen , quibus Regulares punitivam iustitiam admis-*

*nistrant* . Romæ apud Franciscum Monetam , anno 1649. in 4. Vidi.

*Thesauros spirituales , & temporales Reglorum Monasteriorum S. Clarae , & S. Marie Magdalena Urbis Neapolitanae* , Italice. Romæ apud Franciscum Felicem Mancinum , anno 1650. in 8. Vidi. De eo Nicolaus Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana , Sinistratus , tom. 1. sua Practica Criminalis , titulo Procemioli. Vivebat Author Romæ anno 1650. quo , teste Uvadingo , plures alias meditabatur elucubrationes , quæ impræsentiarum me fugiunt.

**SANTORUS MESSANENSIS** , ex Conventualibus Reformatis Prov. Siculæ , ejusque Custos , recensente Mongitore , tom. 2. Bibliothecæ Siculæ , in lucem emissit Italice:

*Meditationes varias per Hebdomada circulum ordinatas* , sub hoc titulo : *Zodiaco spirituale* . Panormi apud Joannem Antonium de Franciscis 1621. in 8.

**SASCOLINUS FLORENTINUS** , Minister Generalis , anno 1519. edidit:

*Conscientia illuminacula* , Uvadingo teste. Ejusdem meminit Fr. Augustinus de Uvite , pagina 62. sua Genealogie S. P. N. Francisci.

**SCHOLASTICUS CASTELLIONIS** , Brannovius , post abjurata hæresim Calvinisticam , in qua parentes illum educaverant , copiosamque illorum hæreditatem reliquit , illis vita functis ad Capuccinorum Religionem migravit , inter quos Prædicator effectus , potens hæreticorum impugnator extitit. Typis mandavit sub nomine Domini Chanueau proprio suppreso

*Disceptationem publicè , & solemniter habitam de licentia Reverendiss. Episcopi Nivernensis , contra Ministrum Calvinizam , Monsenglar nuncupatum* , quem de hæresi , & multis erroribus circa fidem convicit. Nivernis apud Joannem Millot 1630. in 8. De eo Uvadingus , Genuensis , ac Lequile de Scriptoribus , qui pro Romana Ecclesia dimicarunt.

**SCIPIO BELLABONA DE AVELLINO** , Italus , Baccalaureus in Neapolitana Provincia Minorum Conventualium , vernaculè edidit:

*Memoriale Historicum Urbs Avellinen-sis* . Trani per Laurentium Valeris 1656. in 4. apud Bibliothecam Neapolitanam Nicolai Toppi.

**SCOICARDUS** (alijs SUICARDUS , vel SUICARDUS ) BECK , natione Getmanus , Provinciae Colonensis alumnus , edidit:

*Conciones omni tempore prædicabiles , de gravitate peccati* . Colonia apud Joannem Crytium , anno 1646. in 8.

*Historiam S. Anna in Germanicam translatil* . Ibidem apud Gilbertum Clementiss anno 1641.

*Conciones morales , antidotum , seu media contra peccata complectentes* . Colonia 1682. in 8. Ex Uvadingo , & Catalogo Librorum Catholicorum edito Genuæ , in officina de Tournes anno 1725. in 8. De eo meminit in sua Militia Fr. Petrus de Alva , columa 1428.

**SEBASTIANUS AVENDAÑO** , Hispanus , Matriensis , Regul. Observantie Prov. Castellæ Concionator , in Romana Curia pro Familia Ultramontana Secretarius , edidit:

*Speculum spirituale de humanae vite miseriis , de miris mortis effectibus , de excellentijs Purgatorijs in sex libros dispositum , & ad Concionatorum usum accommodatum* . Romæ apud Franciscum Caballum , anno 1642. in fol. In pretio erat circa annum 1650. Nec immemores sunt Uvadingus , & D. Nicolaus Antonius.

**SEBASTIANUS BOLLANDE** , alias BOSLAND , Mosæ Trajectensis , Philosophia , ac Theologiae Moralis Lector , Provinciae Germaniae inferioris , vi Uvadingus recenset:

*Sermones aureos Fr. Petri ad Boves in Dominicis , & festa per annum , correxit , & ad omnium utilitatem accommodavit , adjunctis Indicibus , & Elencho ad alias Conciones efformandas. Recusi sunt Antuerpiæ apud Gulielmum Lestenium , anno 1643.*

*Tomos duos ingentes Elucidationis Terræ Sanctæ à Fr. Francisco Quarlesmindi editos Antuerpiæ apud Moretum , elenchi , & indicibus copiosissimis adorna-vit. Obiit Antuerpiæ 13. Octobris anno 1645. Vide verbo *Franciscus Quarlesmudi*.*

**SEBASTIANUS DE BRIXIANOS** , Hispanus , Regul. Observ. Compastellæ , Provinciae à Concionibus Philippi III. Regis Catholicæ , & Auriensis Episcopus in Gallacia Regno , volumen scriptit:

*De protectione fanticuli Franciscani , vita recenset Fr. Jacobus de Castro , tom. 1. Chro-*

Chronic. ejusdem Provinciæ, lib. 3. cap. 6. pag. 131.

SEBASTIANUS A BURGIO. Vide inferius *Sebastianus Saccus*.

SEBASTIANUS CAETANI, Italus; ex Minoribus Observantibus Provinciæ Terra-Laboris Theologus, ac Provincialis Minister, quem in suam Universalem Bibliothecam, tom. 7. col. 117. intulit P. Coronelli, in publicum emisit

*Commentarium in Decreta Cardinalium Congregationis Rituum*, circa Missaram celebrationem. Neapoli 1630. in 4. Laudatur in Bibliotheca Neapolitana D. Nicolai Toppi.

SEBASTIANUS CAPOTE, Hispanus, Theologus Provinciæ Bæticæ S. Michaelis Tertiiorum Regularium emissit à se habitam:

*Orationem funebrem in obitu R. P. Fr. Antonij Chacon ejusdem Provincie Ministri Provincialis*. Malacæ typis Joannis Serrano, anno 1641. in 4. Vidi. Scriptis insuper Hispano sermone:

Quadrageſimale affervatum M. S. in 4. Hispani in Bibliotheca Conventus Domini nostre Consolatione. Vidi. Demum volumen in 4. etiam ineditum, atque ibidem repositum opuscula egregia, quorum Catalogum subjicio, constringens, pmp:

Super illud: *Deus ab Auro veniet. De Sacra Syndone.*

*De quatuor plagiis, quibus Christus Dominus crucifixus est.*

Super illud: *Non erat ei locus in diversorio.*

Super illud: *Sed et serpens erat collidior. De Christi Sacerdotio.*

Super illud: *P.S. Iuda Rex meus, Moab et spes mea.*

Super illud: *Vox quidem Jacob est, manus autem, &c.*

*Quæstum de desponsatione Iustorum. Legi. Utinam pro bono publico quam primum prodeant.*

SEBASTIANUS DE CASTILLON GALLO, Hispanus, Discalceatae Provinciæ Mexicanæ S. Didaci iterato Minister Provincialis, celebris Ecclesiastis, & à Censuris Theologicis S. Officij, vernaculè edidit:

*Concionem de Conversione S. Pauli, ad Ecclesiam Mexicanam. Mexici 1690. in 4.*

*Panegyricum S. Francisci de Bergia in ejus*

*Canonizatione, ibidem habitam, & cù fam in 4. Obiit anno 1696.*

SEBASTIANUS DUPASQUIER, Minorita Conv. Sacrae Theologiae Doctor emeritus, Pater Provinc. S. Bonaventuræ, & Conventus Camberiensis alumnus, litteris mandavit:

*Summam Philosophie Scholastice*, 41 tomis in 8. Lugduni 1692. sumptibus Antonij Briasson. Vidi. Agit in tomo 1. de Logica. In 2. de Metaphysica. In 3. de Physica. In 4. de Mundo, Cœlo, Generatione, & Anima.

*Summam Theologie Scotica*, 8. tomis in 8. Camberij 1708. Vidi. Tomus primus amplectitur tractatum 1. de Deo. Secundus, de Mysterio Trinitatis, & de Angelis. Tertius, de Creaturis corporalibus, maxime de Homine. De summo ejus bono. De peccatis, ac virtutibus moralibus. Quartus, de Actibus humanis. Quintus, de gratia, justificatione, & merito. Et de virtutibus supernaturalibus. Sextus, de Ineffabili Incarnationis Mysterio. Septimus, de Sacramentis in genere, & de Baptismo, Confirmatione, & Eucaristia. Octavus, de Pœnitentia, Confessione, & Matrimonio. Prodierunt etiam Patavij typis Seminarij, anno 1705. & 1719.

SEBASTIANUS FIEVET, Belga; Minorita, Vir pietate clarus, & in Divinis, Humanisque Litteris optimè instrutus, cum legisset Agnensis Psalterium Anagrammaticum, Romæ editum (anno 1662.) tanto illud in pretio habuit, ut non solum curam, diligentiamque adhibuerit, vt iterum in Belgio in lucem publicam promulgaretur, sed eidem Chronica adjunxit (ex ejusdem Psalterij Anagrammatica majori ex parte contexta) desideratissimi illius anni 1662. quo exoptatissima fidelium votis Bulla SS. D.N. & festi, & cultus Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis Deiparae edita, Belgio publicata est. Hæc Hippolytus Marracius ad Lectorem libri inscripti:

*Conceptio Immaculatae Deiparae Virginis Mariae celebrata M. C. XV. Anagrammatibus prorsus puris, &c. à Joanne Baptista Agnensi impressa Mediolani typis Ludovici Montii, fol. 15. Hujus ergo Se-*

*Anagrammata, & Chronica Acroptica de Immaculata Conceptione B. Mariae Virgi-*

*ginis ex salutationis Angelica verbis eruta exscripta habes in Militia Fr. Petri de Alva à col. 1393. usque 1400.*

SEBASTIANUS AB INCARNATIONE, Lusitanus, Provinciae Tertiij Ordinis de Pœnitentia alumnus, emisit, quod viderim à se habitam:

*Concionem de Septuagesima. Ulyssipone apud Michaelem Manescal 1706. in 4.*

SEBASTIANUS A S. JOSEPHO, Hispanus, Methymnae del Campo nobilis ex prosapia natus, & nostræ S. Pauli Provinciae professus, Vir arduarum virtutum, martyrij à teneris annis amansissimus, in Philippinis pertransi. Expeditionem suam decurrent in Malukanis Regionibus, quinque præcellentes Regulos aqua Baptismali Christo devicit, & crudam alioquin generationem illius Regionis Christianæ moralitatis elegantia non paucis in locis expoliavit. Interim navigio euntem pyratica gens Batavorum deprehendit, contumelijque affectum in desideratam posse à Insulam ejecit. Ille vero præsenti auxilio Dei promotus, in Insulam Tagolandæ cum locis delatus, gentem Mahometicæ vesaniæ cultricem longis sermonibus confundens, & vincens, ad extremum illius terræ sistit, & confessim morti adjudicatur, feriturque gladio, sed postea quam velut signum ad sagittam expositus, spiculis toto corpore confixus est. Quibus peractis, truncum corpus in aquas demergitur, sed ipsis aquis supernatans, ostendit cilicium lumbis affixum rigide accuminatum, quod Vir Dei ad extremum martyrij agonem retinuerat. Flagellum quoque disciplina illius à Barbaris iudibrio habitum, & in mari toties quoties rejectum ad littus eminentè delatum est. Interim cruce miraculosa ad locum martyrij divinitus ostensa, multi prodigio moti ad Christum properarunt. Pro cojus Canonizatione litteræ petuntur Apostoliæ ad processus conficiendos. Scriptit:

*Epistolas plures ignito plenus sequio, publici juris factas tom. 2. Chronicorum Provinciæ S. Pauli, vbi ejus gesta descripsi, glossamque adhibui ejus Epistola ad V. Discalceatam Leonoram à Spiritu S. scriptæ. Vide partem primam, & secundam meæ Bibliothecæ Minorum Discalceatorum, pag. 233. & pag. 52. Fortunatus Huever in Monologio Franciscano Martyri nostro:*

*Orationem funebrem in Exequijs III. D.D. Joannis Alfonsi Malacensis Antistitis, ad eandem Urbem habitam. Excludit ibidem Joannes René anno 1616. in 4. Vidi.*

*Oppletam pharetram si vis spectare fas gittis,  
Ecce? Tibi Martyr viva pharetra fuit.*

SEBASTIANUS DE MALAGA, Hispanus, ex Minoritis Capuccinis Provinciae Bæticæ, Concionator, vernaculè edidit:

*Ceremoniale Romano-Seraphicum ad usum sue Provinciae. Granatæ in officina Sanctissimæ Trinitatis, anno 1721. in 4. Vidi.*

SEBASTIANUS A MATRE DEI, Hispanus, Discalceatae Provinciae S. Pauli filius, ad Provinciam S. Gregorij Philippinatum translatus, Guardianum servet, atque iterum egit, & exaravit:

*Artem lingue Inlogota. Allervatur M.S. in 4. in Archivio Provinciae. Vivebat anno 1729. Ex relatione laudatae Provinciae.*

SEBASTIANUS MAURIANENSIS, Sabaudus, ejusdem Provinciae Minorum Capuccinorum fervidus, & Apostolicus Concionator qui influente Dei gratia plurimas errantes oves in agro Genuensi, in caulam Ecclesiarum reduxit, publici juris fecit, recensente Genuensi:

*Catechismum Catholicum, in quo docetur ea, quæ necessaria sunt ad eruditendam plebem in Fide Catholicâ, & errores pluri-mi Hereticorum refelluntur. Obiit devo-tissime in Conventu sue Patriæ anno 1634. Ejus gesta narrat Matisconensis, tom. 3. Annalium Capuccinorum.*

SEBASTIANUS OLORIZ, Hispanus, Regul. Observantie Provinciae Aragonensis, Theologiam docens in Cæsarauastano Conventu, vernaculè emisit, à se habitam in populo gravi, eruditam

*Concionem Panegyricam pro exaltatione Benedicti XIII. ad Sedem Pontificiam. Cæsarauastæ ex typographia Ludovici Cueti anno 1724. in 4. Vidi.*

SEBASTIANUS ORTIZ, Hispanus, ex Recollectis Provinciae Bæticæ, prælo dedit:

*Orationem funebrem in Exequijs III. D.D. Joannis Alfonsi Malacensis Antistitis, ad eandem Urbem habitam. Excludit ibidem Joannes René anno 1616. in 4. Vidi.*

SEBASTIANUS ORTIZ A SPI-  
RITU SANCTO, strictioris Observan-  
tie Discalceatorum sectator in Baetica S.  
Didaci Provincia, Theologus, Ex-Defi-  
nitor, ac Provincialis Minister, missis  
quibusdam Metricis elogis publici juris  
factis, communem fecit vernaculè.

Panegyrim, sub titulo: *Maria imperia-  
liter coronata*. Cordubæ apud Acisculum  
Cortes, anno 1710. in 4. Vidi.

SEBASTIANUS PESCHIUS, natio-  
ne Gallus, professione Recollectus, anno  
1623. volumen exaravit in 4. hoc titulo  
insignitum:

*Tractatus de norma humana-  
rum actionum, quæ est lex.* Vidi Matriti in Biblio-  
theca Conventus S. P. N. Francisci, &  
incipit: *Quæstio 1. Quidnam est lex, & quo-  
duplex.*

SEBASTIANUS RIBERO A S.  
FRANCISCO, Hispanus, Regularis Obser-  
vantiae, ad Indos Occidentales profec-  
tus illorum profectui, ac conversioni stu-  
dens, edidit satis copiosum:

*Dictionarium lingue Ottomanae*, lauda-  
tum à Uvadingo, Antonio Leonio, D.  
Nicolao Antonio, & Lafor, tom. 2. Iu*niversi calamo delineati*, fol. 621. Scrip-  
xit etiam Mexicano sermone, & dialoge-  
tica methodo:

*Tractatum de Doctrina Christiana.*

*Tractatum de pace.* Utèque ineditus  
asservatur, volumine vnicō in 8. Casarau-  
gustæ in Bibliotheca Collegij S. Didaci,  
sub littera K. num. 136. Vidi.

SEBASTIANUS RICON, Hispanus,  
Regularis Observantiae Castellanæ Pro-  
vincie, compilavit:

*Catalogum Personarum Religionis Scra-  
plicæ sanctitate, doctrina, nobilitate, ac  
dignitate insignium.* Ex Chronicis editis,  
ac ineditis laudatae Provincie.

SEBASTIANUS SACCUS, Siculus,  
ex Oppido Burgij in sua Reformata Pro-  
vincia Vallis Mazaria Definitoris, ac Cus-  
todiis munere perfunctus, ac inter S. In-  
quisitionis Sicula Consultores relatus, singu-  
larem eruditionem Theologiae Sacrae,  
ac Juris Pontificij, in quibus versatissimus  
fuit, manifestavit edendo:

*Fasciculum florum ex vidato Theologiae  
Moralis selectorum*, tomis tribus in fol. In  
primo tomo Panormi impresto typis Pe-  
tri de Isola, anno 1653. continentur duo

libri, quorum primus est de Legibus; Pri-  
vilegijs, Virtutis, & Peccatis, Eleemosyna,  
& Jejunio, Conscientia, & Scandalo. Se-  
cundus est de primo Decalogi Precepto,  
Correctione fraterna, Schismate, Supersti-  
tione, Idolatria, Vana observatione, Blas-  
phemia, Immunitate Ecclesiastarum, Horis  
Canonicis, & secundo Decalogi Precepto,  
scilicet Juramento, & Voto. Tomus 2. ex-  
cusus ibidem per Josephum Bisagnum,  
anno 1660. amplectitur tertium, quar-  
tum, quintum, sextum, septimum, & octo-  
vum Preceptum Decalogi. Tomum ter-  
tium ineditum reliquit. Decelsit in Patrio  
solo anno 1661. Ipsum laudat ex Togno-  
leto D. Antonius Mongitore, tomo 2. Bi-  
bliothecæ Siculæ.

SEBASTIANUS SILVANECTEN-  
SIS, vulgo de Senlis, Gallus, Parisiensis  
Provincia Minorum Capuccinorum Sa-  
cerdos, cuius vitæ puritatem, doctrinam,  
ac opera charitatis laudat Fr. Dionysius  
Genuensis, plura, & utilia opuscula scrip-  
xit. Hæc sunt:

*Philosophia contemplantium, que conti-  
nent omnes lectiones fundamentales vita ac-  
tiva, contemplativa, & supereminentis.*  
Prima editio facta est ex typographia Ni-  
colai Buon, Parisijs anno 1681. secunda  
ibidem apud Michaelem Soly, tom. 1. in  
4. Gallico idiomate.

*Fax justi pro direktione spirituum subli-  
mum, in qua agitur de varijs rebus mora-  
libus.* Tom. 2. in 4. Parisijs apud Viduam  
Nicolai Buon, anno 1642.

*Epiſtola Morales, in quibus feme-  
ſtres, quæ ad Paradisum aspirant, non  
ſolum auium ſanctam inveniunt, ſed etiam  
Clauſtralem.* Ibidem 1644. apud Michae-  
lem Soly.

*Occupatio veri Sapientis, ubi plurima  
veræ sapientie Axiomata ſolidè exponun-  
tur.* Ibidem 1645. Tom. 1. in 4.

*Hiftoria de vita, & geſtiis B. Coletæ Vir-  
ginis Reformatricis Ordinis S. Clari.* Par-  
isijs anno 1619. Tom. 1. in 8.

*Vita B. Paſſithei Fundatricis Monia-  
tum Capuccinarum in Gallia.* Ibidem apud  
Viduam Nicolai Buon, anno 1625. tom.  
1. in 8. Memoratur à Uvadingo, & Du-  
pin in Supplemento, tom. 3.

SEBASTIANUS VERDEJO (VER-  
DETUS apud Uvadingum) Hispanus, Re-  
gul. Obsrv. Prov. Carthaginensis, Con-  
cionator, vernaculè edidit opus præno-  
tatum;

Inf.

*Inſtruclio ad officium de S. Cruce ritè  
perfolvendum.* Hujusce operis meminit Fr.  
Dionysius Genuensis in sua Bibliotheca  
Capuccinorum, pag. 199. Edidit quoque,  
eodem idiomate:

*Lamentationem in obitu V. Fr. Nicolai  
Factoris Minoritæ, laudatam à D. Nico-  
lao Antonio, tom. 2. Bibliothecæ Hispa-  
næ.*

SENSUS, absque ullo cognomine  
notus, natione Italus, licet professione  
Laicus, meritò in Scriptorum numerum  
referendus, vti Author quorundam

*Tractatum spiritualium*, de quibus Ha-  
goldus ad annum Christi 1270. num. 6.  
, Sub id tempus, inquit, floruit Fr. Sen-  
sus Laicus, Vir miræ pietatis, & pau-  
pertia amantissimus, qui frequenter  
patiebatur extases, in quibus mystica  
multa discebat, in autographo meo ex-  
plicata, de ipsa extasi, ſeu mystico  
mentis excessu, de generibus lachryma-  
rum, de gradibus humilitatis, de ope-  
ribus charitatis, & quomodo per cir-  
constantias depraventur, atque hujus  
mali remedij. Jacet in Conventu mon-  
tis Lucis, ſeu montis Jovis Custodiarum  
Perulinæ. Confule Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 17. Septem-  
bris, §. 22. & Illust. Cornejo in Chro-  
nici Ordinis, tom. 2. cap. 42.

SERAPHINUS ARETINUS DE  
MORAVIA, Italus, Minorum Obser-  
vantum Provincia Tuscia Definitor,  
quem ingenio, eruditione, ac religiosis  
motibus conspicuum vocat Fr. Antonius  
Terrina (part. 3. sui Theatri Tusciae,  
pag. 211.) edidit vernaculè:

*Libellum de Immaculata Conceptione  
Virginis*, vt pluribus testatur noster Al-  
va, col. 1406. ſuæ Militiae. Edidit quoque  
Italicè, ex Uvadingo.

*Tractatum de Indulgentijs.* Obijt Flo-  
riani anno 1546. Memoratur à Uvite in  
Catalogo illust. Scriptor. Ordinis, pag. 62.

SERAPHINUS BELENGER, Ga-  
llus, Provincia Aquitania alumnus, Guar-  
dianus S. Sepulchri in Terra Sancta; ad  
Galliarum Regem emissit:

*Pro reſtitutione Terra Sanctæ devoutum  
Memorale.* Parisijs anno 1674. in 4. Vi-  
de Eph. XXI. Erud. Galliæ anno 1691.

SERAPHINUS A BURGUNDIA,  
Capuccinus, Provinc. Romanæ Concio-  
nator, ac Theologus, & à Secretis fui  
Tom. III.

Ministri Generalis Fr. Simpliciani Medio-  
lanensis, ex Gallico in Italicum conver-  
tit Patris Petri Pictaviensis:

*Diem myſticum*, ſeu Dilucidationem  
orationis, ac Theologia Myſtica. Romæ,  
ex officina Nicolai Angelii Tinassij, anno  
1675. in 4. Vidi.

SERAPHINUS CAGNANO, Nea-  
politanus, Theologæ vacans in Complu-  
tenſi S. Didaci Conventu, metro Italicu-  
scripsit:

*Lamentationes in obitu Catholice Hispa-  
niarum Reginae D. Elisabethæ de Valois.*  
Affervatur M.S. in 4. in Regia Bibliotheca  
ca Escorialis IV. D. 2. Vidi.

SERAPHINUS CALATAJERO-  
NENSIS, Italus, Regularis Observantiae  
Provincia Sicula, edidit vernaculè:

*Regulam ſuccinctam proficere cupientibus  
in Oratione Mentali, & Vocali.* Neapoli  
per Joannem Jacobum Carlinum 1606. in  
8. Floruit anno 1600. In suam intulit  
Bibliothecam D. Antonius Mongitore,  
tom. 2.

SERAPHINUS CANTONI, Italus,  
Taurinensis, inter Minoritas Conventua-  
les Novitiorum moderator, scripsit, ac  
edidit, apud P. Coronelli, tom. 7. ſuæ  
Bibliothecæ Universalis, col. 1165. ſer-  
mone Italicu:

*Armoniam Gregorianam*, ſeu de Cantu  
plano. Taurini typis Joannis Baptiste, an-  
no 1684.

*De eſu quadrantis Geometrici in Horo-  
logio ſolaris.* Ibidem apud Hæredes Caroli  
Gianelli 1682, in fol.

*Modum efformandi Horologia portati-  
lia.* Ibidem formis Josephi Varnoni 1670.  
in fol.

*Mensuram temporis juxta diversam  
elevationem Poli Artici.* Taurini apud  
Joannem Sinibaldum 1668. in 4.

SERAPHINUS CORLEONENSIS,  
Italus, Regularis Observantiae Apostoli-  
cus Missionarius in Mexicanæ regione,  
alijsque Indicis Provincijs, Italice scrip-  
tit:

*De Qualitate Provincia Guatimalæ.*  
*De qualitate Reginis dictæ Luisiane.* Ha-  
bentur in libro Italicè inscripto: *Galleria  
di Minerva*, tom. 5. pag. 225. teste Mou-  
gitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ.

SERAPHINUS CUMIRANUS, ex  
clara Cumirana Familia Feltræ in Mat-  
chia

chia Trivissina, Regularis Observantiae alumnus, Vir quidem doctissimus, opus egregium (quo nonnulli de Antilogijs Sacris p̄tertractantes, suas paginas implent, Authorem nostrum non recte, subtinetes) conscripsit hac inscriptione insignitum:

*Conciliatio locorum communium totius Sacrae Scripturae, qui inter se pugnare videntur tribus voluminibus in 8. in quibus conciliat fermè omnes Antilogias Scripturæ, quorum primo tomo ex Vetere Testamento collegit 369. Ex Evangelij tom. 2. collegit 151. Tomo autem tertio, ex epistolis 85. Universim 605. Antuerpiæ apud Joannem Steelium 1557. Ibidem 1561. Parisijs anno 1556. 1558. 1559. & 1576. Revisa autem à Leandro de S. Martino prodierunt Duaci 1623. Vidi. Ante operis ingressum elogia ejus versibus comprehensa habes. Succinctus hoc est:*

*Scriptura obscuros optas, qui solvere nodos  
Hoc tam divinum perlege Lector opus,  
Omne afferit dubium, errores offendit,  
& ipsos  
Quæ se inter pugnant, conciliatque loca.*

Claruit anno 1566. Legi ejus Epistolam ad Lectorem. Memoratur à Uvite, pag. 66. sui Catalogi.

SERAPHINUS ESQUIROS, Hispanus, Sardus, patria Calaritanus, professione Capuccinus, Concionator, ac Definitor Provinciæ Sardinæ, Vir doctus, prælo dedit vernaculæ:

*Sanctuarium Calaritanum, veramque Historiam inventionis corporum Sanctorum in eadem Civitate, ad ejus Antistitem Illust. D. Franciscum de Esquivel. Calaris apud Joannem Pollanum, anno 1624. in 4. Vidi.*

SERAPHINUS DE FIGUERAS, Hispanus, Provincialis Minister Provinc. Cataloniae Minorum Capuccinorum, Vir apud Genuensem, eruditus, & prudens, Apologeticum, mihi ignotum Hispánice scripsit, ac edidit, sub titulo:

*Luces clarae. Gerundæ typis Hieronymi Paloi, anno 1673.*

SERAPHINUS GALLUS, professione Capuccinus, ac Regius Concionator, apud scavans in Indice Authorum ad annum 1703. Gallicè emisit:

*Homilias super Epistolas, & Evangelia Mysteriorum, ac festivitatibus quatuor primorum mensium anni. Parisijs ex officina Ludovici Roulland 1703. voluminibus 4. in 12.*

SERAPHINUS A GROTAGLIA, ex Reformatis Neapolitanæ Provinciae, rei Poeticæ non ignarus, publici juris fecit vernaculæ:

*Tragediam in S. Orontij laudem. Bari apud Cessaretum.*

*Sacros Sensus Scripturales, ligato sermone. Apud Michaelem 1672.*

*De mundo redempto Poema. Ibidem per eundem 1669. Laudatur a Nicolao Topi, in sua Bibliotheca Neapolitana.*

SERAPHINUS INTRIGIOLUS, Catanensis Reformatæ Provinciae Siculae Custos, tūm graviores, tūm etiam antecioniores litteras colens, evulgavit Italicè opus inscriptum:

*Nox Sacra. Catanæ per Bisagnium 1670. in 8. Vivebat anno 1700. De eo D. Antonius Mongitore, tom. 2. Bibliotheca Siculae.*

SERAPHINUS LEGIUS, Sicus, patria Panormitanus, Sacrae Theologie Magister eruditus, quem Hippolytus Marcius, tom. 2. Bibliotheca Marianæ non infirmum decus sui Tertiij Ordinis Franciscani Provinciae Siculae vocat, & meritò, fuit enim Definitor Generalis, a Confessionibus Vincentij Castaguti S. R. E. Cardinalis, ac Sanctimonia exornatus, Italicè edidit:

*Conciones Adventuales, ac de Sanctis occurrentibus, vñā cum Paradiso animato, id est, Novenas Conciones in Expectatione Partus Virginis. Venetijs apud Junctas, anno 1643. in 4.*

*Quadragesimale amplectens Conciones habitas Ferijs quartis, sextis, Dominicis, ac nonnullis Sabbatis. Ibidem apud Bernatos 1640. in 4.*

*Quadragesimale continens Sermones basitos Ferijs secundis, tertis, & quintis, tribus Sabbatis, ac duas Conciones de S. Petro. Ibidem per eundem anno 1641. in 4.*

*Triumphum quadragesimale, Stationes Sacras, ac Sacram Menjam Solis. Ibidem apud Junctas 1643. in 4.*

*Concionum de Sanctis. Partem primam Romæ cusam 1646. in 4. Vidi.*

*Conciones à Nativitate Domini, usque ad festum SS. Trinitatis. Venetijs 1645. in 4. Vidi. Prælo consignaverat;*

*Vitam gloriosissimæ S. Anne.*

*Super Cantica Canticorum de B. Virgine Commentarium.*

*Dominicale per anni circulam, & alia concionatoria. Vivere desit Romæ in Cœnobio S. Pauli de Arenula anno 1655. Ejus cum laude meminere Franciscus Bordonus, Vincentius Auria, & alij apud Mongitore, tom. 2. Bibliotheca Siculae.*

SERAPHINUS MILENSIS, Siculus, in Messanensi Provincia Minorum Capuccinorum Ecclesiastes, ac Definitor, Vir cœlestium contemplationi additus, Italicè edidit:

*Viam Cœli per fructus spirituales. Melianæ apud Hæredes Petri Breæ 1648. in 8. Non sine sanctimonia fama decessit Nicosis anno 1648. Ipsum, ex Dionysio Genuensi laudat Mongitore, tom. 2. Bibliotheca Siculae.*

SERAPHINUS ODDUS BIDINENSIS, Siculus, Minorita Conventualis, ac Sacrae Theologie Magister in Collegio Neapolitano, edidit vernaculæ opusculum prænotatum:

*Dialogus Grammaticalis. Neapoli ex typographia Nuccij, anno 1639. in 8. De eo Petrus Angelus Spera, & Philippus Cagliola apud tom. 2. Bibliotheca Siculae.*

SERAPHINUS PAGNIUS A S. MAMMA, haud longè à Sacro Alvernæ monte secus Arnum, semel, & iterum Definitor inter Observantes Provinciae Tusciae, ac facundus Concionator, Vir apud Marracium probus, pariter, & doctus prælo commisit:

*Discursum de Conceptione Regina Angelorum. Mantua 1588. apud Franciscum Ossannam, & Florentia 1583. in 8. Item librum inscriptum:*

*Ordo statuum, & Indulgentiarum, & gratiarum spiritualium, ac divinarum, que sunt in Ecclesijs Urbis annuatim in perpetuum, de quibus similiter communicant Altaria Societatis SS. Conceptionis Marie Virginis. Neapoli 1585. & Florentia 1583. in 8. Obij Volaterris anno 1588. Ejus opera recensent Petrus de Alva, col. 1406. sua Militia, Possevinus, & Antonius Terrinca, part. 3. Theatri Tusciae, pag. 211.*

SERAPHINUS PANORMITANUS, A SAMBUCA dictus, strictioris Observantiae Reformatorum alumnus, ineditam reliquit Italicè:

*Vitam V. Servi Dei Marie Carnimola à Sambuca Tertiaria Franciscana. Asservabat Petrus Tognoleus, vti testatur Mongitore, tom. 2. Bibliotheca Siculae. Clarius Seraphinus iste anno 1616.*

SERAPHINUS A S. PETRO, in Balneo Aemilia Regul. Observ. Provinc. Tusciae, edidit:

*Tractatum in Ius Canonicum, laudatum à Uvadingo, & Terrinca, part. 3. Theatri Tusciae, pag. 212. Florebat in Monte Alvernæ anno 1530.*

SERAPHINUS A PRATO, Nenzinus, Theologus, ac Concionator Generalis Provinciae Tusciae Regular. Observ. Vir multiplici virtutum laude, motum candore, ac viræ sanctimonia clarus, cuius præclara facinora luculentè recenserat P. Bonaventura Baro Hybernius, part. 3. sui operis prænotati: *Trias Tusca*; ex his, quæ viderat, & noverat piè, ac candidè litteris tradidit:

*Vitam V. Servi Dei Benedicti à Podio Bonitj, cuius socius, ac Confessor fuit. Extat M. S. in Conventu Palci extra Pratum in Cella Servi Dei. Ex ea suam concipiavit Historiam Antonius Terrinca ipsomet attestante, part. 3. Theatri Tusciae, pag. 212. Obij Seraphinus Florentia in Conventu Omnia Sanctorum, in medio Chori sepultus hac inscriptione;*

Hic jacet  
P. Fr. Seraphinus de Prato  
Sacerdos Ord. M.R.O.  
A.D.M.DC.LXIX.

SERAPHINUS ROTELLA, Siculus, Messanensis, ex Tertiariis Regularibus Sacrae Theologie Doctor, sub nomine sui Germani Fratris Josephi Rotella Artium, & Medicinæ Doctoris, emisit:

*Flores in Aristotelis organum. Cæsenæ apud Nerium 1647.*

*Fructus bonoris in Isagogem Porphyrij, & universam Aristotelis Logicam. Ibidem anno 1649. Ex Francisco Bordonio in suo Chronoglio Tertiij Ordinis Franciscani.*

SERAPHINUS ROTHOMAGENSI, Gallus, Prov. Normanniae Minor. Capuccinor. Vir linguarum Hebraicæ, Syriacæ, & Græcæ apprime eruditus, & Ede-

dei Catholice acerrimus propugnator, qui suis ignitis Concionibus Acatholicos plures S. R. Ecclesiae restituit, Dionysio Genuensi attestante, scripsit, ac edi permisit:

*Tractatum de Elementis linguae Hebraeae.*

*Disputationem, quam publicè habuit in Civitate Cadomensi cum quodam Ministro heretico, in qua manifestè probat ex Sacra Scriptura et ceteris, Calvinistarum, & aliorum Hereticorum fidem pravam, & spuriam esse, adeò ut ille metuens Minister ita convictus fuerit, ut turpi fuga ex illo congressu sibi consulere, coetus fuerit. Impresla fuit Cadomi, absque nomine Authoris, anno 1631. Obiit in suorum Conventu Lexoviensi anno 1631. 4. Kalend. Augusti; etatis sua 65. ejusque funera ob Virti sanc-timoniam maximo populorum concursu fuerunt honorata. De eo meminit Marcellinus de Pise, tom. 3. Annal. ad annum praedictum.*

SERAPHINUS A SALANDRA, Italus, ex strictiori Observ. Reformatorum, in Provincia Basilicata Concionatoris, Sacrae Theologiae Lectoris, ac Definitoris muneribus functus, praëlo dedit idiomatico patrio:

*Tragediam sacram de Adamo peccante. Consentanea per Joannem Bapt. Mayo, & Franciscum Rodella 1647. in 8. Ex D. Nicolao Toppi in sua Bibliothece Neapolitana.*

SERVA SANCTUS, Pissano SERVATIUS, Etruscus, ejusdemque Provenimus, scripsit:

*Summam de Penitentia, & ejus tribus partibus, quæ, Uvadingo teste, extabat Patavii in Bibliothece S. Antonij.*

*Summam altam de virtutibus, & vitiis, laudatam à Fr. Antonio Terrinca, pagina 212. sui Theatri Provincie Tusciae. Memoratur à Fr. Augustino Uvite in suo Catalogo illiusfr. Scriptor. Ordinis, pag. 66.*

SERVATIUS MIRICANUS, Lovaniensis, Martini Myricani, de quo suo loco dictum est, Germanus frater, aliquoties Guardianus, deinde bis Provinciae Germaniae inferioris Minister, Vit, testimonia Uvadingi, pius, & bonus, colligit:

*Enchiridion Fratrum Minorum, complectens Regulam S. Francisci cum ejus Testamento, & alia S. Apostolica Sedis, & Sanctorum Patronum monumenta, Regulam Fratrum Minorum concernentia. Antuer-*

piæ typis Plantini anno 1590. in 16. Vidi. Et Coloniae Agrippinae apud Jeannem Kinchium, anno 1618. Excessit è vivis Bruxellæ anno nonagesimo nono supra 1500. Februarij 12. sepultus in Choro. Memoratur apud Catalogum Fr. Augustini de Uvite, pag. 69.

SEVERINUS RUBERICUS, Gallus, Minister Provincie Aquitaniae Recollectorum, scripsit Gallice:

*Exercitia sacra de Amore Jesu, ad Cardinalem de Sourdis. Parisijs apud Dionysium Moreau, anno 1627. in 12. Hac Uvadingus.*

SICARIUS A CLAVASIO, Minorita, Italus, laudatur à Uvadingo, ceù à quo prodijit:

*Tractatus de Lege municipalis.*

SIGISMUNDUS A BONONIA, (Jacobus Federicus in seculo) Capuccinus, Sacrae Theologiae, ac Juris Pontificij professor, in Bononiensi Provincia, Vir pius, & humilis, sub priori nomine, satis aptè, ac diffusè scripsit opus hoc titulo insignitum

*De electione, & potestate Prelatorum, & aliorum Officialium Regularium. Bononiae apud Hæredes Rossijs, anno 1626. in fol. & eodem anno Mediolani apud Hæredes Pacifici Pontis, & Joann. Bapt. Piccaleoni in 4. Vidi. Ejus cum laude memorare Uvadingus, P. Zacharias Palquai ligio in Indice AA. ac Genuensis.*

SIGISMUNDUS BRIXIENSIS, Capuccinus, natione Italus, ejusdem Provincie alumnus, genere clarus, sed clarius virtutibus, recensente Genuenti, scripsit:

*Librum exercitiorum spiritualium, cum Brixiae anno 1612. nomine Authoris suppresso. Obiit Patræ anno 1614. Ejus gesta habes eodem anno apud tom. 3. Annal. Capuccinor.*

SIGISMUNDUS MARISIUS, Italus, Patria Mantuanus, Minorita doctus, recensentibus Uvadingo, ac Lequile de Scriptoribus, qui pro Catholica Ecclesia dicarunt, vernaculae scripsit, ac emisit:

*De iniquitatibus, & malitia Hebreorum. Prodigit Mantuae anno 1610. Laudatur à Josepho Imbonato in sua Bibliothece Latino-Hebraica, tom. 35, pag. 264.*

SI-

SIGISMUNDUS A S. MAURITIO, Capuccinus, natione Sabaudus, ejusdem Provincie Concionator, Vir probatissima vita, necnon doctrinæ variae titulis insignitus, descripsit:

*Vitam S. Sigismundi Regis Burgundie, Fundatoris antiquissima, & celeberrima. Abbatia S. Mauriti, olim Agauni nuncas patae.*

*Vitam S. Mauriti, & Sociorum Martyrum, eorumque sanctorum osium miraculam inventionem, ac magnificam translationem. Hæc Dionysius Genuensis tacitis editionibus.*

SILVANUS DE MIRANDA, à Genuensi illaudatus, Gallus, professio-ne Capuccinus, ad usum Tyronum Capuccinorum, Gallicè evulgavit:

*Exercitia diaria spiritualia. Parisijs anno 1691. quo clarebat. Hujuscem meminit Ludovicus Dupin de Scriptoribus Ecclesiasticis, tom. 3. in Supplemento.*

SILVERIUS ABBAVILLÆUS, Capuccinus, natione Gallus, Parisiensis Provincie exemplaris alumnus, & fervidus Concionator, vernaculae, sed minimè expresso nomine, typis dedit:

*Vitam E. Goleta Virginis Reformatrixis. Ordinis. Parisijs anno 1628. in 8. Haec Chronologiam Historiam laudat Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 6. Martij, §. 9.*

SILVERIUS PICERLIUS, Reatinus, à Uvadingo illaudatus, Regular. Observ. alumnus, edidit Italicè:

*Speculum primum, & secundum Musicae. Neapoli apud Octavianum Beltramum, anno 1630. Ex Leone Allatio de Viris illustribus, fol. 234.*

SILVERIUS A PODIO SIDONE, Italus, ex Reformata Provincia Romana, edidit:

*Specula Musicae, laudata à Fr. Angelo de Lantusca in Relatione ejusdem Provincie, (quam ineditam in fol. vidi, & legi Matriti in Generali Archivio) titulo de Scriptoribus, fol. 43.*

SILVESTER BARTOLUCIUS, Assisiensis, Ordin. Minor. Convent. Sacrae Theologiae Magister, Provincie S. Francisci Minister, edidit:

*Speculum Regularis Observantiae, in quo pro omnibus Regularibus cuiuscumque Regum III.*

ligionis trium Regularium votorum declaratio exprimitur, una cum Minorica Fratrum Conventualium S. Francisci. Pars prima de tribus Votis pertractat; secunda de Regula S. Francisci. Venetijs apud Marcum Guariscum, anno 1617. in 8. & Parisijs per Cæsatem Scaccopam 1615. in 4.

Defrequentando SS. Altaris Sacramento tractatum excusum anno 1633. Tuder- ti, vti cursam mortalis viræ consummavit anno 1637. teste Vincencio Coronelli, tom. 4. suæ Bibliothece Universalis, num. 1510.

SILVESTER CASTET, Gallus, strictioris Observantie Recollectorum, Gallico idiomatico evulgavit:

*Epitome Annalium R.P. Fr. Luc Uvad- ingi. Tolosæ anno 1681. volum. 2. in 4. Ex Catalogo AA. prefixo tom. 1. Historia omnium Ordinum Monasticorum Gallicæ edito Parisijs anno 1721.*

SILVESTER DE LA VAR, Britanus, Theologus Capuccinus Provinciae Parisiensis, Vir Apostolicus, qui multis Hæreticis ad Catholicam Fidem reductis, ab eisdem demum potionem veneni interfectus fuit anno 1616. Gallico idiomatico librum evulgavit hoc titulo gaudentem

*Fusca magnitudines Ecclesie Romanae contra impietatem illorum, qui Papam vocant novum Anti-Christum. Pictavij per Antonium du Mefnier, anno 1611. in 16.*

*Contra errores Vignerij Ministri Plesien- sis. Parisijs 1608. in 8. Lovallensem laudat Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 31. Augusti, §. 9.*

SILVESTER A S. DEMETRIO, natione Italus, efformavit:

*Arborem, & Tabulam sue Provincie S. Bernardini, vii narrat Fr. Petrus de Alva, col. 1408. suæ Militiae.*

SILVESTER MARULUS, cuius natione, & professio nondum ad meam notitiam venerunt, scriptis:

*Historiam sacrae Religionis Franciscane. Fides sit penes Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 22. Februarij, S. 4. nulla enim aliunde mihi hujus Scriptoris memoria.*

SILVESTER A PLACENTIA, Italus, ex Capucciniis Genuensis Provinciae, quem Virum piffsum, ac Evangelicas

H 3 rum

rūm virtutum gloria conspicuum Gentien-sis vocat, vernaculē edidit:

*Methodum se preparandi ad Eucharistiam recipiendam.* Mediolati, Bononiæ, & Taurini 1622. in 12. Meritis dives abijt Papiæ anno 1619.

SILVESTER DE PUPPIO, Italus, Vir pius, & doctus, semel, & iterum, tertio, & quarto, atque quinto, & sexto sacri Montis Alvernae Guardianus, industria sua multa contulit bona, & dominus illius decorum auxit. Definitor, Custos, atque Tusciae Observantum Minister, necnon Definitor Generalis, scripsit, & cecinīt:

*Pla carmina de S. P. N. D. Francisco, ac Montis Alvernae.* Obiit tantus Vir ferè centenarius anno 1578. in Conventu S. Joannis extra Aretium. Hæc Antonius Terrinca, pag. 212. sui Theatri Provinc. Tusciae.

SILVESTER ROSSANENSIS, Capuccinus, Italus, Contentinæ Provinciae alumnus, Confraternitatum Sanguinis Domini nostri Iesu Christi Author, Vir quidem quasi novus Apostolus Romæ, Venetijs, ac Neapoli habitus, cuius vitam signis à Deo comprobata habes apud Boverium, tom. 2. suorum Anna- lium, communem fecit vernaculē:

*Tractatum de duodecim effusionibus Sanguinis D. N. Iesu Christi.* Florentiae in officina Joannis Marescoti, anno 1573. Mortalitati paruit in Civitate Montis Altii in Calabria, anno 1596. Ejusdem cum laude meminit Tosignianus, sed fusiūs Dionysius Genuensis.

SILVESTER A S. ANIANO, Gallus, Concionator Provinciae Taurinensis Minorum Capuccinorum, Vir, vt Diony- sius Genuensi vtar, spectatissimæ, ac religiosæ pietatis laude excellens: qui per quadraginta annorum spatiū Missionarij Apostolici munus obivit in Syria, ac Palestina, quique magno charitatis, humilitatis, ac patientiæ documento, qua concionando, qua catechizando, qua pueros, & rudes edocendo, divinum honorem, Ecclesiæ incrementum, & Catholicae Fidem, mortalium illorum salutem provexit. Scripsit idiomate Arabico plura opuscula, eaque sunt:

*Dialogi de Religionis mystijs.* Tom. 1. *Thesauros Doctrinae Christianae.* Tom. 1. *Disputationes variae contra errores Gra- corum.* Tom. 1.

SIMEON MANHART, Germanus, strictioris Obsery. Provinciae Argentinæ Ecclesie

*Conciones plurimæ per totum anni de- cursum accommodatae.* Tom. 3.

*Manuale sacrarum orationum.*

*Catechismus pro instruendis Cathecumenis.* Obiit Aleppi in Syria anno 1671. & propter ejus decestum in doluere vniver- si Ordines Nationum, quorum illæ voces audiæ sunt: *Lučtuosum annum dñis calamitatibus sibi accidisse.* Ejus funeribus adfuit tanta multitudo gentium, & tanta celebritas, quam nunquam se vidisse Ci- vitas testa est. Clerus quinque Nationum, Latinæ videlicet, Græcæ, Armenæ, Sy- riace, & Arabicæ cum tribus Patriarchis, & octo Episcopis convenit vniversus, magnoque doloris sensu vicissim singulæ horis statutis illi parentarunt, & Patriar- cha Antiochenus p̄iissimi Viti desiderio in lachrymas, & suspiria insolabilitèr, vna cum adstantibus omnibus effusus, lucu- lentissima oratione laudavit.

SILVESTER SENENSIS, Regula- ris Observantia Provinciae Tusciae S. Bernadini, ac B. Thomæ Florentini præcla- rus discipulus, insignis in univerſa Italia Prædicator, ingenio pollens, in omni doctrinarum genere versatissimus, Sedis Apostolicæ Nuntius, & Cruciatæ Con- cionator, cuius gesta habes apud Artu- rum in Martyrologio Franciscano ad diem 31. Martij, §. 4. librum scripsit:

*De justitia, & reliquis virtutibus, & opuscula alia, vti ex Mariano narrat Fr. Antonius Terrinca, pag. 212. sui Thea- tri Tusciae.* Sancte obiit in Conventu Scar- lini, vbi tyrocinium posuerat, circa an- num 1450. Memoratur à Uvite in suo Ca- talogo illustrium Scriptor. Ordinis, pag. 69.

SILVESTER A S. SEVERINA, Italus, strictioris Observantia Reforma- torum, scripsit:

*Relationem sua Provincia Calabria.* Ha- buit M. S. Fr. Petrus de Alva, vti testas- tur in sua Militia, col. 1409.

SILVESTER DE SOTO, Hispanus, ex Carthaginensi Provincia Regul, Observ. scripsit, non autem edidit:

*Vitam V. P. Fr. Thome à S. Francisco ejusdem Provincia alumnæ,* qui obiit an- no 1656. Habetur M. S. in fol. Matrixi in Biblioth. Conv. Regul. Observ. sub litt. E. num. 37. fol. 125.

SIMEON MANHART, Germanus, strictioris Obsery. Provinciae Argentinæ Ecclesie

Ecclesiastes percelebris, & Clarissarum ad omnes Santos Gratij Confessarius, scrip- sit Germanicè, Uvadingo teste:

*Tomos duos concionum super Dominicæ totius anni.* Augustæ Vindelicorum, an- no 1629. in fol.

*Tomum tertium de Sanctis.* Ibidem eo- dem anno.

*Pastoralem, seu tomum quartum de Passione Domini.* Gratij in Syria anno 1639.

SIMON ANDREAS, Venetus, ex Minoritis Conventualibus, in Gymnasio Patavino Doctor illustris, scripsit:

*Librum de gratia Baptismi.*

*Librum de secundis intentionibus.*

*Quæstiones metaphysicas,* & alia multa, quæ desiderantur. Hunc appellat Simo- nem Ardæum Tosignianus, subdens obij- se Paduæ ibidemque sepultum hoc appo- sito Epitaphio:

*Simoni Ardeo Veneto, Minoritanæ Religionis splendori, qui dum ex Pa- tavinis Athenis omnes terras illustrasset Philosophorum, Theologiam Christia- norum, summa cum laude, omniumque invidia superata, professus, viam tan- dem universe carnis ingrediens, dormi- vit in Domino.*

Fr. Bernardinus alumnus, rerum, & cog- nominis hæres non ingratus posuit. Obiit anno 1537. aetatis suæ 68. Kal. Maji. Me- moratur à Uvite, pag. 63. sui Catalogi illistr. Scriptor. Ordinis, & à Uvilloto.

SIMON DE BOURG, Capuccinus, Gallus, patria Blesensis in Parisina Pro- vincia pietate, & eruditione celebris, Ga- llico sermone edidit:

*De tribus gradibus orationis,* seu mysti- riorum mysticæ Theologiae explanationem, tom. 2. in 4. Prima editio, teste Genuen- si, facta est Parisijs anno 1656. apud Dio- nyssium Thierry. Secunda ibidem apud eumdem 1658. & tertia Avenione apud Jacobum Bremerau, anno 1661.

SIMON FONTANUS, Gallus, Se- nonensis, Doctor Theologus Parisiensis, Gallicè emissit:

*Historiam Catholicam ab anno 1546.* in lib. septendecim distributam. Prodijt Pa- risijs anno 1562. apud Gulielm. Jilia-

num, in 8. Laudatur à Jacobo Le Long;

lib. 2. Bibliothecæ Gallicæ, num. 1719.

Latinè autem:

*Parafœvem ad Rhetorica non illa, que Patronum armant ad forum, sed que Ec- cleſiaſtem Christianum ad fug geſum. Par- ſijs per Sebastianom Nivellum 1578. in 8. Regali, cum ſcholijs Fr. Egidij Minoritæ. Vidi. Inſupèr ex Uvadingo, scripsit:*

*Dialecticam.*

*Commentaria in librum Ruth.* Paris- 1562. in 8. Ex Crouveri, pag. 32. sui Elen- chi in Sacr. Script. Demum attestante Fr. Petro de Alva, col. 1412. ſuæ Militia co- rrexit opera S. Anselmi Cantuarientis, ut videre est in libro edito Parilijs anno 1599. in fol. Obiit Parilijs, ejus sepulchro hoc affixum est Carmen:

*Fons ego ecclæſſi manans de fonte profundo;*

*Quas poto ē ſacri gurgite fontis aquas.*

*Has tibi dūm ſitens baurifons, arco, ſed ſit.*

*Ut redeam ad fontis prima alimēta mei.*

*Fam raptus vivo, Chriſti me proluo fonte;*

*Quo mihi, qæ fuerat, deſtituit effe ſit.*

SIMON FRANCISCUS CLAVI- SANI A CRUCE, ex Insula Oletteni Regni Corsici Reformatæ Provinciae S. Juliæ ejusdem Regni filius, ac Pater, ſa- cræ Theologiæ Lector, Apostolicus Miſ- fionarius in Peruano Regno, scripsit:

*Catechismum, ac Confessionarium, idio- mate proprio quatuor nationum Indo- rum, quos indigenæ appellant Andes, Amages, Campe, & Auctem. Ad prælum maturum imò sub prælo, erat utrumque opus anno 1729. vt ex testimonio laudari Authoris didicimus.*

SIMON DE GRINCOURT, Ga- llus, Guardianus Conventus Recollecto- rum Valdecenterium, vna eam alijs Re- collectis elaboravit:

*Compendium QQ. Regularum R.P. Em- manuelis Roderini Lufiani Diffinitori Observantia Provinciae S. Jacobi.* Lugduni apud Antonium Pillehotte 1621. in 32. Vidi.

SIMON A LARCIANO, Italus, Regul. Observantia Provinciae Etruriae, iterum imò quarto Sacrae Palæstinae pro- bus inhabitator, qui Sacratum Cæremoniarum, ac Organum magisterium in Hiero- ſalem laudabilitè gerens, S. Sepulchri, ac Bethlemitic Conventus Praefectorum, ſemel, atque iterum renuit, typis com- missit libros & ſub titulos

*Sacrarum Ceremoniarum Sylva.* Florentia ad signum Stelle, anno 1679. & Parma 1692. in S. Latino idiomate. Vidi. Superstes erat anno 1681. De eo Fr. Antonius Tertinca in suo Theatro Provincie Tuscia, pag. 171. & 212.

**SIMON**, alijs **SIMON ECTUS**, **LEONTINUS**, quem alijs **Ordinis Predicatorum**, alijs **Ordinis Minorum** fuisse censent, Alayni Leontini magni Siciliae Justitiae filius, ad Syracusanas Insulas exectus anno 1269. scripsit:

*Siculum Hisporianum*, Siculo idiomate, & *Hisporianum Vesperi Siculi*. Decelsit anno 1294. Consule Hieronymum Ragusa, fol. 249. sua Bibliothecae Siculae, ex Rocho Pytro, & Philadelpho Magno hæc, & alia recensentem.

**SIMON MACHADO**, Lusitanus, Poeta, magna inter suos celebritatis, scripsit, ac edidit:

*Comediarum partes quatuor*; quarum duas *Dei obſidium*; duas *Dux pecoris Alpæ* inscribuntur. Ulyssipone 1631. in 4. Hæc ex D. Nicolao Antonio, tom. 2. sua Bibliotheca Hispanæ, pagina 232. qui in suis Additionibus ineditis in Regia Bibliotheca Matritensi asservatis, profert sequentia: *Religioso Minorum Fratrum Instituto in Provincia Aragonia, postea additum fuisse docuit nos Georgius Cardofus in Schedis suis M. S. quas vidimus.*

**SIMON MARS**, ex Recollectis Gasiliæ, vernaculè, id est, suo Gallico idiomate chartis tradidit:

*Vitam V. Serva Dei Joanne à Jesu Fan-daricis Congregationis Religiosarum Recollectarum*. Ipræ anno 1688. in 12. Ex Catalogo AA. præfixo Historia omnium Ordinum Monasticorum Gallicè impresso anno 1721.

**SIMON MARTIN**, Minorita, Gasiliæ, eodem sermone communes fecit totius duobus in fol. magno:

*Flores Vitarum Sanctorum*. Tomus secundus impressus fuit Parisijs, anno 1649. teste nostro Alva, col. 1412. sua Militiae:

**SIMON DE MAZUECO**, Hispanus, Cantabriensis Provinciae Regularis Observantie, Sacra Theologiae Theologus in Victoriensi Conventu, edidit:

*Historiam, ac Panegyricam Concionem de S. Prudentio Turiasponensi Episcopo,*

Pampilone typis Joannis Josephi Ezquerro 1703. in 4. Vidi. Ipsam ligato sermone laudans D. Josephus Saenz de Texada inquit:

*Audi Mazueco, de te quid predicit Ecclesia.*

**SIMON RICKIUS**, Germanus, Regularis Oblerv. Sacrae Thelogiae Lector in Conventu Moguntino, scripsit:

*Manuale Confraternitatis Chorde Sancti Francisci*, scilicet Funiculum triplicem ex quaestunculis, tam banc, quam alias Sodalitates concernentibus, & ex Sanctorum Ordine Minor. hisporianis, & pīs aliquot exercitiis integratam Confratrum contextum. Moguntia apud Joannem Albinum, anno 1614. in 12. Conclaves Roberti Cardinalis Bellarmini ex beneplacito Authoris recognovit, recognitasque earavit recudi Coloniarum apud Joannem Crythium, anno 1615.

**SIMON TOMAZZETUS**, Fossanensis, ex Minoritis Pedemontij, Vir subtilis, ac Subtilis Doctoris acerrimus defensor appellatus à Rossoto in Appendix ad suum Syllabum Scriptorum Pedemontium evulgavit:

*Syntaxim in Scotti formalitates*. Romæ anno 1591. in 8. apud Martinum Lippeini, tom. 1. sua Bibliotheca Philosophica, fol. 523.

**SIMON TUNSTEDUS**, Anglus, Coenobij Norvicensis à juvenilibus annis alumnus, pietatis, & bonarum litterarum amantisimus. Humaniores, Philosophiam, Mathematicas scientias, & Musicam accurate didicit. In Philosophia naturali nichil illi magis arrisit, quam alta illa metheorum contemplatio, qua hōminē tam sublimem rapuit, ut quodammodo semper in tertio Cœlo versari videretur. In his igitur, qua Aristoteles super hac materia scripsit, explicandis magnos labores, multos annos impedit. Mirificè à quibusdam laudatur, & omnium scientiarum per tristissimum pronunciatur. Nonnulli ejus prudenter, & in magis negotijs expedientis dexteritatem commendant; alii gravitatem, animi moderationem, & autoritatem summis encomijs extollunt. Ordinem suum per Angliam rexit summo omnium applausu. Scripsit:

*In Aristotelis metheora libros quatuor*, de quibus Uvadingus in præfatione ad Metheora, tom. 3. Operum Scotti.

*De quatuor principalibus librum unum*

Bruzardi in Suffolcia mortuus, & sepultus est apud Sanctimoniales S. Clarae anno 1369. Ex Pitséo, & Uvadingo, quos excipit Angelus à S. Francisco in Catalogo Scriptorum Anglorum apud suum Certamen Anglicum. Membroratur à Uvite, pag. 57. sui Catalogi illustr. Script. Ordinis.

**SIMON DE VILLACIS**, Franciscanus, ineditam reliquit:

*Relationem itineris D. Didaci de Vera Ordoñez ad reductionem Regni à Prospero dicti in Nova Hispania*, laudatam ex P. Cogolludo à D. Andrea Bacia, part. 2. sua Bibliothecæ Indicæ, tit. 4. pag. 600.

**SIMON DE ULMO**, Minorita, Sacrae Paginae Doctor, correxit, atque illustravit:

*Dialogum Simphoriani de Lugdano*, in *Magicarum artium deſtruſionem*. Lugduni per Guilielmum Balsarium, in 4. Vidi, sed tacito anno editionis, in Bibliotheca Hispanensis Ecclesiæ.

**SIXTUS CUCHI**, Bergomes, Provincie Brixienensis strictioris Observantie

Ad Sixti vanam siste gradum viator.

Cineres, quos claudit,  
Calere, si stupes,

Ignem adhuc nescis fovere, sed charitatis.  
Francisci assecla, ejusque humilitatis Hæres;

Vel in tumulo nesciri amaret,

Nisi amoris flammæ,

Quas in Deum vivus excitavit,  
Etiam mortuum proderent.

Dies, quos inter mortales transfigit, si quæris?

Vix scis:

Tunc mortalis dumtaxat visus est,  
Cum mortalium ob oculos versari desit.

Dira lue grassante sublatus,

Situm lædere aufa non esset;

Sed tacta livore mors,

Eum

Reformatorum, Vir sanè, tūm doctrina, tūm religiosis virtutibus clarus, posteritati tradidit patrio idiomate?

*Praxim præcipuarum meditationum de Passione Christi*. Bergomi apud Petrum Venturam, anno millesimo sexcentesimo vigesimo octavo.

*Breve compendium preparationis, & pitorum exercitiorum premitendorum sanctissime Corporis Christi Communioni, brevicolam instructionem Orationis Mentalis*. Brixie per Joannem Baptistam Bozzolam, anno 1625.

*Vias, sive semitas quinquaginta sacre contemplationis*. Ibidem anno 1619.  
*Regulam Orationis Mentalis*. Seorsim, ibidem 1626.

*Epitome affectuum, ac virtutum expressis Mysterijs Christi Domini, ejusque purissime Matris deceptorum*. Ibidem apud Bozzola 1627. De eo meminit Uvadingus, sed cum laude Donatus Calvi in sua Scena Litteraria Scriptorum Bergomensium, parte 1. pag. 470. & sequentibus. Floruit anno 1630. pestilentia sublatus, sepultus vero in Minoritarum Conventu, sub hoc epitaphio:

Eum diutius non est passa in terris;  
Qui Fideles docebat vivere  
Nunquam morituros.

SIXTUS PARisinus, Gallus, Ca-  
puccinus, alumnus Provinciae Parisiorum,  
Theologus, & Concionator, descripsit  
Gallicè, ait Genuensis:

*Vitam Fr. Bernardi à Corleone, Laici, Ca-  
puccini.* Tom. 1. in 8.

SIXTUS IV. Pont. Max. Roborea  
gente, apud Ligures, nobili, non sine  
mirandis præludijs futuræ dignitatis, &  
majestatis, ad vada Sabatia, quam nunc  
Savonam vocamus, natus anno 1414. ab  
anno ætatis anno oblatus est Cœnobio S.  
Francisci. Et mirum quantum profecerit  
in litteralibus studijs, Magistro Fr. Joanne  
Pinorola, ejusdem Ordinis professore.  
Papiæ vsus fuit Præceptoribus; Joanne  
Textore, & Andrea Nolano doctissimis,  
ibique operam dedit Philosophiæ, &  
Theologiae. Patavij Philosophiam, deinde  
Theologiam publicè, maxima cum  
laude professus est, & in plerisque alijs  
Italia Academij. Bessarion Cardinalis Ni-  
caeus docentem frequentè audivit; cu-  
jus familiaritate adeò delectatus, vt fre-  
quentè vñi eodem fuerint contubernio.  
Conciones ejus vbique celeberrimæ, &  
gratiissimæ in tota Italia. Creatur Minister  
Provinciae Liguriæ: deinde Procurator  
Ordinis in Romana Curia. Tanta doctrina  
fuit, vt huic vni ex coetu Cardinalium;  
ad fidem spectantia potissimum commi-  
terentur. Itaque meritis his, & virtutibus  
electus est in Summum Pontificem  
absens, admittentibus maximè Bessarione  
Niceno, & Francisco Mantuano Cardi-  
nalibus, & mox ad rem Christianam com-  
ponendam animum dejicit. Tyranos exeq-  
uit; pacem inter Principes confœderavit.  
Venetos invit in expeditione contra  
Turcos, & pleraque talia confecit Sum-  
mo digno Pontifice. Nemo ad eam diem  
Pontificum animo ad munificentiam, li-  
beralitatemque propensior, nec in dando  
hilarior, nec in promerendis hominibus  
promptior fuisse memoratur. Nihil un-  
quam, quod Urbis decore, & commodi-  
tate esse censeret, quin perficerit: à situ,  
& ceno vindicavit, vijs Urbis primum mu-  
nitis, & lateribus stratis, disjectis, quæ  
deformem reddebant. Xenodochium S.

Spiritus ab Innocentio III. peregrinis;  
ægrotis, & vulgo conceptis, alendis  
structum, sed jam penè collapsum, dis-  
ruit, & pulcherrimis ædificijs forma me-  
liori instauravit. Expositis pueris oportu-  
num locum cum nutricibus adsignavit.  
Sed & nobilium calamitate, & ægritudine  
motus, seorsim à plebe, & vulgo, lo-  
ca decentè ornata, ad tribuit. Magnus  
B. Mariæ Virginis cultor, nobile Tem-  
plum, cum amplissimo Cœnobio S. Ma-  
riæ de Populo Ordinis Augustinianorum  
à fundamentis ædificavit: & plerasque Ba-  
silicas Urbis Romæ vetustate penè collap-  
sas, repurgatas, confirmavit, condecora-  
vitque. Aquæductus in Urbem intulit;  
Pontem super Tyberim, mirò artificio,  
maximis impensis, suspendit, qui ab eo  
Sixti pons vocatur. His talibus benè mul-  
tis officijs in Urbe collatis, meritò Romu-  
lus alter appellatus est. Ad hæc Bibliotheca  
cam Palatinam in Vaticano toto terra-  
rum Orbe celeberrimam, Platina Biblio-  
thecario, adductis ex omni Europa libris;  
construxit: certos proventus adhibens;  
quibus Custodes, Librarij Græci, Latini,  
& Hebræi alerentur, & varij libri parati  
possent, opus clarissimum, & Pont. Max.  
longè dignissimum, id quod in fronte Bi-  
bliothecæ illius additum ejus simulacro  
testatur hoc elegans Epigramma:

*Tempia, domum expositis; vicos, foras  
menia, pontes,  
Virgineam Trivij quod repararis aquam;  
Prisca licet nautis flatuas dare commoda  
portus,  
Et Vaticanum cingere Sixte jugum.  
Plus tamen Urbs debet, nam quæ squa-  
lore latebat,  
Cernitur in celebri Bibliotheca loco.*

Nec his contentus reliquis Cardinalibus  
author fuit, vt plerasque Bibliothecas suq;  
exempla compararint. Nihil demùm cu-  
rarum avocare cum potuit à consuetis  
studijs litteratum, illis adeò affixus, vt  
multa composuerit, quæ memorantur;  
non sine laude. Ea sunt:

*Tractatus de Sanguine Christi ad Pau-  
lum II. Pont. Max. Incipit; Cupientes, us-*

Bernardini Spadæ, referente Michaeli  
Justiniano, apud Oldoinum in Athenæo  
Ligustico.

*Tractatus juris congrui super Litteris  
Apostolicis Sixti IV. de edificijs ad orna-  
tum Urbis construendi. Romæ in Sfortiana  
Bibliotheca. Ex eodem.*

*Opera S. Ambroſij à se emendata, &  
ordine recto distributa, accuratè im-  
pressa anno salutis 1585. edidit.*

*Epistolæ, volumen missa Epistola  
ad Regem Aragonum, cum quo se excu-  
sat, quod Nepotem suum praeficare Eu-  
leſſiæ Augustodunæ voluerit.*

*Constitutiones de Conceptione Virginis;  
ac Bullas plures, quæ habentut tom. 8.  
Conciliorum Binij, & in Bullarijs.*

*Lectiones pro tertio nocturno, ad anti-  
quum Nogarolis Officium de Conceptione  
Virginis designavit, approbat quoque  
ejusdem Mysterij devotissimum Officium  
à R. P. Fr. Bernardino de Bustis Minorita  
editum. Aggressus est etiam aliud opus,  
in quo validis rationibus ostendere nitit  
ur S. Thomam Aquinatem, & Docto-  
rem Subtilem in sententijs convenire,  
quamvis verbis differant. Hæc per otium  
legisse, afferit Nicolaus Commeni in sua  
Historia Gymnalijs Patavini. Omnia fer-  
mè ejus opera in Bibliotheca Ducali Ur-  
bini haberi M. S. narrat Uvadingus. Obiit  
Romæ anno 1484. Idibus Auguſti, se-  
pultusque est in Basilica S. Petri, in Ca-  
pella vulgo dicta Sixti, quæ nunc Templi  
Vaticani est Sacratum, tumuloque æneo  
opere coelato, & concamerato, inter cœ-  
tera Urbis monumenta eximio (quod Ju-  
lianuſ nepos Cardinalis, postea Julius  
Secundus, ei munifice posuit, & nunc  
conspicitur in facello SS. Sacramenti è re-  
gione oœi Canonicorum, quo prius fuc-  
rat translatum) hoc incisum est epitæ-  
phium:*

*Sixto IV. Pontifici Maximo  
Ex Ordine Minorum  
Doctrina, & animi magnitudina  
Omnis memoriæ Principi  
Turcis Italia submotis  
Authoritate Sedis aucta  
Urbe instaurata  
Templis Ponte foro vijs.*

## BIBLIOTHECA

Bibliotheca in Vaticano publicata  
 Jubilæo celebrato  
 Liguria servitute liberata  
 Cum modico , ac plano solo  
 Condi se mandavisset  
 Julianus Card.  
 Patruo benè merenti  
 Majori pietate quam impensa  
 . Faciendum curavit.  
**Obiit Idib. Sept. hora ab occasu V.**  
**Anno M.CCCC.LXXXIV.**  
**Vixit annos LXX. dies XXII;**  
**Horas XII.**

Vide Commenum , Possevinum , Uvadineum in Annal. Ludovicum Cataneum , verbo *Franciscus de Ruvere* , Ludovicum Jacobum à S. Carolo in sua Biblioth. Pontificia , Opuphrium , aliosque Authores Vi-

tas Pontificum scribentes ; & novissime R. P. Fr. Josephum à Fonte , tomo 6. sui operis inscripti : *Succesio Pontifica. Elogium nunc subjeciam Joannis Pauli, tom. 2, de Gestis Romanorum Pontificum.*

Gens Roborea ex hoc cinere surgit,  
 Cinere namque solet crescere Quercus;  
 Angusta ei Taurinorum Augusta,  
 Crevit , eundo.  
 Ex ea , quæ Savonæ familia de Ruvere  
 Sixtus IV. Pontifex Romanus  
 Anno nascitur 1414. sept. Kalend. Aug. hora 18;  
 Die partem temporis occupante majorem.  
 Näm Sixti etas tota dies tenebras non admissit;  
 Divi Franciscus , & Antonius  
 Cuculla , & cingulo induerunt cum in utero matris  
 Ut genitrici retulit eo idiomate Deus  
 Quo solet loqui mortalibus : Somnio.  
 Utro egressus duobus extensis digitis , benedicendo  
 Mundo intonuit , Cur , & vnde veniret.  
 Vota Cœli agnoscens mater , implevit  
 Religionem vovens , pro filio.  
 Promissa cum accepissent Superti,  
 Sub poena capitis impleri voluere , invitatis parentibus  
 Natuta cum plasmasset ad Regnum,

## FRANCISCANA.

(Cujus limina Terra , & Orbis.)  
 Ingenium dedit , cuius limites Sextus ipse nescivit  
 Primus si diceret , ceterorum rapiebat sententiam;  
 Si ultimus , sèpè omnes mutabat.  
 Quæstionem quæ totam agitavit Italiam:  
*An Christus resurgens totum resumpserit Sanguinem.*  
 Composuit , quasi libasset , librasset Sanguinem Christi ;  
 Gradus omnes emensus Religionis,  
 Cum eo venisset , vt ultra non esset ascensus;  
 Purpura ad eum venit:  
 Cum ipse purpuram minimè cogitaret:  
 Scotum , Thomam , qui tot voluminibus pugnarunt;  
 Ostendit Sextus non pugnasse sententijs.  
 Uterque Doctor , iste Angelicus , ille Subtilis:  
*Sed Subtilis non esset , nisi Angelicus fuisset.*  
 Præmium laboris fasces Orbis , legitimi sane,  
 Si fas ; ante electionem pacisci.  
 Näm Bessarion Cardinalis Nicenius ,  
 Maluit Pontifex non esse , quām pacisci.  
 VIII. Kal. Septemb. theatrum iniit coronationis;  
 Cum mīmi comædiam agerent in Sanctos ,  
 Genesio Duce : ipse tragediam.  
 Näm tumultuante Roma ; ferè cecidit inter saxa;  
*Verè fabula mundus est.*  
 Eccles. cum invenisset gravatam debitum ; ac peccatum  
 Ut pretio redimeret , ac Sanguine;  
 Istis Jabilæum aperuit quaqua sæculi parte;  
*Ne tam longo carcere pietas jaceret inclusa.*  
 Creditoribus vñiones distribuit pyropos;  
*Quod in Petra , non in lapillis fundetur Ecclesia.*  
 Vel indecorum:  
*Sponsam Christi indui vestibus alienis.*  
*Prodigus potius quam liberalis.*  
 Cum æquè importunè erogaret ; alij rogarent;  
 Joannem de Monte sibi præposuit ,  
 Ut donatorem coerceret , ac doflatarios;  
*Arti deditus , ac Marti.*  
 Post Legationes in Turcas Legiones instruit;  
*Utrum ferrent , iram frangerent.*  
 Veneti , atque Aragonis tela , & vela duxere;  
*Natantes Sylvæ ; Cyclades pervagatae.*

## BIBLIOTHECA

Attrax in portu catena confedere revulsa  
 Quæ adhuc Vaticano pendet in Templo.  
 Smirne cecidere , vel confedere Barbari,  
 Eo namque triumpho gladius contabuit Christianorum;  
 Vicit Turca fugiendo.  
 Triumphos Barbari solo numerant , & folio:  
 Christiani palmis , & parmis.  
 Scodra Epyri caput.  
 Vix Illyricis servata copijs , atque Pannonicis:  
 Hoste irruente , nec sine miraculo.  
 In Tudertinos Spoletinos , Tifetmates  
 Illatis armis , pluribus subactis Regulis,  
 Ab hac Quercu Absalon non unus peperdit.  
 Utinam pro Ecclesia non pro familia  
 Quæ Sacri Senatus partem usurpabat majorem  
 Importuna surrexerat mater filiorum Zebedæ  
 Cui Calum venale , Deusque.  
 Incompedes Curia cum venisset Romana , & venisset  
 Munera serviere muneri.  
 Felix Sextus in regnare noluisset in posteris:  
 Quorum scelerâ tegere non potuit virtutibus suis:  
 Mulcivit tamen Musica populum,  
 Quam primus in Vaticanum induxit  
 Ut ferocientem averteret , diverteret.  
 Demum occupasset obsequijs , homines beneficijs  
 Duos Reges , tres Reginas cum duobus Despotis  
 Ad se accivit fama liberalitatis.  
 Una ad Salomonem divertit Reginæ Saba:  
 Septem Sixtus Reges decennali suscepit hospitio:  
 Unde à Regibus plusquam Salomon est salutatus.  
 Saxonum , ac Calabriæ Duces , Ferdinandum Regem  
 Sacra veniente ad Limina eo accepit apparatu,  
 Ut in loculis nil pretiosum reliquerit , quam se ipsum;  
 Sixti gloriam perenni celebrant murmure  
 Inductæ Trivij aquæ Virgineæ.  
 Pontem cum excitavit,  
 Sui stetçunt triumphales Tiberis arcus.  
 Templa cum erexit , vel Palatia,  
 Mundum , & Cœlos exhibuit in compendium;  
 Rainis ne opprimeretur Petrus  
 Petri petrae lapides stravit.

Moluis

## FRANCISCANA

99

Voluisset Roma in Sexto mutare nomen;  
 Quam restitutis mœnibus , constratis vijs , laxato foro  
 Coloniam Cœlitum se ipsam aspexit.  
 Pallade ut expoliret Bellonam ,  
 Bibliothecam extruxit , instruxit,  
 In quam Græcos , Syros reperire possis amissos;  
 Unum supererat:  
 Quod victor temporis , victor invidæ , victor sui  
 Minus dilexisset consanguineos ,  
 Quorum amore vicitus , dolore perijt.  
 Virginem Matrem adstasse morienti ne dubites;  
 Cujus Immaculatam Conceptionem coli voluist  
 De peccatis cum sermo , Mariam excipe;  
 Quæ speculum sine macula.  
 Maculam qui videt , suam dicat.  
 Ostendit , non habet maculas speculum purum;

SIXTUS V. Pont. Max. anteà Felix Perettus ; ex Oppido Piceno ( Uvadingo vtor ) ab ineunte ætate Patribus Conventualibus adscriptus , bona naturæ indole , indefesoque studio insignis Theologus , & Ecclesiastes evasit. Venetijs in hæreticam pravitatem Inquisitor , Romæ Ordinis Procurator , à Pio IV. in Hispaniam cum Cardinale S. Sixti Apostolico Legato missus est , à cuius successore Pio Quinto Vicarius Generalis ejusdem Instituti; deinde Episcopus S. Agathæ , tum Presbyter Cardinalis tit. S. Hieronymi Illyricorum , & Firmanæ Ecclesiae Antistes creatus est. Demù anno 1585. octavo Kal. Maji in locum demortui Gregorij XIII. Summus Pontifex renunciatur. In ipso Pontificatus ingressu multa fortiter , prudenter , magnificèque peregit. Dignitatem Pontificiam magna semper majestate , & decoro ad mortem usque sustinuit. Facinorosos , sicarios , & grassatores , quorum incredibilis tunc erat licentia , & copia formidabilis , omnino delevit , & publicam quietem , securumque commercium restituit. Urbem magnificis ædificijs , ereticisque veteribus Romanorum trophais , Obeliscis Augusti , & Tiberij Cæs. columnis Antoniana , & Trajana admirandæ cœlaturæ , & magnitudinis , ornavit ; apud Lateranum amplum Palatum Pontificum comoditati extruxit. Vijs latas , & directas ad Basilicas Urbis præcipuas aperuit. Templum S. Petri Vaticanum tholo admiraculum , pulchro , & magno con-

plevit. Sacellum pulcherrimum ad Basiliæ cam Liberianam magnis impensis ædificavit , ad quod Pij Quinti corpus curavit transferri. Ædem Virginis Lauretanam in Ecclesiam Cathedram , aucto , munito , ornatoque Templo , Oppido Civitatis jure donato , evexit. Æarium sacrum , rea conditum , seculo loco in Arce S. Angelii constituit , in quod quinquages centenum millium anteorum nummum , ad præfinitos tantum Reip. & Apostolicae Sedis casus depromendum provide , & solerter inventit. Aquam copiosam , fluminis instar , ex lacu Regillo , partim per subterraneos ductos , partim per sublimes fornices , opere antiquæ Romanorum majestati comparando , publicæ utilitati , & ornamento in Exquiliis , & Quirinalem , & Urbis loca declivia derivavit. Virginis Mariae Presentationem in Templo S. Antonij Patavini , Petri Martyris , aliorumque Sanctorum dies natalitios Officio Ecclesiastico , & S. Francisci Assisiatis profestivo coli præcepit. Fidei retinenda restituenda , augendæque graves edidit Constitutiones , leveris Decretis publicatis in Hæreticos , Astrologos , Judiciarios , vanas divinationes , sacrilegas cum doctis monibus pactiones. Nihil magno Pontifice dignum prætermisit , sive civilem , sive sacram species autoritatem. Viros doctos in pietate habuit , & rem litteratiam statutis doctrinæ , & virtutis præmij , sume moperè promovit. Typographiam in ipso Palatio Vaticano Sanctorum Patrum ope-

ribus

Tom.III.

ribus purè, emendatè, diligentèque imprimendis, tanquam Armamentarium propugnandæ veritatis Catholicæ magna impensa præparavit. Ipse porrò edidit:

*Opera S. Ambrosij*, diligentè à se, dūm Cardinalis esset, recognita, & ordinatè distributa. Typis Vaticanis anno 1585.

*S. Bonaventura itidem opera eisdem typis* edi curavit.

*Constitutionum Apostolicarum à se editarum*, volumen vnum. Sed & singulari Dei providentia ingens illud præstit Ecclesiae Catholicae beneficium, quod Sacrae Scripturæ Codices juxta priuora, & vetustiora Hebræorum, & Græcorum exemplaria correctos restitui, & in lucem emitti solertiissime curaverit. Cum enim Sacrosancta Tridentina Synodus inter plerasque Latinas editiones Sacrorum Bibliorum solam veterem, ac vulgatam, quæ longo tot sacerdorum vsu in Ecclesia probata fuerat, gravissimo decreto authenticam declarasset, atque vt illa ipsa emendatissimè, quoad fieri posset, imprimi jussisset, opusque gravissimum, & apprimè necessarium aggressus est Pius Quartus, & prosecutus Pius V. ac demum cura illa propter alias molestas Sedis Apostolicæ occupationes omnino intermissa fuisse, Sixtus Provinciam hanc de nō commendavit lectissimis aliquot S.R. E. Cardinalibus, alijsque tūm sacrarum litterarum, tūm variatum linguarum peritissimis Viris, qui adhibitis antiquissimis codicibus manuscriptis, inspectis quoque Hebraicis, Græcisque Bibliorum fontibus, consultis denique veterum Patrum commentarijs, prædictam editionem accuratissimè pristino suo nitori restituerent. Atque in hoc opus Sixtus ipse ardentissimo studio totus incubuit, ita vt cum jam esset completum, & excusum, Princeps oculatissimus majori adhuc usus diligentia (quæ in tanta re nunquam poterit esse nimia) cum aliqua deesse, & aliz incuriosius præli vitio irrepsisse deprehendisset, opus ad incudem revocari præcepit, quod demum vndique perfectum illo decedente, & brevi intercedente curiculo trium Pontificum Urbani

Sixto V. Pontifici ex Ordine Minorum Alexander Perettus S. R. E. Cardinalis, Vice-Cancellarius ex foro Pronepos fecit

VII. Gregorij XIV. & Innocentij IX. paulò post Clementis Octavi in augurationem, sub Sixti nomine felicissimè prodicit. Insupèr:

*Græcam Interpretum LXXII. translationem cum Latina interpretatione*, prædictis typis Vaticanis anno 1588. publicavit. Insupèr:

*Declarationem contra Henricum Borboneum*. Romæ 1585. in 8. missis alijs Constitutionibus, ac Bullis seorsim editis, de quibus tom. 2. Bibliothecæ Barberinæ, fol. 329.

*Monita ad Cardinalem Montaltum nepotem*. Extant M. S. Angliae in Bibliotheca Bodleiana, in 4.

*Epiſtolas Decretales*, quibus Sanctus Bonaventura inter Ecclesiæ Doctores adnumeratur. Duaci 1589. in 8.

*De necessitate Sacrae Scripturæ ad hominis reformationem Conclaves*, ac de Immaculata Concepcione Reginae Angelorum. Neapoli anno 1554. in 8. apud tom. 2. Bibliothecæ Barberinæ, fol. 329. Et ibidem tertio anno 1588. in 4. Marracio teste, tom. 2. suæ Bibliothecæ Marianæ. Prodierunt Italice. Nec ab ijs aliena puto opera inscripta:

*Sacellum in Exequiis à Hieronymo Basdeo*. Romæ eiusdem 1588. in 4.

*Dedicatio columnæ Trajani in honorem D. Petri*. Romæ ex typographia Vaticana 1587. in 4. Vidi. Inedita demum reliquit:

*Sermonum*, quos in Minoribus habuit Italæ, & præsertim Romæ volumina duo ipsius manu exarata. Habuit penes se Uvdungus.

*Concionem de Immaculata Concepcione Virginis*, Italice. Prodijt tertio Neapoli ex officina Josephi Cacchi 1588. Latinè redditam habes in Monumentis Franciscanis. Lovanij impressis anno 1665. à fol. 519. Sedit ann. 5. mens. 4. dies 3. & obiit anno 1590. die 27. Augusti, sepultus in Basilica Vaticana primò, deinde translatus in Sacellum opulentissimum à se viuente constructum, Basilicæ S. Mariae Majoris, ubi de eo legi sequens epitaphium:

Sixtus V. Pont. Max. Cupris ad littus superi maris in Piceno natus, Montalti educatus, Fr. Felix Perettus ex Ordine Minorum, Theologus, & Concionator insignis, hæreticæ pravitatis Inquisitor, sui Ordinis Procurator, & Vicarius Generalis, à Pio IV. Pontifice Maximo cum Hugone Boncompagno Cardinali Legato Apostolico in Italiæ missus, Pio V. Pont. Max. ob spectatum Fidei zelum eximiè charus, ab eo que Episcopus S. Agathæ, & S. R. E. Cardinalis factus, magnisque negotijs adhibitus, summo Sacri Collegij consensu Pontifex Maximus creatus, toto Pontificatu, justitiæ, prudentiæ, animique magnitudinis laude floruit.

387. De Scriptis Possessivis, & alijs apud Biblioth. Pontificiam Ludovici Jacobi à S. Carolo. De hoc Sixto pulcherrimè apud Petrum Antonium de Venetia, tom. 2. Hortuli Seraphici, fol. 373.

Mons Felix, Felixque prius, Leo, Stellaque, Felix  
Qui genuit, nutrit, servit, & illa regit.

Fuscius Joannes Palatius, tom. 4. de Gestis Roman. Pontificum, cujus verba subiectio-

Facto, vel fato Felix homo contingat,  
Villici ne vilescant.

In stat omnibus Sydus virtutis.

In cryptis natus Felix Perettus

Ter sibi promissam in baptisme felicitatem

Auspice Mysta, Infante, Pattino

Qui omnes vocabantur Felices

Felix esse potuit, quia debuit, & quia voluit;

Ex domo descendens illustri,

Quæ passim detecta Solis radijs illustrabatur;

Umbram removit vanitatis, vel admovit dignitatis;

Quam jocando meditabatur.

In pratis Asculanis erranti, & interroganti fortunæ

Quo pergeret, respondit:

Etiam in Celum ad consequendam virtutem.

Michael Duce, inter sodales receptus S. Francisci  
 Suis, suisbusque relictis,  
 Diem benedixit, qua pedes nobilitavit;  
 Quia calceos induit.  
 Brevi Magister, & Concionator  
 Magisterium sortitus, vbi alij tyrocinum  
 Ancipitem habuit in ore gladium;  
 Unde importunus diceretur inter Doctores;  
 Praestat quandoque insolecere;  
 Ut virtus extorqueat, quod ei injuste negatur:  
 Gradus emensus honoris, sed pretio Sanguinis;  
 E D. Francisci cinere elatus ad purpuram,  
 Pium V. habuit prometorem Pontificem Sanctum;  
 Non aliud ausisset laudare justitiam Sixti.  
 Citra invidiam in aula consenuit,  
 Quia mortem suorum scivit sustinere patienter;  
 Ita simulatione, vel dissimulatione.  
 Cum Petram tenuit, excipionem projectit;  
 Quo intedebat innixus;  
 Firmius adhuc lapsi, quam ligno, caput erexit;  
 (Cum antea desixo incederet in terram lumine)  
 Repertis clavibus, quas perquirebat,  
 Fluctuarunt Patres, cum viderunt stare Pontificem;  
 Ac quasi vitiosa repetere volentes suffragia,  
 Represi gravitate Judicis, majestate Pontificis;  
 Caperunt timore Maximum, quem crediderant Minimum;  
 Dum ille grates Deo ageret,  
 Qui solus vota prensaverat.  
 Siscitanti An recipere Politicatum? inquit:  
 Recipere non possumus, quod jam receperimus.  
 Basilicam ingredientis canente occurrete Canonicis  
 Ecce Sacerdos, Magnus;  
 Qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus;  
 Postulanti Populo Panem, atque Justitiam.  
 Alta voce reposuit:  
 Annonam ex gratia, justitiam dabimus ex natura;  
 A Patribus vocatus ad quietem;  
 Credens: In labore Requiem.  
 Replicant: Heri aliter fuisse loquuntur: reposuit  
 Heri, & nudius tertius basid eram Papa.  
 Hic manu forsè graviore aptanti Rusticatio vestes

Improperavit  
 Importunam cum Pontifice familiaritatem;  
 Aulea, aulicis disponentibus, dirigentibus  
 Quiescere (inquit) non satis ad imperium;  
 Sex Cardinales cum invitasset ad cœnam;  
 Pro lauditijs concionem apravit acerbam;  
 De Petri Primatu:  
 Cui soli date sunt Claves.  
 Redargutus ante electionem exegisse adjutores;  
 Sane diximus, & nunc revocamus.  
 Pontificatum si dedistis ad usum:  
 Nos protestamur, accepisse gratis.  
 Die coronatur Mercurij;  
 Quo homo, Monachus, Episcopus, Cardinalis, Papa;  
 Exuto Felicis nomine, in Sextum abiit  
 Republicam non se ipsum volens felicem;  
 Justitiam restituit errantem,  
 A qua nunquam aberfavit.  
 Protegatus venisse non pacem mittere, sed gladium  
 Scelerâ cœpit inquirere etiam præterita.  
 Et mortem Nepotis,  
 Quam Cardinalis neglexerat, Papa punivit.  
 Excusanti Cardinali S. Sixti;  
 Lemiter actum cum siccarijs vivente Gregorio;  
 Quia justitiam nemò quereret; respondit:  
 Justitiam non exercendam in gratiam hominum;  
 Ultionem à cognatis indultam propter Evangelium;  
 Nunc exigi à Principe propter naturam  
 Grallatorum securis eam attulit Urbi securitatem;  
 Ut plenus cantaret coram latrone viator.  
 In vicinia confugientibus siccarijs magno Principum clamore:  
 Mandavit:  
 Urbes dimitterent, quas custodire nesciebant.  
 Quod eas ipse securè præstaret.  
 Galli Borbonij cum defecissent à Petro  
 Gladium exercuit Petrus in Gallum!  
 Navarræus iste, qui Fidem postea professus Romanam  
 Servandam posteris transmisit incorruptam.  
 Evangelium Sixtus promovens non Imperium,  
 Sece vltro dederentes rejicit Massilienses;  
 Securus expectans Regem ad penitentiam.  
 Majus ab Elisabetha Anglia dixerim,

Aqua

A qua tandem Maria Scotiæ mortem accepit;  
 Ut sub Diocletiano Martyres , tria postulans:  
*Catholice sepeliri , mori coram domesticis ; hos liberos dimitti*  
*Ad supplicium comptius comparata , quam ad nuptias;*  
*Cum Cruce , & Rosario venit ad martyrium.*  
*In Elisabetham Philippum excitavit Sextus*  
*Qui classe Invincibili centum & quadraginta navium*  
*Habuit primò decertare cum Ventis*  
*A quibus disjecta Venit , Vicit , Fugit.*  
*Cladem suscepit Hispanus more suo , id est , Catholicus*  
*Gratias agendo Christo ,*  
*Qui magis de Martyribus gaudet , quam de Victoria;*  
*Ruinam tamen Deus reparavit in Sarmatis*  
*Dato Rege Sigismundo III.*  
*Qui adhuc puer monitus*  
*Religionem amissurus Catholicam , vel Regnum*  
*Vitam etiam , respondit intrepidus.*  
*Non aliter respondere valebat*  
*Qui erat propugnaculum futurum Christianitatis*  
*Orbe pacato Urbem respexit.*  
*Laterani Vaticanique mole adaucta*  
*Ædificijs , Xenodochijs , Obeliscis ,*  
*Aquæductibus Legibus irrigavit;*  
*Quæ si non ultra sydera surgerent , non citrè nubes;*  
*Et ex Cæsarum vrnis resurgeret Phoenix Urbium;*  
*Typos apposuit:*  
*Ne decesset in quo Fastos servaret*  
*Bibliothecam collegit*  
*Cujus vel mura volumine Sextum resonant;*  
*Regnare tamen verius coepit in æternitate*  
*Cum anno natus septuaginta*  
*V. Kal. Septemb. desistit esse mortalis;*  
*Felicitatem ut impleret , in Virgine obiit;*  
*Affinibus etiam ditatis , sed citrè demùm Ecclesiæ*  
*Thebauris que relictis in arce Angeli , non arca hominis*  
*In ejus statuam sœvire invidia tentavit;*  
*Ut monumentum everteret ejus ,*  
*Qui omnibus monumenta reliquerat.*  
*Aureo tamen Capiti aureas fuisse manus*  
*Fatearis oportet*  
*Cum Pater misertus patriæ*  
*Liberos non à fame liberos annona liberavit;*

SPIRIDION POUPART , Gallus ,  
 ex Tertiariis Regularibus , edidit , apud  
 Troveux in Januario 1717. art. 15.

*Dissertationem de quadam Lampade se-  
 pulchrali vetusta. Item ex eodem , in Aprili  
 1719. fol. mihi 709.*

SPIRITUS DE BALMA , Gallus ,  
 Capuccinus , Apostolicus Concionator ,  
 ac Provincialis Minister Lugdunensis  
 Provinciae , Vir totius Regularis Observan-  
 tiae laude per celebris , qui Deo etiam  
 signis suas conciones approbante , ex præ-  
 cipuis Hæreticorum Ministris , plurimos  
 ad Catholicam Fidem perduxit , edidit:

*Catechismum pro instructione juventutis , & plebis in Fide Catholica. Lugduni  
 anno 1593. Alia scripta opuscula , ait Gen-  
 uensis , quæ progressu temporis interie-  
 runt. Obiit Lugduni anno 1602. ejusque  
 gesta recensentur à Boverio , tom. 2. suo-  
 rum Annalium.*

SPIRITUS DE BLOIS , Gallus ,  
 professione Capuccinus , vernaculè emis-  
 sit:

*Panegyrim pro natalicio Ducis Brita-  
 nie. Rupellis anno 1705. in 4. Vidi.*

SPIRITUS DE BOSSOROGERIO ,  
 Gallus , Provinciae Normanniae Minorum  
 Capuccinor. Provincialis Minister , pru-  
 dentia , doctrina , ac moribus insignis ,  
 edidit opus inscriptum:

*Pietas afflictæ , &c. in quo diffusè trac-  
 tat , ac differit , Genuensi teste , de obse-  
 sis à dœmone , & alijs hujus generis. Ro-  
 thomagi 1559. in 4.*

SPIRITUS JUICO. Vide *Spiritus  
 Sabbatherius.*

SPIRITUS N. Franciscanus , de quo  
 præter nomen , nihil mihi compertum ,  
 apud Indos Orientales , scripti:

*Epistola Pastoralis ad Indos , &  
 Christianos de Madure , anno 1711. Ejus  
 meminit D. Andreas Barcia in sua Biblio-  
 theca Indica , part. 1. tit. 4. pag. 86.*

SPIRITUS SABBATHERIUS , Ca-  
 puccinus , Gallus , patria Ivoico-Bituri-  
 cessis , Parisinæ Provinciae Concionator ,  
 Vir varie doctus opus egregium confecit ,  
 sub hoc titulo:

*Idealis Umbra sapientia generalis , qua  
 tum scientiarum , tum omnium Artium  
 principia in unam generalem disciplinam ,  
 aut saltē ad unicam , & uniformem me-*

*tbodum cunctis accommodatam revocantur  
 tum quidquid in earum Universitate conti-  
 netur , in certas classes distributum , claro ,  
 ac naturali digestum ordine , genuinis , &  
 amoenis in grandiori Tabula Symbolis habe-  
 tur expressum ; ut mira intelligibilium no-  
 titia visibilibus quibusdam formis per oculos ,  
 &phantasmam facilius , ac citius Chri-  
 sto Duce , ac clara luce valeat in mentem  
 ascendere : cum duabus minoribus Tabulis  
 Latina , & Gallica explicationis , que in  
 unum Codicem in 8. ambae compingi pos-  
 sent. Morte præventus immaturum reli-  
 quit ; perfecit autem Fr. Franciscus Ma-  
 riæ Parisinus Capuccinus , ac edidit Paris  
 sijs apud Dominam de Jablier ejus foro-  
 rem 1679. in 8. Vidi. Habita fuit , recen-  
 siente Genuensi , hujus operis Gallico  
 idiomate singulis Sabbatis diebus à 13.  
 Januarij anni 1670. per biennium expli-  
 catio publica ab inclyto Viro Domino  
 de Fontenais , non eruditio minus , quam  
 subtili , ac ingenioso Mathematicarum ,  
 & omnigenæ Philosophiæ professore , qui  
 novam adhuc meditatut , & parat ejus-  
 dem operis explicationem.*

STANISLAUS POLONUS , Regu-  
 laris Oblerv. ferventissimus Prædictor  
 in Lituania , vbi fructus protulit uberrimi-  
 mos , scripti:

*Vitam S. Stanislai Episcopi , & Marti-  
 ris duodecim capitulis distinctam. Floris  
 anno 1483. Uvadingo teste.*

STANISLAUS DE SLAPY , Polo-  
 nensis Provinciae Regularis Observati-  
 oris , anno 1500. summa diligentia diges-  
 sit:

*Collectaneam Privilegiorum Ordinis  
 Minorum concessorum. Habetur M. S. Ma-  
 triti in Generali Ordinis Archivio , ad  
 calcem Chronologicæ Descriptionis ejus-  
 dem Provinciae scriptæ in fol. à Fr. Au-  
 gustino Cieplirki. Vidi.*

STANISLAUS VOPOLINUS , Po-  
 lonus , Conventus Cracoviensis alumnus ,  
 Poloniæ Minister , edidit lingua Polo-  
 nica:

*Libellum de Sacramento Eucharistia ad-  
 versus bateticos , qui nunc , recensente  
 Uvadingo , est latinitati donatus. Claruit  
 anno 1561. teste Uvite , pag. 66. sui Cata-  
 logi illiſtr. Scriptor. Ordinis.*

STANISLAUS UVITUNSKIUS ,  
 ejusdem Poloniæ Ministrus , alumnus , leu-

laudatur in Militia nostri Alva, col. 1419.  
cēù à quo prodij:

*Tractatus, in quo describit Monasterium Calionense Tertij Ordinis.*

STEPHANIA AB INCARNATIONE, Hispana, Monialis S. Claræ de Lema, virtutibus clara, posteritati reliquit Volumina quatuor in 4. in quibus vernacula agit:

*De Generatione eternæ.*

*De Rerum creatione.*

*De Earundem conservatione.* Hæc habentur tom. 1. affermato Matrii in Regia Bibliotheca inter codices M. SS. & Palentiae in Bibliotheca Conventus Regularis Observ. pluteo 153. num. 35. Vidi.

*De Incarnatione Verbi Divini.* Sermonem de ea instituit, tom. 2. quem non vidi.

*De Redemptione hominis.*

*De glorificatione humanae nature, ac Domini resurrectione.* De ijs tom. 3. affermato Palentiae, ibidem.

*De judicio universali, sed tomum hunc pon reperi.* Reliquit etiam:

*De Oratione, & Meditatione,* volum. in 8. Exstat M. S. ibidem.

*Vitam suam ex praescrito sui Confessarij Fr. Alphonsi de Villa-Mediana, exarata.* Exstat in Regia Bibliotheca Matriensi inter Codices M. SS. in 4. Clarebat anno 1631. Ejus meminit Fr. Petrus de Alva, col. 1422. sua Militia.

STEPHANUS DE ALVIN, Minorita, teste Alfonso Lassor, tom. 1. *Universi calamo delineati*, fol. 355. edidit:

*Tractatum de Potestate Episcoporum, Abbatum, aliorumque Prelatorum, & Abbatissarum.* Parisijs 1607. in 4. Penes ipsum sit fides, à Uvadingo enim illaudatur, mihi quoque adhuc invisum.

STEPHANUS ARELATENSIS, Capuccinus, Gallus, Provinciae S. Ludovici filius, Concionator doctus, ac rei Poeticæ minimè ignarus, ligato, ac verpaculo sermone edidit:

*Triumphum Ludovici XIV. Galliarum Regis.* Marsiliæ apud Carolum Brebin 1673. in 4. De eo Genuensis.

STEPHANUS BARONI, in Anglia, sui Ordinis Minister Provincialis, Regi Henrico VIII. nondum Apostata à sacris confessionum secretis, Vir pietatis, doctrinae, prudentiae laudibus insignis, in

Academia Cantabrigen si dñi floruit, Concionator non vulgaris. Scriptis ad prædictum Angliae Regem tractatum egregium

*De Regino Principio*, lib. 1. excusum Parisijs in 8. abique anno, & typographi nomine. Vidi Segobie in Bibliotheca Conventus S. Crucis. Edidit etiam:

*Sermones declamatos coram Academia Cantabrigiensi.* Prodierunt Parisijs in 8. Vidi in laudata Bibliotheca. Extant etiam Londini, teste Uvadingo. Laudatur ex Pitse à Fr. Angelo de S. Francisco in suo Certamine Anglo. Clariuit anno 1534. teste Uvite, pag. 63. sui Catalogi illustr. Scriptor. Ordinis.

STEPHANUS BRULEFER (alijs BRULEVER) è Civitate Maclovieni in Britannia Armorica, Gallia Provincia, oriundus: Dinanni Religionis habitum sumpsit: hinc auditor fuit R. P. Guillelmi Uvorilonis, indè almæ Parisiensis Universitatis Doctor Theologus: Concionator celeberrimus, vita, & virtutibus famosus; qui cum nupèr à Patribus Conventualibus ad Observantes transiisse Moguntiæ, & Metis multo tempore docuit: postea Briocum in eadem Britannia, missus est à Reverendis. B. P. Oliverio Maillardo, Generali Observantium Cismontanor. Vicario, vt illic partes ipsorum Fratrum Observantium ageret, tueretur, ac propagaret. Plurima singularis sua eruditio opuscula posteritati reliquit, nempe:

*Reportata in quatuor libros Sentent. S. Bonaventura.* Prodierunt Basileæ apud Jacobum de Pfortzheim, anno 1501. & Venetijs apud Lazarum Soardum, anno 1504. atque iterum Parisijs 1570. tom. 2. in 4. Vidi.

*Librum de SS. Trinitate,* vbi multa lata bet contra Pictores varijs, & improprijs modis hanc sacram Triadem personarum depingentes.

*Sermones varios de paupertate Christi, & Apostolorum.* Parisijs anno 1500. apud Andream Bochardum.

*Tractatum defensorium adversus quendam Episcopum Minoritam dampnatum.* Fratres de Observantia, quad contra formam Regule se alio nomine vocarent, quam Regula expresserit. Fortassis indistinctus est tractatus iste, à tractatu de Rebus S. Francisci, citato à Vitali Algecira in Arbore.

*Alterum de timore servili, & de donis Det.*

*Tertium de formalitatibus ad mentem Scotti.* Venetijs apud Octavianum Scotum, anno 1516. in fol.

*Declarationem identitatem, & distinctionem rerum secundum Scotum.* Basileæ 1507. & ibidem per Joannem Bouc 1586. in 8. vnâ cum *Compendio Formalitatum*. Vidi.

*Concionem de valore Missarum, habitam in Moguntina Synodo.* Et *Conciones*

*Divi professor Francisci Religionis, Sacrae Scripturæ Doctor, & eximius Non minore est Scoto, cunctisque Authoribus illis,*

*Ingenuas artes qui cecinere prius.*

*Hic fuit errores concremans Stephanus ille,*

*Brulefer ingenio, quem locus iste tenet,*

*Sydereal loca possideat. Amen.*

Ejus non exigua cum laude meminit Bosius de Signis Ecclesiæ, lib. 6. cap. 4. & pluribus Artur. in Martyrologio Franciscano ad diem 5. Augusti, §. 4.

STEPHANUS DE BURELLAS, Hispanus, ex Provincia Gotholaniæ, emisit:

*Centuriam de Comitibus Barcinonensis*, anno 1600. Testibus Uvadingo, & Lassor, tom. 1. sui Universi, fol. 146.

STEPHANUS CLARAMONTIUS, Italus, Minorum Capuccinorum Minister Generalis Romæ electus anno 1671. Vir, cuius nobilitatem, eruditio, prudentiam, ac zelum fuisse laudat Fr. Dionysius Genuensis, vernaculè, sub nomine Comitis Claramontij ejus ex Fratre Nepotis, duo conscripsit volumina *Apologetica*, in 4. quorum editiones subiecte laudatus Genuensis, subdens in primo referente quendam Doctorem Catalanum; in secundoque propugnare opera R. P. Fr. Zachariae Boverij.

STEPHANUS DENTIS, Pedemontanus, patria Taurinensis, ex Minoribus Capuccinis Provinciae Pedemontij, lingua sanctæ professor, humilitate clarus, & zelo conversionis Hebreorum illustris edidit:

*Concionem vernaculè habitam ad Hebreos, qui verecillis commorabantur, hoc*

*de Conceptione Virginis, & ejus Assumptione, & aliasque. Prodierunt hæc, aliasque ejus opuscula Parisijs anno 1499. & 1500. in 8. & in 12. Concio de Conceptione incipit: Nondum erant abyssi, ut ipsem refert in 3. Sentent. dist. 3. quæst.*

*2. Obiit sub annum 1484. Bernonij in Conventu S. Francisci, ubi jacet sepultus juxta summum Altare, cum hoc epitaphio:*

*Divi professor Francisci Religionis,*

*Sacrae Scripturæ Doctor, & eximius*

*Non minore est Scoto, cunctisque Authoribus illis,*

*Ingenuas artes qui cecinere prius.*

*Hic fuit errores concremans Stephanus ille,*

*Brulefer ingenio, quem locus iste tenet,*

*Sydereal loca possideat. Amen.*

titulo gaudentem: *Hebreus concitatus Vercellis apud Gasparum Martham, anno 1675.* in 8. Edidit etiam:

*Orationem, sive Concionem in funere Serenij. D. Catharinae Austræ Philippi II. Regis Catholicæ filie, ac Ducissæ S. Sabauidæ.* Taurinano 1628. Obiit Vercellis 1630. & reliquæ alia sui ingenij monumenta, quæ, studens humilitati, renuit per tyrum evulgare. De eo Rossorus, & Genuenis in suis Syllabis.

STEPHANUS EMONERIUS, Sacrae Theologie Doctor, & apud Salafios, Commissarius Minorum Conventualium, prælo dedit librum, hunc afferente titulum:

*Splendor veritatis moralis, collatus cum tenebris mendacij, & nubilo equivocationis, ac mentalis restrictionis: addita de pulsione columnarum, quibus Joannes Barnesius, Anglus, Leonardum Lelium, Theologum oneravit. Lugduni 8. Regali 1627. apud Antonium Berterium. Vidi. Ejusdem meminit Augustinus de Uvite in suo Catalogo. Clariuit anno 1627.*

STEPHANUS FARROVILH, Gallo-Regularis Observantiae Provinciae Aquitaniæ, Ludovico XIII. Galliarum Regi à concionibus, & consilijs, Vir apud Marracium, tomo 2. sua Biblioth. Religionis, doctrinæque gloria spectaculissimus, edidit:

*Conciones Adventuales super Salutatem Angelicam.* Parisijs anno 1618. in 8<sup>o</sup> Gallicè.

*Isochristi orationem ad Demonicum è Greco transtulit in Gallicum.* Ibidem anno 1619.

*Discursus centum predicabiles super Passionis Dominicæ mysteria.* Laudatur à Uvadingo, & in Militia nostri Alva, col. 1423.

**STEPHANUS DE GOLVIA**, ex Reformatis Provinciæ Romanæ Theologus eximius, ac totius Reformationis Procurator Generalis, conceptum, ac incepsum reliquit:

*Promptuarium Scoticum perfectum, illustratum, ac editum à Carolo Francisco Varesio, de quo superius sermonem insitum.*

**STEPHANUS GIRIN**, Gallus, Regul. Observ. communem fecit:

*Concionem Epiphanie, Gallico idiomate habitam 6. Januarij 1663. in Saccello magno D. N. Collegij Lugdunensis.* Extat tom. 6. oper. Theophilii Rainandi, fol. mihi 623. sub themate: *Obtulerunt ei, &c.*

**STEPHANUS A GOMBOLATO**, Capuccinus, Pedemontanus, Genuensis Provinciæ Theologus, & in Missionibus Subalpinis, Apostolicus Vir, nunc Hæreticos reducens, nunc vacillantes confirmans, nunc acerrime Sectarios referebant, ineditum reliquit, à Genuensi laudatum:

*Librum Controversiarum Catholicarum Pedit.* Obiit Panormi in Sicilia anno 1617. Confule Boverium, tom. 2. Annal.

**STEPHANUS GUADRAMIRO**, Hispanus, ex Oppido Guadramiro Salmantinæ Diocesis, Regularem Observantiam professus in Coupostellana Provincia, Novitorum Magistrum egit, ac meritiss., & virtutibus claruit. Scriptis meioria dignam:

*Historiam V. M. Sor. Marie à S. Antonio, Clarisse, publici juris factam, tomo 2. Chronic. Prov. S. Jacobi, lib. 2. cap. 22. à pag. 259. Decesit exemplaritatis nota insignitus circè annum 1569.* teste Fr. Jacobo de Castro in laudato tomo Chronic. ibidem à pag. 249. ejus acta recensente.

**STEPHANUS HYBERNICUS**, quem alij de Oxonta nuncupant in Provincia Hyberniæ, & Conventu Montis Fernandi, vulgo *Multifernana* die Apuan-

tationis B. Virginis Mariæ anno 1263, initatus, scripsisse dicitur:

*Annales, qui communiter appellantur Montis Fernandi, & incipiunt ab anno Christi quadragesimo quinto, & desinunt anno 1274. quo Author vivebat.* Ex quibus Historici Hy berni multa observatione digna depromunt. Hæc Uvadingus.

**STEPHANUS JULIACUS**, Minorita, ac Doctor Sabornicus in Latinum transtulit:

*Vitam S. Coletæ, Gallicè scriptam à Fr. Petro à Vallibus, sive à Remis ejusdem Instituti. Eam exscriptis Surius. Lege Bollandum ad diem 6. Martij, fol. 539.*

**STEPHANUS MATERRE**, Gallus, Regularis Observ. Provinciæ Aquitanæ, Guardianus Cœnobij Bavarensis, edidit Gallicè librum, cui titulus:

*Horologium spirituale.* Parisijs apud Joannem Sevestre, anno 1606.

*Catechismum lingua Cantabrica.* Burdigalæ apud Petrum de la Court, anno 1617. & Aquis Augustis anno 1704. in 16. Vidi.

**STEPHANUS OCTOUL**, Minorita, adscriptus in Regia Bibliotheca Matritensi, edidit:

*Inventa Astronomica.* Avenione 1643. in 4.

**STEPHANUS ODRY**, in magno nostratum Parisiensi Conventu Rhetorice professor, recensente Uvadingo, evulgitavit:

*Poemation Christi nascentis.* Parisijs anno 1644. in 4.

**STEPHANUS DE PEREA**, Hispanus, Minorita, typis tradidit volumen in 4.

*De conversione Xumanarum, seu Novi Mexici ad Illustr. D. Franciscum Manso Archiepiscopum Mexicanum.* Prodijt anno 1630. teste D. Andrea Borgia, part. 2. sua Bibliotheca Indicæ, tit. 5. pag. 609.

**STEPHANUS RODRIGUEZ DE SOBARZO**, Hispanus, in Toletano Archiepiscopatu Sacerdos, ac Tertiarius Franciscanus, vernaculè publicavit:

*Instructiones utilem Tertiij Ordinis de Penitentia professoribus.* Matriti in Regia typographia 1683. in 8. Vidi.

**STEPHANUS TENDENSIS**, Italus, in Provincia Genuensi Minorum Capuccinorum, Apostolicè zelo, & sancti mo-

monia clarissimus, sicut ex relatis, Genuenis accepit, scripsit:

*Contra herefes, & alia ad fidelium instructionem, quæ vel petiere, vel à domesticis incuria subripuit.* Plenus dierum, sed magis bonorum operum, piè defunctus est in Salutensi Conventu, anno 1617. Plura de ejus vita apud laudatum Fr. Dionysium Genuensem, pag. 299.

**STEPHANUS TOSSIU**, vel THOMAS, è Betrona, Umbria Oppido, Regul. Observantiz, Sacra Theologia Lector, Conventus S. Mariæ Angelorum extra Assisium inter Minores celeberrimi, bis Guardianus, Provinciæ S. Francisci bis Minister, totius Ordinis Definitor Generalis, & Familia Ultramontana per aliquot menses Vicarius Generalis, scripsit Italice:

*Tractatum de Indulgentia plenaria, quam Christus Dominus proprio ore concessit facello S. Maria Angelorum Assisiani ad preces S. Francisci per intercessionem B. Virginis Maria in duas partes divisum.* In prima ostenditur Christum concessisse hanc indulgentiam, perpetuo per singulos dies. In secunda agitur de ipsa Indulgentia publicata pro uno dumtaxat per annum die. Opus vtile ad excitandam fiduciam devotionem, confirmatum solidam delium devotionem, approbata ex Theologia petita doctrina, approbata per gratissimos Scriptores, per Summos Pontifices, per tot annorum circulum, & per varia miracula. Urbini apud Marcum Antonium Mazantinum, anno 1644. in 4. Vidi. Sub nomine Stephanii Tuccij habetur in Bibliotheca Ara-Cœlitana, licet inedita.

*Questio latissima de Immaculata Conceptione Virgint, teste Fr. Petro de Alva, col. 1427. suæ Militiae.* Edidit etiam vernaculè:

*De Sanctitate Capelle S. Maria Angelorum.* Cusum Urbini vti narrat Alphonsus Lassor, tom. 1. Universi calamo delineati, fol. 108.

**SUPRAMONS DE VARISIO**, primus Minister totius Lombardie, scripsit:

*Sermones predicabiles per anni circulum.* Ex Tosigniano, & Uvadingo. Adscriptur Scriptoribus illustribus in Catalogo Augustini de Uvite, pag. 60.


**SYLVIUS AB HOSTABICH**, Hispanus, Capuccinus, Provinciæ Catalognae Concionator, exemplaritate vita insignis, cuius cum laude meminit Boverius, tom. 2. suorum Annal. scripsit, Genueni teste, opusculum:

*De Oratione Mentali.* Obiit Barcinone anno 1586.

**SYRUS PLACENTINUS**, Italus, strictioris Observantie Reformat. Provincia Bononiensis alumnus, Lector emeritus, & sanctitatis Innoc. XII. in Sacrae Lateranensi Basilica Pœnit. edidit opus prænotatum:

*Dilucidatio facultatum Minorum Pœnitentiariorum Basilicarum Urbis, & Praxis executionum ad litteras, & rescripta Sacrae Pœnitentiariae.* Romæ typis Rev. Cam. Apost. 1699. in 4. Vidi. Insupèr:

*Admonitiones S. Gregorij Pape in compendium redactas.* Ibidem à fol. 293.



T

**A**CITUS NICOLAUS ZEGERUS, (apud Uvadingum Nicolaus Zegerus) quem alij Bruxellensem, alij Diestensem scribunt, Vir cum Græcæ, tūm Latinæ linguae peritæ summoperè celebrandus, edidit ad Julium Secundum Pontificem Maximum, castigationes in novum Testamentum, in quibus depravata restituntur, adjecta resecantur, & sublata reduntur. Operi titulum fecit:

*Epanorthotes*, sive *Castigator locorum depravatorum*. Coloniae anno 1555. in 8. Vidi.

*Inventarium*, seu *Concordantias in novum Testamentum*. Antuerpiæ 1558. in 8. & Antuerpiæ apud Joan. Bellerum 1566. in 8. Vidi.

*Scholia in Matthæum, Marcum, Lucam, Joannem, Paulinas omnes, & Canonicas Epistolas*. Coloniae anno 1553. in 8. apud Hæredes Arnoldi. Vidi.

*Apocalypsim*, quibus loci difficiles, aut ambigui, juxta originalem Scripturæ phrasim, ac vetustissimorum Theologorum citationem doctissimè, ac exquisitè sunt explicati; Divinam Scripturam confectionibus pernecessaria sunt elucubrationes ibidem. Item scriptit:

*Librum Adagiorum Latinorum, & Theutonicorum*.

*Speculum vita Christiana Thoma Harendalensis Minorita*, transtulit ex Theutonico in Latinum, excusum. Coloniae apud Arn. Birkmanum, anno 1555. in 8. necnon opusulum Florentij Harlemij Carthusiani, buncupatum,

*Viam Vita. Antuerpiæ anno 1564. in 8. Catechismum Germanica lingua*. Ibidem 1558. in 16. Vidi. Decessit Lovanijs anno 1559. die 25. Augus. Pertractat de eo, post Uvillotum, & Uvadingum, Jacobus Le-Long, tom. 2. Bibliotheca Sacra, fol. 1026. sub nomine *Taciti*, sicut Valerius Andreas in sua Bibliotheca.

**TARTARETUS.** Vide *Petrus*.

**TELLUS N.** Hispanus, Vir fuit recitadine vita suæ celeberrimus, mansue-

tus, justus, timoratus, & sanctus. Unde ex Ministeriatu Prov. Castellæ ad Bracharensem Ecclesiam asumptus, peculiarem zeli, & constantiae laudem in gravibus controversijs inter Regem Lusitanæ, ac Ecclesiarum ejusdem Regni Prælatos, quorum autoritat, & immunitati derogabatur, adeptus est, qui nec minis, nec blanditijs Regis fleti poterat, vt Ecclesiæ jura non egregiæ iueretur:

*Concordantia articulos*, quæ ipsi præcipue debetur, Summi Pontificis nomine stipulavit. Sunt 40. à Nicolao IV. Pont. Max. anno 1289. die 6. Januarij confitmati, & habentur apud Bzovium in Annalibus, & Pereyra in suo opere *de Manu Regia*. Ejusdem sunt:

*Constitutiones Synodales* sui Archiepiscopatus, in cuius introitu Synodus celebravit, festumque S. P. N. Francisci devotissime instituit Nicolaus III. Pont. Max. apud Uvadingum ad annum 1278, tom. 2. in Regesto ita eum commendavit: *Vir, inquit, vita laudabilis, litterarum scientia prædictus, discretione, maturitate conspicuus, præclarus meritis, & alias in spiritualibus, & temporalibus circumspectus, &c.* Decessit anno 1292. die 23. Martij. Pluribus de eo agit Georgius Cardoso, quem consulas tomo 2. *Agilogij Lusitanæ* ad diem 23. ejusdem mensis, pag. 176. & 184.

**THADDÆUS DERMITIUS**, Minorita, edidit adversus Bzovium:

*Defensionem Religionis Franciscanae*. Lugduni 1627. in 4. Vidi.

**THEOBALDUS ASSISIATENSIS**, Episcopus, antea Stabiensis, & Terracensis, natione Italus; Vir scientia, pietate, & vita integritate memorabilis; edit, vt Marraciis habuit ex Uvadingo, tomo 1. Annal. Minorum, pag. 291. atque ex Martyrologio Franciscano Arturi à Monasterio die 2. Augusti:

*Historiam indulgentie Sanctæ Mariae de Portiuncula*; propæ *Assisum*. Floruit ad annum nativitatis Salvatoris 1308.

**THEOBALDUS SUVAB**, Germanus, ex Minoritis Reformatis Provinciæ de Tirol dictæ, Vir propagandæ fidei cupiditate flagrantissimus; qui Hæreticos plu-

plurimos in Catholicam Ecclesiam introduxit, Germanicè scriptis opus insigne: *De Sacrificio Missæ*, teste Fr. Felice Reynucio in Descriptione Historica laudatae Provinciæ. Obiit Theobaldus iste anno 1635. die 2. Augusti.

**THEOBALDUS VIGONO**, Italus, Narniensis, Sacrae Theologiae professor, & multi nominis, teste Roffoto de Scriptoribus Pedemontij, edidit:

*Compendium primi, & secundi lib. Sententiæ Magistri*, quod ineditum alteratur Aisilij apud Conventuales, vt alleget Uvadingus. Vivebat an. Domini 1540. De eo scribunt Pitius, Possevius, & memoratur à Uvite in Catalogo illustrum Scriptorum Ordinis, pag. 61.

**THEODERICUS ANDREÆ**, seu **ANDREAS**, Gallus, Tololæ natus, Minorita eruditus, posteritati reliquit:

*Commentaria in Physicorum libros*.

*Commentaria in Metaphysicam*.

*Expositionem in Apocalypsim*. Pertractant de eo Uvadingus, Frilius, & Jacobus Le-Long in Biblioth. Sacra, num. 984.

**THEODERICUS CROATA**, ex Minorita ad Episcopatum Croatiæ asumptus, anno 1345. vt narrat Fr. Augustinus de Uvite in sua *Genealogia Sancti Francisci*, pagina 41. scriptit, Uvadingo teste:

*Proprietas quasdam*, quæ cum alijs Prophetijs Rythmicis impressæ sunt Venetijs.

**THEODERICUS A MONASTERO**, Belga, vt Uvadingo vtar, ex Augustinianorum Familia in nostrum Ordinem cooptatus, ipsa re, moribus, & sanctimonio, non animi levitate mutationem hanc sibi, alijsque multis salubrem; varijs modis demonstravit. Prisca illa, & rudi extate Concionator Apostolicus, primarius Catechista, velut sydus fulgidum Belgium circumines claritate doctrinæ, & concionibus illustravit. Factiose illæ funestæ Hoikziorum, & Cabeliaviorum, sic dictæ ab Hamo, & affello pisce marino, in Hollandia ad annum Domini 1350. exitio patris natæ, cum ann. 1444. Amsterdami, Herlemi, Leidae accerbè recrudiuit, & tandem consilio, & prudentia Philippi Boni, Burgundiæ, & Brabantæ Ducis, essent vt cumque compositæ, P. Theodoricus à Monasterio, vt pertinax illud odium, itaisque partium eximeret è me.

*Tom. III.*

tibus factiosorum, curru vestus per Urbes, dextra, sinistraque mortuorum ostendebat crania, instar tonitru, & fulgoris monens terrebatur, vt mortem cogitarent, certam, decretamque cunctis mortalibus, nec illam discernere pauperum inter casas, Regumque turres; alioquin discernerent, vtrius partis fuissent hæc capita: proinde iras, & exitialia dissidia ponerent, si servari vellent, neque enim illis ingressum esse in Coelum, cujus portæ, muri, cunctique fines, Sacra contelante Scriptura, pax, & charitas esse perhibentur, fabulam esse hanc incertam vitam, satagendum, vt ei bona imponatur clausula. Ejusmodi sermonibus motus compulsi, vt consiluerint hastenus. Bruxellæ cum anno millesimo quadrigentesimo octogesimo nono gravis illa pestilentia grassaretur, mortuis pastoribus, inter triginta tria millia Civium funera, totam Cittatem obequitans, morientibus Sacramenta administravit, illorum præsciùs, qui properata morte morituri erant ante alios, quos prius curavit, ipse à peste intactus. Prophetiæ spiritu doxatum, & nonnulla patrasse miracula tradunt consolades illius Provinciæ. Libellum edidit rudibus instruendis lingua Theutonica *Kerste Spiegel*, quod Latinè dicitur:

*Specium Christianorum*, in quo etiam agit de Psalterio Virginis, & Rosario. Bruxellæ, & Lovanijs, Antuerpiæ postea, mō anno 1614.

*Orationes pias, atque devotas*. Denique varijs Conventibus Præfetus, etiam Lovanijs Guardianus, cum opinione magnæ sanctitatis, ibidem diem clausit extreamum, anno 1515. die 11. Decembri, cum primū laborasset pro reformatione ejusdem Conventus. Eum commendat in sua Militia, col. 1430. Fr. Petrus de Alva, & pluribus Arturus in Martyrolog. Franciscano ad diem 2. Februarij, §. 6.

**THEODORICUS DE OBSEMBRUCK**, Germanus, cuius elogium habes apud Trithemium Abbatem, qui eum plenè noverat in suo *de Scriptoribus Ecclesiasticis*, sub his verbis: Theodoricus de Obsembruck, natione Theutonicus, Ordinis Fratrum Minorum Provinciæ Coloniensis: Vitæ in Divinis Scripturis exercitatus: declamator sermonum popularium famosissimus; cuius vitam omnes, qui eum noverunt, sanctissimam hoc tempore prædicant: In sermonibus faciendis ad populum tanta gratia divinitus illustratur, tanta fa-

K 2

facundia loquitur; tanta denique compunctione, & dulcedine afficit auditores suos, vt similem apud Germanos habuerit neinimum. Unde & per totam Provinciam Generalis Prædicator constitutus est: Legit mihi nuper, dum Coloniae mecum eset, opulcolum insigne, & devotioni congruum, quod composuerat ad instantiam Hermanni Archiepiscopi Colonensis:

*De Passione Domini*, lib. 1. Incipit: *Reverendissimo in Christo.*

*Manuale simplicium*, lib. 1. Incipit: *Quia sicut Augusti.*

*De exercitio interiori*, lib. 1. Incipit: *Qui perseveravit.*

*Et quedam alia.* Vivit adhuc in Provincia Coloniensi ceptō fortiter instans officio sub Maximiliano Rege, & Alexandro Papa VI anno Domini 1494. Trithemium excipiunt Uvillotus, Uvadingus, & Atturus in Martyrologio Franciscano die 6. Martij, §. 3. Memoratur a Uvite in Catalogo, pag. 61.

THEODORICUS THURINGUS, nescio quis, vti legitur tom. 2. Bibliotheca Barberina, pag. 482. scripsit:

*De S. Elisabeth*, lib. 8. Habentur inter antiquas Lectiones Canisii. Laudatur ab Arturo in Catalogo Authorum præfixo *Martyrologio Franciscano*; certum Minoritam esse minimè asserit.

THEODORUS A BELVEDRIO, Picenus, Concionator, Generalis Lector Provinciae Marchiarum Reformatorum, necnon Apostolicus Praefectus missionum Vallis Lucernæ, Latinè scripsit, Uvadino teste, opera inscripta:

*Turris contra Damascum adversus bases*, lib. 1.

*Commentaria super Cantica applicata SS. Altaris Sacramento.*

*Commentaria in Scotum per articulos distincta.*

*De Oratione Mentali*, lib. 1.

*Epiſtolam ad Senatum Genuensem tempore bellii*, quæ assecuratur in Archivio Civitatis.

*Relationem de Propaganda Fide ad Sacram Congregationem*. Scriptit Italicè:

*Lucernam Catholica veritatis*. De eo Didacus Lequile de Scriptoribus, qui pro Ecclesia Catholica dimicarunt. Fatis celsit anno 1637.

THEODORUS BRIXIENSIS; ejusdem Provinciae Minorum Capuccinorum prius, ac doctus Concionator, scriptit Italicè, & vulgavit, Genuensi teste:

*Monita necessaria pro diversis statibus personarum collecta ex concionibus Patris Hiacyntbi Cajalensis, & ad sua capita recta. Brixiae apud Franciscum Marcheum*, anno 1616. in 12. & in 16.

THEODORUS BRUNOVIENSIS, Capuccinus, Germanus, in Provincia Bavariae eruditus Concionator, ac Diffinitor, pijs moribus exornatus, typis dedit patrio idiomate, opus sub hoc titulo:

*Convivium animæ Christianæ*, &c. in duas partes distributum. Tom. 2. in 4. Monachij anno 1656. Insupèr edidit:

*Conciones Quadragesimales per annum, & de Sanctis*. Tom. 2. Ibidem 1688. De eo Genuensis.

THEODORUS CAPO DE FERRO, Bergomensis Theologus, ac Minister Provincialis Reformatæ Provinciae Brixiensis, communiter dictus *Predicatorum Pater*, edidit materna lingua, vt testatur P. Coronelli, tom. 7. Bibliotheca Universalis, col. 1325.

*Vitam V. Serva Det. Sororis Ceciliae Castelli Tertiariae Franciscanae*. Romæ 1655. Pertractat de eo Donatus Calvo, part. 2. suæ *Scenæ Litter. fol. 56.* Clariuit ann. 1621.

THEODORUS FORESTIUS, Italius, Bergomensis, Provinciae Brixiensis Minorum Capuccinorum Minister Provincialis, ac Generalis Diffinitor, Vir quidem, ait Uvadingus, religiosus, & solidè absque argutulis adinventionibus doctus, Cardinalis S. Onuphrij Barberini Theologus, & Urbano VIII. Pont. Max. familiaris, edidit:

*Paraphrases, Commentaria, & Disputationes de Alma, ac Sanctissima Trinitatis Mysterio juxta mentem D. Bonaventuræ*, in quibus præter diligentem textus, & verborum expositionem, divinarum litterarum locis, ac Sanctorum Patrum assertis, perpetuò ferè cum D. Thomæ assensu Seraphica Doctrina illustratur, & sufficiet: additurque in fine ex eisdem Seraphico, & Angelico Doctoribus: *De modis dicendi in hoc Divino Mysterio tractatus*. Romæ apud Jacobum Malcardum, anno 1633. in fol. Ad Eminentissimum D. Cardinalem Fr. Antonium Barberini titulo S. Onuphrij nuncupatum. Obiit Vir præclarissimus Bergomi anno 1637. mense Decembri, ætatis suæ septuagesimo secundo multis M. S. dignis ejus calamo relictis, & ad ejus sepulchrum hoc appositum fuit, quod ex Doctori Calvo, parte prima suæ *Scenæ Literariae*, fol. 476. exscriptis Genuensi.

EPI-

## EPITAPHIUM.

Quisquis aspicis, mirare istius Patris Doctrinam insignem cum pari humilitate Conjunctam

Quadraginta penè annis Seraphicæ Theologiæ Operam dedit,  
Supraque 306. Prædicatores Religioni, & Ecclesiæ Peperit:

Simùlque de Trinitate opus in lucem dedit,  
Eminentissimi Barberini Theologus, & Confessor,  
Urbano Octavo familiaris:

A quo

Et Visitator Apostolicus, & Reformato electus,  
Pluraque alia officia consecutus est

E suggestu alter Paulus Apostolus audiebatur:  
Sæpè Provincialis, & Generalis Diffinitor,

Obiit Bergomi anno Dom. 1637.

Ætatis suæ septuagesimo secundo,

Religionis verò 55.

Sui desiderium omnibus relinquens:

THEODORUS GENNARIUS, Episcopus Veglensis ex Regulari Observantia Innocent. XI. Pont. Max. dicavit tomum Inscriptum:

*Manuale Confessorum evulgatum Paravij 1679.* à Petro Maria Frambotto in 4. Vidi. Scriptit insupèr in *Decalogum*. De hoc opere ipsem Author in præfactione sui laudati Memorialis loquitur, dicens: *Fam opus in Decalogum in promptu est, & non tardabit typographus*. Italicè edidit.

*Super Orationem Dominicam, & Satisfactionem Angelicam considerationes*. Padua apud Cadorninum 1696. in 8. Vidi.

THEODORUS MONORIUS, Bononiensis, à Uvadingo illaudatur, ex Misericordiis Conventualibus, Sacrae Theologiae Bachelareus, & in Studiis Cracoviensibus

Tom. III.

Artium Magister, edidit volumen prenotatum:

*David contritus ex septem Psalmis Penitentialibus desumptus*. Cracoviæ in officina Christophori Schedelij 1641. Vidi.

THEODORUS SMISSING (non restè Sensim apud Lippenium, tom. 1. Bibliotheca Theologica, fol. 534.) in Westfalia nobili genere ortus Provinciae Germaniae inferioris Regularis Observantia, Lovaniensis, ac officijs majoribus functus, morum suavitate, pietate, ac eruditione, Lovanij eluxit. Audiendus est: *Nicolaus Vernuleus*, fol. 174. suæ Academiae Lovaniensis: *Huic verò, inquit, & egregium sane Theologorum decus, prematuro nimis fato, ex Sacra bujus Schola Cathedra, nuper abruptum Fr. Theodo-*

K. 3.

rum Smis sing sum quadragesimum octavum etatis annum nondum explevisset, hodie adhuc Theologi lugent, boni quoniam merent. Ut hoc tantum dicam, hic erat, si quisquam, Vir bonus, & sapiens. Intra vero tali elo- gio eum decorat: *Hic Vir a Theolog. magnus, & vix vlli cedens, vivere si diutius potuisset, nulli. Vix dum 48. annos natum prematura mors abripuit, dicam etiam orbi invidit, sed erat matura in illo virtus, & suis sanctimonia radijs clarescebat. Dignus Terra, qui tam docto: dignus Cælo, qui tam Sanctus.* Ideo aut in Schola semper, aut musæo, aut in Templo Smis sing erat. Unum illi opus studere, & orare. Pos teritas, qua scripta ejus admirabitur, longiorum illi fuisse vitam frustra optabit. Ea sunt:

*Disputationum Theologicarum de Deo Knō, volumen in fol. Antuerpiæ apud Ge-*

*Quam benè Subtilem Scotum, Theodore, tueris,  
Ingenio tectus sit licet ille suo.*

*Quando etiam in Scotum Scotus pugnare videtur,  
Cum Scoto Scotum conciliare vales.*

**THEODORUS TICIENSIS**, Capuccinus, Italus, Provinciae Genuensis Sacrae Theologiae professor eximus, Vir in Subalpinis Missionibus, assidua prædicatione, ac sanctioris vita exemplis, ver rimos animarum proventus retulit in horreum Domini, tam Fidelium poenitentium, qua Hæretico, scripsit, recensente Genuensi:

*Volumina quatuor Questionum Scholasticorum, & Moralium de Ecclesia Sacramentis, & principiis de Sacratissima Euc haristia.* Obiit Papiæ anno 1625.

**THEODORUS VUCH**, Germanus, ex Minoritis Recollectis Prov. Germaniae inferioris, conscripsit de varijs pië vivendi modis libellum inscriptum:

*Passer solitarius*, laudatum à Carolo de Coudhenove in sua inedita (apud Archivum Ordinis Matritense) *Compilatione Chronologica ejusdem Provinciae*, fol. 15.

**THEODOSIUS BERTET A TARASCON**, Capuccinus, natione Gallus, vernacula lingua emisit:

*Conciones de SS. Eucharistia Sacra mento*. Lugduni apud Anisson, anno 1694. in 8. Vidi, pag.

rardum Uvolicatum, & Gulielmum Lessens, anno 1624. Vidi.

*De Deo Trino.* Ibidem etiam in fol. anno 1626. Vidi. In tertio tomo circà tractationem de Angelis, occupatum mortis subripuit, Angelicis Choris, ait Uvad ingus, ut confidimus, sociandum. Excessit 22. Octob. anno 1626. Lovanijs in Choro sepultus, alma Universitate Lovaniensi ibidem solemniter præclarissimo Viro parentante. Ejus ossa anno 1636. terris eruta, ac arcæ plumbeæ inclusa reposita sunt ante summam aram in eadem sepulchro, quo Adamus Sasboldus (de quo suo lido dictum est) requiescit. Capita vitriisque thecis distinctis inclusa ad perpetuan posterorum memoriam supra Chori sedilia collocata sunt. Agit quoque de eo noster Alva in Militia, col. 1433. & memoratus à Uvite, pag. 70. sui Catalogi. De eo:

*THEOPHILUS BACCALAUREUS* dictus, recensente Uvadingo, edidit: *Suum virutum, & vitorum. Extat Cremonæ in Bibliotheca D. Augustini.*

**THEOPHILUS BRUNO** (apud Uvadingum Theodosius) Veronensis, Capuccinus, Provincia Venetiarum Sacerdos, Vir in Disciplinis Astronomicis, & Mathematicis abundè versatus, scripsit, ac prælis dedit duo opuscula in 4, quoram primum habet pro titulo:

*Armonia Astronomica, & Geometrica, &c.* Prodiit Vincentiæ apud Franciscum Grassum, anno 1625. Secundum vero inscribitur:

*Novum Plenisphaerium, seu Universale Astrolabium.* Ibidem apud eumdem 1625. Evulgavit etiam Italice:

*Tractatum de Horologis conficiendis, & alijs instrumentis Mathematicis.* Venetijs anno 1617. apud Nicolaum Miserinum. Obiit Vincentiæ anno 1638. Petractat de eo Genuensis.

**THEOPHILUS BURGUNDUS**, Inquisitor Tarvisij, scripsit:

*Commentaria in septem visiones Apocayp sis.* Ex Uvadingo. Memoratur à Uvite, pag.

pag. 61. sui Catalogi illustr. Scriptor. Ordinis.

**THEOPHILUS PALANTIUS**, de Bibiena dictus, natione Italus, in Provincia Tusciae Regularis Observantie, Concionator, Philosophus, Theologus, atque in humanis litteris eruditissimus, nec non Poeta laureatus, inter Academicos sui temporis incelsit, ediditque:

*Enigmata, & Poemata sacra plura, omnigena eruditione referita.* Edidit præterea anno 1611. Florentiæ, vna cum Iconibus, & imaginibus, seu verius specbris Tyrannorum, Poetarum, atque Monarcharum Infidelium, eruditis inscriptionibus metro singulis appositis, apposite circum circa mortis simulacrum dispositis in forma Theatri, opus intcriptum:

*Speculum Philosophia Moralis moralibus factum.* Insuper scriptis:

*Conciones Quadragesimales, & Adventuales, qua habentur ineditæ in Conventu Inciæ, & in Conventu Pistorij laudatæ Provinciae.*

*Academiam Moralem Christi Domini nostri, & demonis inimici nostri.* Asservatur M.S. in Conv. Montis S. Miniatis extra Florentiam, docte quidem, & ingeniosè conscriptæ, suis appolitis Hieroglyphicis, in quibus de virtutibus, & vitijs moraliter, & apposite disserit. Obiit Florentiæ fere nonagenarius die 26. Decembris 1636. Petractat de eo Fr. Antonius Terrina, part. 3. sui Theatri Provinciae Tusciae, tit. 1. pag. 213.

**THEOPHILUS SALISBURGENSIS**, Capuccinus, Germanus, in Provincia Tyroli Concionator non vulgaris, Germanicis communem fecit:

*Tomum secundum, sive, tertiam, & quaream partem Annalium Zacharie Boeverij.* Tom. 2. in 4. Salisburgi apud Joannem Muyum 1669. De eo Genuensis.

**THOMAS A S. AGATHA**, Umbriae Oppido Prov. Marchiæ strictioris Observantie Reformatorum Procurator, & Vicarius Generalis, Vir religiosus, & pius, in adolescentia cantu delectatus Ecclesiastico, scripsit:

*Regulas breves, & faciles Cantus Ecclesiastici.* Utibini apud Bartholomæum, & Simoni Ragusios, anno 1617. Hæc Uvadingus. Edidit quoque Italice:

*Tractatum breve de Santa Paupertate, idiomate Latino.*

*Rituale pro Monialibus induendis. Ex relatione laudatæ Provincie.*

**THOMAS DE ALBEINGA**, Lusitanus, Tertij Ordinis, scriptis Lusitani cœ:

*Sermones Quadragesimales.* Ulyssipone anno 1618.

*Considerationes super Dominicas post Pentecostem.* Ibidem 1620. Agunt de eo Uvadingus, & Veronensis in Annalibus Tertij Ordinis Franciscani, & D. Nicolaus Antonius, tom. 2.

**THOMAS AVENONIENSIS**, ex Minoritis Capuccinis, Gallicè evulgavit:

*Orationem in obitu Ludovice de Lorraine Galliarum Reginae.* Parisijs apud Douceur 1601. in 4. Ex Jacobo Le-Long, lib. 3. Biblioth. Gallicæ, num. 10050.

**THOMAS AUXIMO.** Vide infra Thoma Illyricus.

**THOMAS BEIRA**, Lusitanus, recensente Uvadingo, edidit:

*Considerationes Literates, & Morales super Hieremiam.* Ulyssipone ann. 1633. Uvadingo adhærent D. Nicolaus Antonius, ac Jacobus Le-Long in sua Bibliotheca Sacra, num. 988.

**THOMAS BELCHIAN**, Anglus; Vir longè doctissimus, ac Martyr inclitus, librum conscripsit prænotatum:

*Ecce, qui mollibus vestuntur, in dominibus Regum sunt.* Quo Henrici VIII. errores, vitorumque labem damnat. Fusse petractat de eo Fr. Angelus à S. Francisco in suo Certamine Anglo, ac Fr. Didacus Lequile de Scriptoribus, qui pro Fide Catholica dimicarunt. Versiculo Psalmi: *In te Domine speravi non confundar in aeternum*, cum ingenti cordis exultatione decantato, ad Cœlum migravit, anno 1537. die 3. Augusti.

**THOMAS BERGOMENSIS**, Capuccinus, professione Laicus, Provincia Venetiarum alumnus; Vir maxima sanctitatis, omniumque virtutum decorè conspectus, ac præordine mundat, ac nitens Dei Sacratum communiter appellatus: in ejus cordis sic altas radices egit Divinus amor, & humilitas, ut nihil unquam de alio quam de Divino amore, & de sui ipsius

ipsius contemptu loqueretur. Et quamvis esset homo rufus, Genuensi teste, & litterarum penitus ignorans, tanta tamen efficacia ea, quæ spectant ad Fidem, & Sacras Litteras, elucidavit, ut etiam ipsi Hæretici, & Hebrei ad ipsius colloquia vim passi, libentissimè Ecclesia Catholica manus darent, suamque perfidiam deponerent. Multa scripsit doctissimè, quibus ipsius met Theologos magis insignes in admirationem adduxit, ac præcipua argumenta rerum, de quibus fuisse, & liquidè pertractavit, Italicè fuerunt:

*Sylva contemplationum de Cbriso Dovino, ejusque Purissima Matre.*

*Scala perfectionis Chriftianæ.*

*De vero amore divino, puro, ac filiali.*

*Conceptus morales adversus Hæreticos.*

*Adversus timores nocturnos, noctiumque phantasmata.* Omnia prænacta opera observationibus illustrata, edita fuerunt in lucem, & typis mandata a Patre Jovenale Annanensis Ministro Provinciali Provinciae Tyroli. Augustæ Vindelicorum apud Simonem Uzschneider anno 1681. in 4. Præter hæc à Dionysio Genuensi in sua Bibliotheca laudata, vernaculè emisit opus prænotatum:

*Ignis amoris, quem Chriftus misit in terram.* Prodiit primò Augustæ Vindelicorum, apud Simonem Uzschneider anno 1682. in 4. Secundò Neapoli ex officina Francisci Benzi 1683. Vidi. Divini amoris jaculis confosili, suavissimaque Angelorum musica recreatus, placidissimè in Domiu obdormivit in saorum Conventu. Aeneponi Provinciae Tyrolensis anno 1631. ingensque fuit ad ejus exequias populorum concursus, qui certatim singuli corpus illud devotissimè defulabantur, ejusque Habitum in minutissimas partes scindentes, inter alias sacras Reliquias reposuerunt. Ejus vitam confcripsit D. Hippolytus Guarinonius, & Matisconensis, tom. 3. Annalium Capucinorum, pag. 843.

**THOMAS BOUCHIER**, Anglus, Regularis Obseryantiæ Doctor Parisen sis, Sorbonicus, longo tempore propter Fidem Catholicam vixit in exilio, Romæ diu conversatus, factus est tandem Poenitentarius Lateranensis. Fuit Vir pius, & doctus, scripsitque:

*Historiam Ecclesiasticam de Martyrio Fratrum Ordinis S. Francisci, dictorum de Obseryantiæ, qui partim in Anglia, sub*

*Henrico Octavo, partim in Belgio sub Principe Auriaco, partim in Hybernia, tempore Elisabethæ regnantis Regine, idque ab anno 1536. usque ad annum 1582. pasti sunt. Incipit: Rex Angliæ Henricus. Prodijt Ingolstadij anno 1583. Parisijs anno 1586. in 8. Et ibidem per Joannem Poupy 1582. in 8. Vidi.*

*Orationem doctissimam, & efficacissimam ad Franciscum Gonzagam totius Ordinis Ministrum Generalem pro pace, & disciplina Regulari magni Conventus Parisiensis instituenda.* Parisijs anno 1582. in 8.

*Tractatum de judicio Religiosorum, in quo demonstratur, quod à Secularibus iudicari non debeant.* Ineditum habuit Uvadingus, missum ad Ludovicum Gonzaga Ducem Nivernensem, scriptum Parisijs anno 1582. Demùm recognovit, mendis purgavit, ac notis marginum illustravit *Censuram Orientalis Ecclesie de precipuis Hæreticorum dogmatibus*, editam à Stanislao Scolovi. Prodijt locupletata Parisijs typis Arnoldi Sittart 1584. in 4. Vidi. Obiit Romæ in Poenitentiaria Lateranensi, circa annum 1586. Eo sèpè vtitur Acturus in Martyrologio Franciscano.

**THOMAS BRITO**, Lusitanus, Minorita doctus, recensentibus Toligniano, & Uvadigo, edidit:

*Postillam de communi Sanctorum. Item: In Evangelia Quadragesimalia, quorum initium: Tempus eccidendi, & tempus fæandi.* De ætate, qua vixit nihil apud laudatos, nec apud D. Nicolaum Antonium.

**THOMAS BUNGEJUS**, Anglus, patria Norfolcensis, in Oppido Bungei, ad ripam Avonæ fluminis, editus, Doctor Oxoniensis, & inter suos ibidem Professor, ordine decimus: præter Philosophicas, & Theologicas scientias, tam insignem rerum Mathematicarum consecutus est peritiam, & tam mirabiles exercuit praxes, vt ab imperita multitudine non tam pro Mathematico duceretur, quam pro Mago traduceretur. Puto illum Rogeri Bacconi libris, & experimentis vsum legitimis, nullam planè culpam, sed vanam tantum vulgi suspicionem immittere incurrit. Nam alioquin sine dubio. nunquam electus fuisset Ordinis sui per Angliam Provincialis. Hæc plerumque de illo scribit Lelandus, & illustrium Franciscorum Catalogus, erat etiam alias ejus.

*Historiam Ecclesiasticam de Martyrio Fratrum Ordinis S. Francisci, dictorum de Obseryantiæ, qui partim in Anglia, sub*

& socius, edidit ex præcepto Crescentij Generalis Ministri, & Generalium Comitiorum Januenfium:

*Librum de Vita, & Miraculis S. Francisci*, quem Gregorius Nonus eidem sancto suminè familiaris, approbat. Incipit: *Placuit sancte Universitati vestre. Communitè vocatur à Fratribus Legenda antiqua*, quam habuit Papebrochius exscriptam ex M.S. in membrana in Bibliotheca Longipontis Ordinis Cisterciensis Suevensi tractu. Scriperat ante:

*Legendam minorem, quæ legebatur in Choro. Insupèr:* *Sequentias tres, quarum prima incipit: Fregit Victor virens. Secunda: Sancti tatis nova signa. Tertia: Dies iræ, dies illæ.* Quam in versus Gallicos transtulit Benedictus Gononus Coelestinus, & S. Bonaventura attribuit, alij adscribunt Fr. Matthæo Cardinali Aquaspartano, & demum alij alijs Authoribus. Floruit sub anno 1250. Agunt de eo S. Antonius, Possevinus, & alij. Memoratur à Uvite, pag. 52. sui Catalogi.

**THOMAS DE CEPERANO**, quem Joannes Voissius appellat Notarium Pontificis Romani, nempe Gregorij Nonis iusti ejusdem Crescentij Ministri Generalis, scripsit:

*Vitam S. Francisci*, quæ inedita assertatur in pluribus Bibliothecis, vt videre est in Bibliotheca Bodleiana, edita tomis 2. in fol. anno 1674. Eadem viderur cum illa, quam anno 1623. Prodiit Colonia Agrippinæ, in 8. studio Fr. Philippi Bosquierij, de quo superius eginus. Floruit anno 1246. teste Uvite, pag. 53. sui Catalogi.

**THOMAS CROSET**, Gallus, ex Recollectis Provinciae S. Bernardini Concionator, ac Conventus Bolena Guardianus, Hispanis communem fecit opus inscriptum:

*Indiculus universalis*, quod Gallicè conscriperat R. P. Pomey Societatis Iesu alumnus. Lugduni apud Petrum Valfray 1705. in 8. Vidi. Item Hispanice:

*Consilia sapientiæ, ac compendium ethicum Salomonis.* Marsiliæ typis Henrici Martel 1690. in 8. & Bruxellis per Franciscum Foppens, in 8. Vidi. Gallicè quoque redditum evulgavit:

*Historiam Deipara semper V. à Virgine Matre Maria de Agreda compositam.* In publicum missit Bruxellis typis Francisc Foppens 1717. tomis 8. in 8. Vidi, ejus que

**THOMAS CAPPONUS**, Urbisalensis, ex Tertiariis Regularibus, Sacrae Theologiæ Doctor, in Conventu Parmensi, ac Romæ Regentis functus officio, edidit:

*Opusculum contra experientias, quibus aliqui conantur probare existentiam vacui.* Typis Parmensibus Marij Vignæ 1699. Ex Bordono in Chronologio Fratrum Tertij Ordinis de Poenitentia.

**THOMAS DE CELLANO**, Provinciae Pennensis, S. Francisci discipulus,

que principem editionem in 4. Demum opus prænotatum:

*Censura censuræ, seu confutatio sententia DD. deputatorum facultatis Theologiae Parisiensis de propositionibus per illos excerptis è tomo primo Vitæ SS. Virginis, Hispanica lingua editæ à V. Matre Maria à Jesu, &c. Coloniae Agrippinae, in 4. 1697. Vidi.*

THOMAS A S. DIDACO, Hispanus, strictoris Observantia Discalceatorum, primus Lector emeritus Mexicanæ Provinciae S. Didaci, scripto consignavit tomum in fol. amplectentem:

*Vitas quindecim Venerabilium Discalceatorum ejusdem Provincie. Ineditus assecuratur in ejus Archivio, telle Fr. Baltasar de Medina in Chronicis ejusdem Provinciae, num. 6. Prologi, & in *Prælio*, §. 1. num. 3.*

THOMAS DOCHINGUS, seu DOKINGAM, natus Anglus, patria Norfolkensis, ubi institutum subiit Minorum, Oxonij post diuturnos labores, ex multorum annorum vigiliis creatus est Doctor, & publicus professor. Prædecessorem eo in munere habuit Joannem Gualensem, cui neque doctrinæ, neque virtutum meritis erat inferior. Erat quidem vterque præcellentis doctrinae, & virtutis integerrimæ. Scriptis Thomas, vti refert ex Lelando, & Uvilloto Pifleus:

*In Deuteronomium, lib. 1. Legitur Exod. 17. quod Dominus M.S. Oxonij in Collegio Balliol.*

*Commentarius in Job, lib. 1.*

*Quæstiones in Job, lib. 1. Quaritur utrum status prosperitatis.*

*In Ieriam, lib. 1. Habemus firmorem sermonem Propheticum. M. S. Oxonij in predicto Collegio.*

*Commentarius in D. Lucam, lib. 1. Fluvius egrediebatur de loco voluptatis.*

*Quæstiones in eudem, lib. 1. Non misit baptizare, sed evangelizare.*

*In D. Paulum ad Corinthios, lib. 2. M. S. Ibidem Oxonij.*

*In eudem ad Romanos, lib. 1. M. S. Ibid.*

*In eudem ad Galatas, lib. 1. Epistolæ Pauli ad Galatas M. S. Ibidem, & in Collegio B. Mariæ Magdalena.*

*In eudem ad Ephesios, lib. 1. Ephesij sunt Asiani. Epistolæ argumentum, M. S. Oxonij in Collegio Balliol.*

*In eudem ad Philippenses, lib. 1. Philippenses sunt in Macedones, M. S. Ibid.*

*In eudem ad Colossenses, lib. 1. Colossenses, & hi sunt Laodicenses, M. S. Ibidem.*

*In eudem ad Thessalonenses, lib. 2. Thessalonenses sunt Macedones, M. S. Ibidem.*

*In eudem ad Timotheum, lib. 2. Timotheum instruit, & docet. M. S. Ibidem.*

*In eudem ad Titum, lib. 1. Titum comitum facit, & instruit. M. S. Ibidem.*

*In eudem ad Philemonem, lib. 1. Philémoni familiares litteras mittit. M. S. Ibidem.*

*In eudem ad Hebreos, lib. 1. Incipit Epistola ad Hebreos, circa. M. S. Ibidem.*

*In Apocalypsim S. Joannis, lib. 1. M. S. Ibidem.*

*Lecturas Biblioram, lib. 1. Terminato proœmio.*

*In Præcepta Decalogi, lib. 1. Est quædam mensura fidei.*

*In Magistrum Sententiarum, lib. 4.*

*Quæstiones Ordinarias, lib. 1.*

*In posteriora Aristotelis, lib. 2. Porro claruit anno 1270. Hæc Uvadingus.*

*Commentaria in quatuor libros Sententiarum, impressa sunt Parisijs anno 1505. Scriptis insuper:*

*De sufficientia Articulorum Fidelis in Symbolo contentorum, & in quo Symbola sunt, & in quo partes dividantur, vti haberetur in Bibliotheca Bodleiana in M. SS.*

*Thomæ Bodleij, littera F. cod. 9. Doc. Kingum commendant Fr. Angelus à S. Francisco in suo Certamine Anglo, Jacobus Le Long in sua Bibliotheca Sacra, num. 702. sed præcipue apud tom. 1. Historia Universitatis Oxoniensis, lib. 1. fol. 73. num. 7. vbi hæc habentur. Porro Thomas Vasconiensis in Dictionario suo Theologico, verbo *Episcopus*, mentionem Doctoris hujus hanc in celebrem facit; ... *Uisque quo ero apud vos*, Lucas 9. cap. Apud Iudeos erat Christus per corporalem præsentiam, per miraculosum efficientiam, per necessarium prædicationem, per infirmitatis sustinentiam, per imperitiam instructionem, omnibus his modis debet Prælatus esse cum sub. Hæc Mr. Thomas quidem communiter vocatus Docking super Lucam, & est optimus Doctor inter modernos Doctores, quoniam in B. Hieronymo versatissimus, quo cum non novi aliquem expositorum æquiperandum. Et paucis interjectis: *Thomas DocKinge Doctor Theologie Ordinis Mi-**

*norum in opere egregio super Job. Floruit anno 1270. teste Uvite, pag. 53. sui Catalogi illustr. Script. Ordinis.*

THOMAS EBORACENSIS, quem ex natione Jacobus Le-Long in sua Bibliotheca Sacra, num. 987. Thomam An-glam appellat, prælectorum inter Franciscanos in Oxoniensi Academia ordine quartus, sed dignitate forsitan primus, vti recensent Uvadingus, & Angelus à S. Francisco in suo Certamine Anglo, Vir fuit elocutionis gratia acumine ingenij, ac virtute laudandus. Pleraque eorum, quæ scripsit, perisse videntur. Librum quartum:

*Commentariorum in Ecclesiastem edidisse constat, ex Lelando. Obiit Eboraci, in senectute bona circa annum 1260. Extat Thomæ Angli (nescio quis, aut cujus homo) volumen prænotatum: *Institutiones Ethicæ*, cusum Londini in 12. anno 1660. Laudatum tom. 1. Bibliotheca Philo-tonicae Lippenij, fol. 476. Memoratur à Uvite, pag. 53. sui Catalogi.*

THOMAS ECKLESTON, qui Possevino Eccleson, Anglus, scholas Oxonienses diu frequentavit, & doctus supra vulgarem studiosorum morum successu temporis evasit. Cùm autem miro pietatis affectu ferreretur in Ordinis sui Fundatorem, de ejus vita, moribus, regula, Ordinis initio, incremento, progressu, & successu diligenter inquisivit, & accurate scriptis omnia mandavit, & maximè, quæ à suis gesta fuerunt in Anglia, postquam ibi sedem fixerunt. Collectis igitur summa diligentia omnibus, quæ ad hanc rem faciebant, historiam ab adventu Agnelli Pisanum in Angliam deduxit, usque ad Guillielmum Nottinghamum, per id tempus Ordinis in Anglia Provinciam. Opus jam perfectum, & absolutum dedicavit Simoni Essebio amico suo, & ejusdem Ordinis professori, prænotavitque

*De Adventu Minorum in Angliam, lib. 1. Incipit: In dulcedine Domini, & Saluatoris. Edidit etiam:*

*Librum altum de impugnatione Ordinis. Claruit anno 1340. Eum, post alios, commendat Angelus à S. Francisco in Certamine Anglo. Memoratur in Catalogo Fr. Augustini de Uvite, pag. 56.*

THOMAS SPALATEN, celebris Minorita, Sactorum Canonum Doctor, scriptus;

*De Casibus Conscientiæ, quapropter ejus ornata effigie Bibliotheca Conventus Dominae nostræ de Saliceto, adjecto Carmine Hispanico:*

*Dà el Sol al malo, y al bueno  
Suluz, y assi vuestra scienza  
A buena, y mala conciencia.*

THOMAS DE ESPINOSA DE LOS MONTEROS, assumpto forsitan nomine in Hispania, vti conjicit D. Nicolaus Antonius, tom. 2. Bibliotheca Hispanæ, Minorita in Gallia, ex Plutharco in compendium redacto opus vernaculè fecit prænotatum:

*Actus heroici, ac vita illustrum Vi-  
rum Gracorum, ac Romanorum. Parisijs anno 1576. in 4. typis Francisci de Prato. Vidi. Commendatur à Joanne Aurato Poeta, magni nominis epigrammate quadam latino simile edito. Alumnum fuisse Compostellanæ Provinciae legitur in suis Chronicis, tomo 1. pag. 131.*

THOMAS FERNANDEZ, Hispanus, Regul. Observ. Castellanæ Provin-  
ciae, ac in Conventu S. Mariæ à Jesu Con-  
cionator, emisit gravem

*Orationem de Christo D. Misericordia-  
rum, dicto, in die Exaltationis S. Crucis. Compluti ex officina Universitatis, anno 1674. in 4. Vidi.*

*Concionem de S. Didaco Toleti habitam, ibidem cusum typis Augustini de Salas 1678. in 4. Vidi.*

THOMAS FRANCES DE URRUTIGOYTI, Hispanus, Cæsaraugustæ natu-  
tus, & Didaci Barbastrensis Epilcopi ger-  
manus frater, Prov. Aragonum Regularis  
Observ. filius, ac Ex-Minister Provincialis;  
Lector Jubilatus, & Ordinis Ex-Sec-  
retarius Generalis, Vir quidem apprimè  
doctus, Latinè edidit:

*Certamen Scholasticum, expositum ar-  
gumentum pro Deipara, continens, quæ de  
instanti Conceptionis possunt, & contro-  
verti styllo scholastico, & positiva specula-  
tione. Lugd. 1660. per Philippum Bordès,  
Laurentium Arnaud, & Claudium Rigaut,  
in fol. Vidi.*

*Certamen etiam Scholasticum, comple-  
tum. Natalitium Virginis, Presentationem,  
Desponsationem, Annunciationem, Visitati-  
onem, & Gravidationem Batcinone  
1670. per Raphaëlem Figuaro, in fol.  
Vidi.*

*Certamen Scholasticum, Expositum*

argumentum, *Sacerrima arcana continens Virginei Deiparæ Partus, nitidissima Purificationis, veneranda fugæ, redditus Marianæ, ac torum Deiparæ in fœsi juventute, dirissimi Martyrii juxta Crucem, gaudijque in Filij glorijs, & magisterij Dei-Genitricis in Ecclesiam.* Lugd. ann. 1673. per Claudium Bourgeat in fol. Vidi.

*Certamen Scholasticum, Expositivum argumentum pro Deiparæ, continens, Aeterni Filij Matris felicissimam dormitionem, Assumptionem, & ejus Sacras Apparitiones.* Lugd. 1675. per Claudium Bourgeat, in fol. Vidi.

*Sanctorale Apostolicum, & Seraphicum, Latinè, & in fol. pro Chrifti Domini Discipulis, & Franciscanorum precipuis festivitatibus.* Lugd. 1694. per Philippum Bordè, Laurentium Arnaud, Petrum Bordè, & Guilielmum Barbier, in fol. Vidi.

*Sanctorale Apostolicum, & Seraphicum.* Tolosæ 1680. per Guilielmum, Ludovicum Colomerium, & Hieronymum Posvel, in fol. Vidi. Centuriam sub titulo:

*Consultationes in re Morali.* Tolosæ 1682. per Guilielmum, Ludovicum Colomerium, & Hieronymum Posvel, in fol. Vidi. Hispano sermone evulgavit:

*Quadragestimalle pro Dominicis, Ferijs quartis, ac sextis, sub titulo: Mors Jezebel. Cæsaraugustæ per Hæredes Petri de Verges 1658. in 4.* Vidi.

*Ideam prudentia, ac Senecæ sententias pro pacientia, ac resignatione acquirendas.* Ibidem typis Joannis de Ibar 1661. in 4. Vidi.

*Vitam V. Patris Fr. Petri de Silleras Franciscani.* Ibidem per eumdem, anno 1664. in 4. Vidi.

*Nova Via Crucis.* Ibidem apud Hæredes Joannis de Ibar in 8. anno 1678. Vidi. Latinè demum aliquam tomum in fol. composuit prænotatum:

*Pro Divina voluntatis Decretis, & scientiæ conditionatæ stabilitimine, non diffina ad mentem S. Bonaventura, & Subtilis Doctoris.* Morte præventus ineditum reliquit, & asservatur in novissima, & minori Bibliotheca Cæsarugustani Cœnobij in pluteo Theologia Scholastica. Vidi. Obiit Thomas iste in Patria in suo Conventu anno 1682. Diminuto calamo agit de eo D. Nicolaus Antonius, ac R. P. Hebreia in sua tabula 5. Chronologica, & veterque fallitur ipsi attribuens *Quadragestimalle* inscriptum: *Adversus peccatum Hispano sermone, editum Cæsarugustæ per Michaelm de Luna, ann. 1653. tom. 2. in 4.*

est enim opus posthumum alterius Minora ritæ, neimpè Illustrissimi Joannis Serrano, vt liquidò legitur in capite libri. Pariter aberravit Fr. Petrus de Alva, col. 1443. sed col. 833. laudatum Serrano, prædicti operis, cœu Authorem agnoscit.

**THOMAS A S. FRANCISCO;** Tertiij Ordinis, nescio quid typis edidit Illeræ 1613. sicut legitur in Indice Bibliothecæ N. Soræ Aragonensis. Hæc Nicolaus Antonius, pagina 244. in suis Additionibus M. S.

**THOMAS DE FRIGNANO,** Italius, Mutinensis, à pueritia Minorita factus in patria, Vir celebris evasit, ac post alia honorifica munera, ad purpuream dignitatem assumptus, scripsit:

*Commentarios Theologicos.*

*Aetius examinis Canonizationis S. Brigitte Vidua.* Ex Georgio Eggs in sua Bibliotheca Purpurata, Uvadingo in Anna lib. S. Antonino, & alijs. Ex hac vita migravit Romæ, anno 1381. sepultus in æde sui Ordinis Capitolina ante Sacellum B. Virginis de Ara-Cœli. De eo canitur:

*Afra, Roseaque tuis Farinane insignibus ardentes:  
Favit enim votis terra, polusque tuis.*

**THOMAS FULGINAS,** ex humilitate Thomafucius dictus, Tertiij Ordinis, miraculis, & prophetia clarus, præscripti mettice:

*Ruinas multarum Civitatum in Italia, & tribulationem Ecclesiæ, antequam evenirent.* Ex Uvadingo, cui adhærent Borbonius in suo Chroniologio, & Veronensis in Annalibus Tertiij Ordinis. Plura pluribus de ejus sanctitate habes in Martyrologio Franciscano, ad diem 15. Septembris, §. 5.

**THOMAS GALIARDUS,** Capucinus, natione Calaber, patria Hyerensis, Provinciæ Reginæ Concionator. Vir religiosæ vitæ exemplis commendabilis, & maxima affectus devotione erga Immaculatam Deiparæ Virginis Conceptionem, cuius cultum summa operè studuit promovere. Scripsit in honore ejusdem Virginis opus in duas partes in 4. distributum, Italico sermone, sub titulo:

*Adamus Maria Virginis absque peccato originali conceptæ, una cum miraculis facit, anno 1628. & sequentibus.* Messianæ apud

apud Hæredes Petri Bæ 1656. Vidi. Per tractatur de eo in Bibliotheca Neapolitana, & Capuccinorum. Gratias, seu sanitates factas in Regno Siciliae ob devotionem ad Immaculatam Conceptionem Deiparæ semper Virginis, vt ipsas refert laudatus Galiardus, exscriptus latinè Fr. Petrus de Alva in sua Militia, col. 521. & sequentibus.

**THOMAS GRATIANUS,** Minorita, artis Musicæ peritissimus, edidit, Uvadingo teste:

*Varias bujus scientie opellas, quæ ad manus meas haec tenus non devenere.*

**THOMAS A GUALDO** & natione Italus, Provinciæ Etruriæ alumnus, Vir pius, & Concionator suo tempore notus, scripsit opusculum Italicè:

*De Vita, & Miraculis S. P. N. Francisci ad Ranutum Farnesum Parmæ, & Placentiæ Ducem.* Citatur à Pagnotio, lib. de Maria Triumphantæ, Corona 3. cap. 57. pag. 745. apud Genuensem.

**THOMAS HALENSIS,** Anglus, Doctor Theologiæ apud Sorbonam creatus, Vir cui pietas, & doctrina magnum nomen concilarant. Erat enim tum in Humana, rūm in Divina Philosophia insigniter eruditus, disputator in scholis acertrimus, præco Divini Verbi apud populum celeberrimus; atque his nominibus, non solum per Angliam, sed etiam per Galliam, & Italiæ nostrissimum, quem inter alios Petrus Vicentius Dominicus, Italus in suis Collectaneis, tanquam Doctorem autoritatis non contemnenda, sàpè cum reverentia citat. Scripsit:

*De B. Virgine Maria, lib. 1.*

*Sermones Dominicales, lib. 1.*

*Disputationes Scholasticæ, lib. 1.* Vixit anno 1340. Hæc Uvadingus, & consenserunt Tosignanus, Pitseus, & Marracius. Ceterum Fr. Pedro de Alva judicet, indistinctus ab Alexandre de Hales.

**THOMAS HERENTALIUS,** vel HERENDALIUS, Bravantus, Conventus Iprensis Guardianus, Theologus, & J. C. concionibus habendis, & hominibus ad meliorem vitam revocandis insignem navavit operam. Idiomate Belgico scripsit teste J. B. Gramaye in Antwerpia sua apud Uyadingum:

*Speculum vite Christianæ, in quo Deologi, Orationis Dominicæ, & Sacra-*

*Tom. III.*

mentorum explanatio continentur, quod Latinum reddidit Tacitus. Nicolaus Zeigerus, ejusdem Instituti. Antwerpia 1549. & Coloniae apud Hæredes Arnoldi Birchmanni, anno 1555. in 8. Vidi.

**THOMAS HISPELLAS,** Minorita, scripsit:

*Vitam B. Andree Hispellata, Sacerdotis Minoritæ, Magistri sui.* Consule Continuatoris Papebrochij, die 3. Junij.

**THOMAS HYBERNICUS.** Vide infra verbo *Thomas Parmeranus.*

**THOMAS ILLYRICUS,** alijs ELIAS SIUS, Auximi in Piceno natus, etiæ aliundè fortassis ex latere paterno, sive materno, se dicit. S. Hieronymi compatriotam in sua ad Lugdunentes Epistola, Vir austerritate vitæ, ac spiritu prophetico, necnon signorum gloria celebrerrimus, scripsit:

*Epistolas quatuor, circa gravissimas materias.* Primam ad Adrianum Sextum Pont. Max. Secundam ad Ducem Sabaudiarum. Tertiam ad Lugdunenses. Quartam ad Episcopum Valentiræ.

*Clypeum Catholicæ Ecclesiæ in duas partes divisum, contra dogmata Lutheri.* Taurinum apud Antonium Ranotum 1524. in 4. Vidi.

*Clypeum Papalem, sive de potestate Summi Pontificis.* Prohibetur in Indice Romano, donec expurgetur. Prodiit ibidem anno 1524. in 4. Vidi.

*Conditiones veri Prelati.* Impressa sunt Augustæ Taurinorum apud Joannem Angelum de Sylva 1523.

*Sermonem de Christo, & Christipara;* lib. 2. Tolose typis Joannis de Guerlius 1521. in 4. Vidi. Insupè Uvadingo, ac Quipino, saeculo 16. testibus, scripsit:

*Conclusiones circa electionem Summi Pontificis.*

*De donatione Constantini facta S. Sylvester Pontifici.*

*Tractatum de Ecclesiæ Clavis.* Modum se habendi tempore schismatis. Confutationem quarandam conclusionum Lutheri.

*Invectiva in quosdam malos Christianos.*

*Tractatum de Conceptione Virginis, & Marracio laudatum.* Ineditum reliquit: *Concionum volumen aliud, quod in te-nebris adhuc tenebat egestas, anno 1524.*

*Speculum vite Christianæ, in quo Deologi, Orationis Dominicæ, & Sacra-*

*L*

*125*

## BIBLIOTHECA

ranos legitur. Obiit Mentoni in regione Pedemontana, vbi à populo magna colitur veneracione, in Ecclesia B. Mariæ Carnotesij. Fuit valde charus Clementi Septimo Sum. Pont. Lege Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 13. Maij, §. 5.

THOMAS JORDAN, Hispanus, Provincie Aragonum filius, Theologus consummatus, Sacra Scripturæ Lector, & Doctor in Universitate Illerdensi, scripsit anno 1399. librum pergameneum (qui hucusque servatur in Chronolog. Archiv. Cæsaraug. Seraphici Conventus) ybi agitur

*De priis Minoribus Fratribus à SS. Patriarcha Francisco in Hispaniam missis. Sic Uvadingus, tom. 2. Annal. ad annum 1278. num. 37. & Nicolaus Antonius, tom. 2. Bibliothecæ Hispanæ, fol. 247. Hoc opus appellatur ab alijs *volumen Historiale*.*

THOMAS A S. JOSEPHO, Hispanus, Mattrensis, ex Discalceata Provincia S. Josephi, Sacra Theologiae Professor, Diffinitor, ac demum Minister Provincialis, vna cum Fr. Petro à S. Catharina laudato tomo 2. hujus Bibliothecæ, ad mentem Doctoris Subtilis emissit: *Summulas, & Logicam*. Mattri apud Lucam Antonium de Bedmar 1692. in 4. Vidi.

*Octo libros Physicorum, ac tractatum de Cælo, & Mundo. Ibidem ex typographia Didaci Martinez Abad, anno 1693. in 4. Vidi.*

*Metaphysicam, libros de Generatione, & Corruptione, ac libros de Anima. Ibidem per Antonium Gonzalez à Regibus, anno 1693. in 4. Vidi. Hunc sane eruditum curium opera sancta appellant Veneti, quorum studio, primò, secundò, & tertio reimpresus habet. Vidi. Floruit Author anno 1700.*

## EPIGRAMMA.

Nate; tui passus sacros sectare Parentis  
Quando te Soli vivere nolle tibi  
Hoc testatur opus, vel doctis, utile cunctis  
Quod tam delectat, quam simili atque docet;  
Innumeris radians gemmis est Scotica tellus;  
Multiplici est Scoti flore refertus ager.  
Ulis in extum cunctas & ditat, & ornat.

THOMAS LANCTONUS, Anglus, qui fortassis unus est cum Thoma Bouchier superius laudato, vti ex operis identitate conjicit Uvadingus, scripsit:

*Tractatum ad Franciscum Gonzagam Ministru Generalem, pro pace, & reformatione Conventus Parisiensis. Parisijs anno 1582.*

THOMAS LLAMAZARES, Hispanus, Pinciat natus, Regularis Observantiae Provincie Conceptionis Lector bis Jubilatus, Custos, ac Pater, Vir sane eruditus, edidit:

*Questiones Theologicas, Scholasticas, Dogmaticas, ac Morales ad mentem Doctoris Subtilis. Lugduni anno 1679. in fol. Vidi.*

*Cursum Philosophicum ad mentem Doctoris Subtilis. Ibidem per Antonium Huguetan, ejusque sumptibus 1670. in 4. Vidi. Hispanico sermone evulgavit opera prænotata:*

*Instructio Concionatorum. Burgis apud Haredes Joannis de Viat 1688. in 4. Vidi.*

*Apophthegmata, scilicet sententia peculiares Sanctorum Patrum, Philosophorum, ac illustrum Virorum. Lugduni apud Antonium Huguetan 1670. in 8. Vidi.*

*Cornucopia Sacro-Prophana. Burgis typis Joannis de Viat 1685. in 4. Vidi. Accedit eisdem Authoris.*

*Epistola ad Amicum de modo concionandi.*

*Epistola alia de Reginine proprio, & alieno.*

*Dialogus Democriti. Florebat circa annum 1690. Ejus in laudem Fr. Franciscus Herrero Feyjoò, Lector Philosophiae, suo Magistro addictissimus præmisso Anagrammate alto zelo traheris, vt scribas, rem fama laudet sequens dicavimus.*

## FRANCISCANA.

*Hisque vires, varijs floribus balat opus;  
Absit, sed vanos qui vult decerpere flores  
Hic uberes fructus carpere quisque potest;  
Nam solidis mirè, Thoma, subtilia misces,  
Profundo ingenio Scotica parta sequens.  
Singula quæ sparsim nobis inscripta reliquis  
Scotus, summatim sunt tibi lecta brevi:  
Esque Dei, ut scribas zelo perductus ab alto  
Dum populi plures aura plerunque movere:  
Fama tuum laudet zelum: rem denique laudee  
Premia detque Deus, te super astra vebens.*

THOMAS DE MANTUA, Minora, natione Italus, laudatur à Fr. Petro de Alva in *Militia*, col. 1445. cùm Author:

*Relationis Provincie S. Antonij Venetiarum, quam ineditam asservabat in sua Bibliotheca. Edidit:*

*Catalogum SS. ac BB. Ordinis, iteratò laudatum à Melissano in Suppl. Uvadingi.*

THOMAS A MASSA, Picenus, Provincie Marchiæ Anconitanæ, Regul. Observantiae, Pœnitentiarius Lateranensis, scripsit:

*Questionem satis eruditam in Offertoriū Missæ Defunctorum. Incipit: Utrum in offertorio. Romæ 1612. per Jacobum Mascalbum, in 8. Vidi.*

THOMAS DE MONTALVO, Hispanus, strictioris Observantiae Discalceatorum Provinciae S. Petri Alcantarenis in Regno Granateni, Theologus, Chronologus, ejusque semel, atque iterum Provincialis Minister, ac totius Ordinis Diffinitor Generalis, Virque eruditione clatus, hactenùs edidit sermone Hispano:

*Vitam V. Fr. Francisci Molinero ejusdem Provincie filij. Mattri 1697. & Granatae 1694. in 4. Vidi.*

*Instructio Novitiorum. Granatae 1704. in 4. Vidi.*

*Ceremoniale ad usum laudatę Provinciae. Ibidem 1706. Vidi.*

*Præxim Expositorum Infantium. Ibidem 1701. Vidi.*

*Glossam eruditam Constitutionum suæ met Provinciae. Ibidem anno 1703. in 4. Vidi.*

*Cronicorum sua Provincia, volumen Tom. III.*

vnicum in fol. Ibidem ex typographia Antonij de Torrubia 1708. Vidi.

*Expositionem litteratam Regulae Fratrum Minorum. Ibidem 1709. in 8. Vidi.*

*Vitam V. Matris Sororis Beatissimæ Conventus Excelsitarum, cui accessit Memoriale altiarum Religiosarum virtute insignitum, & historia ejusdem Monasterij Angelo Custodi sacri. Granatae apud Franciscum Dominguez, anno 1719. in fol. Alijs huc juscce modi impræsentiarum vacans, editum demum Latinè:*

*Apologiam pro Cantu Gregoriano enterris Provincijs Ordinis injuncto. Granatae per Lucam Fernandez 1731. in 4. Vidi.*

THOMAS MURNERUS, Germanus, Argentinas, Baccalaureus Cracoviensis Conventus, Vir doctissimus, Lutheri, & Zwingli Antonomastix, qui cum eorum sectariis aliquoties publicas habuit disputationes, & magnam partem Helvetiorum ab imminenti, & irrumente cogitatione pestiferæ doctrinæ constantissime defendit. Scriptis contra perniciosissimos hos Novatores:

*Tractatum de Pythonico spiritu. Habetur apud Malleum maleficiorum, editum Lugduni typis Petri Landry 1604. in 4. Vidi. Insuper, recensente Uvadingo, scriptis:*

*Laudationem Poematum honestorum, & vituperationem impudicorum.*

*Contra Zwingli heres, lib. I.*

*Alterum de disputatione Badensi, & alla quadam Germanicè scripta. Prodierunt Lucernæ Helvetiorum.*

*Defensionem libri Henrici Octavi, Regis Angliae, contra Lutherum.*

*Tractatum alterum contra viros malice-*

rosos, prænotatum: *Patrum fultorum Gentium*. Extat typis excusus in Bibliotheca Imperiali Vienne.

*De Sacerdotio Novi Testamenti.*

*Kalendarium*, in quo Lurtheranorum mores, secundum circulum Zodiaci describit graphicè.

*Chartitatum in Instituta Iustiniani*, quod item redactum in fabellas impressum est Venetijs. Extat hujuscem mentio apud Lassor, tom. 1. sui *Universi*, fol. 134. Joan. Rioche in *Compendio Historiarum*, cap. 139. Uvadingum, part. 3. sui *Dialogi*, fol. 28. & Uvite, pag. 63. sui *Catalogi illustr. Script. Ordinis*.

THOMAS N. id est, sine cognomine, qui floruit anno 1300. minime à Uvadino in Catalogo laudatur, ceterum in suis scriptis S. Franciscum suum Patrem nominat, vti recentes duo recententes Autores Bibliotheca Dominicanæ attellantes, scripsisse:

*Vitam S. Francisci.*

*Vitam S. Helena.*

*Vitam Dominae nostræ*, vti constat ex Cod. M.S. 690. fol. partim membraeo, asservato in Bibliotheca Victorina, cuius prologus (qui deest alio exemplari ab ipsius citato) incipit: *Vitam Virginitatis gloriose Matris Iesu-Christi Mariae cum ejusdem Omnipotentis Iesu-Christi opitulatione secundum seriem Sancti Evangelij cupiens ad similitudinem vitæ B. P. N. Francisci, necnon & Vitæ S. Helena breviter ordinare, per capitula queque distinguere*, &c. Quæ Authorum Ordinis Minorum, vt qui S. Franciscum suum Patrem nominet, videntur indicare. At id notandum in hoc exemplo cetera superiori per omnia simili, nullibi nomen Authoris proferri; porrò hic *Codex* elegantè eadem manu grandiori charactere totus scriptus in fine dicitur alias fuisse Majoris Monasterij vernaculæ *Marmoutier*, & reverè hac in eo habentur. 1. *Miracula quedam B. Virginis*. 2. *Historia B. Martini Archiepiscopi Turonensis*. 3. *Catalogus Historicus Abbatum Majoris Monasterij à Monacho ejusdem*. Tum vita laudata B. Virg. ultimo loco. Quinam sit hic Fr. Thomas (absolvunt quærentes laudati Authores) & cui Ordini adscribendus, quem certe Uvadinus suis non accenget, querat me otiosior, mihi Authorum indicare opere premitum vilum est, sed & sufficit. Videri poterit Thomas hic Thomas ille Plebanus, cujus ineditas conciones citat in sua *Mititia Fr. Petrus de Alva*, col. 1446.

THOMAS OBICINUS, Novatinus, Regularis-Observantiae Provinciae Romanæ, Vir religiosus, & doctus, teste Uvadino, lingua Arabica non vulgariter peritus, quam publicè annis multis Roma ad S. Petri Montis Aurei professus, plerosque creavit in ea lingua discipulos, quorum pars in Palæstinam, & Asiaticas regiones profecta est Saracenis, Orientibusque gentibus, quibus idioma hoc vulgare, prædicatura: pars altera in variis locis Europæ eandem linguam prælegit. Guardianum egit Sacri Montis Sion Hierosolymis, quo tempore Ecclesiam Nazarenam B. Virginis, & alteram S. Joannis Baptiste in Montanis Judge in Zachariae ædibus constructam, è manibus Turcarum redemptas Christiano cultui restituit. Eum Præsidem instigavit Paulus V. Synodi gentis universæ Chaldaicæ in Civitate Med præsente Eli Patriarcha Babylonis, vbi conclamata, & approbata est Fides Catholica, damnata hæresis Nestorianæ, Eutychianæ, aliisque Orientales, & deinde stabilita unio cum Ecclesia Romana. Acta, & seriem hujus Syndici integrum libro edidit Reverendissimus Petrus Strozza prædicto Pontifici à secretis, Romæ anno 1617. Porro Thomas multos scripsit libros, lingua præseri tim Arabica:

*Iagogen*, id est, breve introductorium Arabicum in scientiam Logices cum versione Latina, ac *Thebes sanctæ Fidei*. Romæ apud Stephanum Paulinum, anno 1625. in 4.

*Grammaticam Arabicam*; *Agrumiam appellatam cum versione Latina*, ac dilucida expositione. Romæ typis Sacrae Congregationis de Propaganda Fidei, anno 1631. in 8. Vidi.

*Logicam Arabicam*. Romæ anno 1625. *Thesaurum Arabicо-Syro-Latinum*. Ibidem anno 1636. in 4.

*Res Palestinas*, & præsertim Hierosolymitanas, multis emisis tractatibus illustravit. Unum edidit acquisiti à se Templi Nazareni anno 1620. vbi multa assert ad corroborandam veritatem Domus Laurentianæ. Alterum de adepto anno sequenti Templo Joannis Baptiste, in quo sanctissimus Præcursor natus est, per annos tertium à Saracenis poliuto. Tertium de laudibili consuetudine Minorum, qui in S. Civitate commorantur, peregrinorum pedes lavandi. Quartum de processione, tenui supplicatione, quæ quotidiè post Completorium fit intra Ecclesiam sanctissi-

tissimi Sepulchri. Venetijs anno 1626, in 4. Vidi.

*Sextum de processione*, quæ fit quotidie in Ecclesia S. Salvatoris, præ ea, quæ olim in Ecclesia Conventus Sacri Montis Sion siebat, & alia hujusmodi ad extimam pietatem sanctorum locorum spectantia. Postremum de norma creandi per Guardianum Minorum Equites, & Milites Sanctissimi Sepulchri.

*Epistolam doctam*, & gravem ad Paulum V. de gestis in supradictâ Synodo Chaldaeorum.

*Epistolam alteram, doctam, diffusam* quæ ad prædictum Petrum Strozzi per quem Paulo Pontifici significatum voluit, quidquid in ea Synodo gestum fuerat. Epistolam edidit Paulus de Angelis in descriptione Basilicæ S. Mariæ Majoris.

*Librum prodigiorum* à Licethene integratim suæ restitutum, ac editum Lugduni 1589. in 12. apud tom. 2. Bibliothecæ Barberinæ, fol. 131. Demum:

*Dictionarij Egyptio-Arabici*, & *Grammaticæ Egyptiæ*, lingua Arabica à se conscriptæ versionem Latinam aggressus, antequam aboleretur, obiit in prædicto Conventu S. Petri Montis Aurei in Janiculo anno 1638. Authorem commendant Didacus Lequile de Scriptoribus, qui pro Fide Romana dūcārunt, Leo Allatius de Viris illustribus Urbis, fol. 245. Fr. Franciscus à Iesu Maria, lib. 3. *Patrimonij Seraphici*, cap. 23. Imbonatus in sua Bibliotheca Latino-Hebraica narrat Thomam hunc ad radices Montis Oreb in saxo quadam exiguo litteras Hebreas antiquo charactere monogrammatico sculptas adinvenisse, & diligentè transcripisse. Ipsum consule verbo *Athanasius Kirero*, pag. 9. & sequentibus.

THOMAS OTTERBONUS, Anglus, Vir pius, & doctus, quippe, Lelandii testimonio, in studijs, tunc Philosophia, tunc etiam Theologia feliciter versatus fuerat. Mox historijs primum legendis, deinde scribendis se totum dedit, ut potè in quibus non solum honestum animi gustaret oblectamentum, verum etiam vitæ bene instituendæ frequentia legeret exempla, & multiplicia inveniret documenta. Scripsit itaque, vt ex Prologo Scalæ Chronicorum facile colligere est, item ex Uvilloto, & alijs:

*Historiam rerum Anglicarum*, lib. 1. *De Successione Comitum Northumbriae*, lib. 1. Tom. III.

*Opusculorum*, lib. 1. & alia quædam. Clariſſe putatur, ait Uvadingus; circa annum 1411. Pertractant de eo Pitheus, Angelus à S. Francisco, ac Baleus, qui in tempore Henrici IV. Anglorum Regis docum ei aſsignat. Laudatur etiam tom. 1. Historiæ Universitatis Oxoniensis, lib. 1. fol. 76.

THOMAS PALMERANUS, alij Palmerstonensis, dictus communiter Thomas Hybernicus apud Kilderentes natus, Lutherianus missus, ibi Doctoris lauream est assecurus. In Italiam profectus multa vixit pietate, & humilitate, multas proinde passus à dæmone molestias. Ferunt pollicem sibi amputasse sinistrum, ne ad Sacerdotium suscipiendum à superioribus cogeretur. Scripsit, Vir hic facundia, ac eruditio clara, imò vt propugnauit quondam noster Alva, primus opus prænotatum:

*Flores Doctorum Insignium*, tñ Latiorum, quæ Græcorum, qui in Theologia, & Philosopha eminuerunt. Qui cum Venetijs anno 1550. & Parisijs anno 1556. prodijssent, recusci sunt apud Rovilium Lugduni anno 1567. Antwerpia apud Plantinum anno 1568. & 1576. & 1580. Coloniae vero apud Ludovicum Alectorium, anno 1579. Hoc opus Dominicus Nanus mirabiliter auxit anno 1503. atque anno 1576. non pauca adjectit Bartholomaeus Amantius, poste aliqas sententias prætermillas apposuit Franciscus Tortius, anno 1628. Demum Silvius Insulanus, sub titulo: *Polyanthæ novissima vltimam*, quod viderim, apposuit manum. Ferunt à Joanne Gualeñi Minorita inchoatum, sed sine perfectione, & ordine, morte intercedente ab eo relictum à Thoma Hybernicō absolutum; ac ordine alphabeticō digestum fuisse. Testantur Codices M.S. Cantabrigiæ in Bibliotheca Domus S. Petri, in alijsque Bibliothecis Anglicis repositi. Hispaniæ in Bibliotheca Cordubensis Ecclesiæ vidi opus istud M. S. in 4. sub titulo: *Manipulus flororum*, in cuius calce legitur: *Explicit manipulus flororum compilatus à Magistro Thoma de Hybernia quondam socio de Sorbona*. Et incipit: *Fr. Joannes Gualeñi Ordinis Fratrum Minorum doctus Theologus*.

*Flores Bibliorum*, sive locos communes omnium ferè materiarum, è Novo, & Veteri Testamento excerptus. Hos autem probabilitè eosdem esse cum Concordantij

Moralibus S. Antonij editis Romæ anno 1624. studio nostri Annalista, sub titulo: *Promptuarium Morale ex natione, Religione, tempore, & opere argumento haud obscurè ostendit idem Uvadingus ibidem in Epistola præliminari. Insuper, ex Possevino, & Uvadingo, scripsit:*

*De Christiana Religione*, lib. I.

*De Illusionibus dæmonum*, lib. I.

*De Tentatione diaboli*, lib. I.

*De Remedij vitiorum*, lib. I. & alias.

Obiit sanctissimè in Cœnobio Aquilano Minorum Conventualium Provinc. Pennensis, vbi sanctitate, & doctrina floruisse circa annum 1279. scribit Marianus Florentinus. Jordanus de Saxonia in *Vitis Fratrum* eum appellat socium in Sorbona, & Theologiae Magistrum, citatque illud ejus opus *Manipuli flororum*. Nostri etiam accensent Scriptoribus Henricus Uvillot, pag. 333. Fr. Petrus de Alva in Militia, col. 1444. PP. Guilielmus Carnificis, & Joannes Bundero ex Ordine Prædicatorum, fol. 617. Myræus autem, pag. 126. suæ secundæ Bibliothecæ inquit: *Thomas Hybernicus socius Sorbonicus, quemque, & Dominicani, & Minoritæ sibi adscribunt*. Apud Possevinum, extat pag. 490. Thomas Palmer, sive Palmerius, Anglus, Ordinis Prædicatorum, sed est omnino distictus à Thoma Hybernico, de quo agit pag. 487. Non me latet in Codicibus M. SS. simpliciter Thomam istum socium Sorbonicum appellari, ceterum suis adscribunt Dominicani, & ex Nostrisibus præcipiti, quibus adhæret Fr. Didacus Lequile de *Scriptoribus*, qui pro Fide Catholica dimicavit, & Uvite, pag. 53. sui Catalogi. Consule Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 7. Decembris, §. I. & tom. I. recentis Bibliothecæ Dominicanae, fol. 744.

THOMAS PANORMITANUS. Vt de superius verbo *Thomas Galona*.

THOMAS PEROGORDO, Hispanus, ex Oppido Chinchon, professione Laicus in Castellana Provincia Regularis Observantiae, Vir exemplaritatis nota, ac virtutibus insignis, edidit vernaculè libellum prænotatum:

*Protestatio Fidei* iterato excusum. Vidi. Meritò commendatur à P. Eusebio Gonzalez, tom. 6. Chronicorum Ordinis, lib. 3. cap. 34. Obiit anno 1720. apud suos sepultus in S. Didaci Complutensi

Conventu. Ejus in laudem devotionis ergo, quidam Hispanus accinebat:

*Thomas, tu constante zelo  
Muera en Sacra Gerarquia;  
Que effugas sabiduria  
Allá en las Aulas del Cielo,  
Rafgas el obscuro vele,  
Por donde la luz se ve,  
Y en ella das el porqué  
Nos ilumina tu fuego,  
Por ser el mas docto Lugo,  
Que el Cristus nos dio en su Fe.*

THOMAS PLA, Hispanus, ex Diocesate Provincie S. Joannis Baptiste in Valentino Regno, Sacrae Theologiae Lector, communem fecit vernaculè, à se habitam, eruditam

*Concionem de Immaculata Conceptione Virginis*. Valentia typis Vidua Benedicti Mace 1680. in 4. Vidi.

THOMAS PISÆUS, Segusianus; Gallus, Tertiij Ordinis S. Francisci Theologus, à Bordonio, Veronensi, & Uvadino laudatus, edidit:

*Explanationem Regulae, & Constitutionum Tertiiorum Regularium S. Francisci de Penitentia nuncupatorum*. Anicij typis Guinandi anno 1646. in 8.

THOMAS QUIZO, natione Jappo, Tertiarius, socius in tribulationibus N. V. Fr. Didaci à S. Francisco, ac Martyris, in carcere scripsit:

*Epistolam*. Fideliter transcriptam ex Chronologo Provincie Discalceatorum in Philippinis Insulis, trien. 12. cap. 17. communem feci. Ejusdem Epistolæ minuit D. Andreas Barcia in sua Bibliotheca Indica, pag. 186. Martyrium complevit in ignem pro Christo abjectus, anno 1622. die 12. Septembri.

THOMAS A RESURRECTIONE, Lusitanus, Prov. Portugalliae Regularis Observant. Theologus, ac Guardianus Connimbricensis Conventus, morte præventus, dumtaxat reliquit:

*Orationem de S. Cecilia*, cusam Ulyssipone, & laudatam à Fr. Ferdinando à Solitudine in Chronicis ejusdem Provincie in Catalogo Scriptorum. Obiit initio hujus saeculi.

THOMAS ROSSINUS, ex Insula majori lacus transimini in territorio Pe-

ru-

rusino, publicus professor Sacrae Theologiae inter Minores Observantes in Cœnobio Perusino de Monte cognominato, Provincie S. Francisci Diffinitor, scripsit, ediditque Perusia anno 1653. apud Hæredes Bartoli, & Angeli Laurentij, Italice:

*Paradoxa predicitabiliæ tempore Adventus*. Ejusdem:

*Concionem in laudem S. Andreae Apostoli*, habitam in Æde principe Perusina, publici juris factam invenies ann. 1673. apud Laurentium Cianum in volumine Concionum Adventualium diversorum. E vita migravit Perusia in prædicto Cœnobio sui Ordinis die 1. Augosti, anno 1676. Hæc ex Athenæo Perutino, fol. 314.

THOMAS DE SAMARTIN, Hispanus, Aragonensis, hujusc Provincie Regul. Observ. filius, Lector Jubilatus, Diffinitor, Jacensis quoque, & Baetabrensis Dicecensis Synodalis Examinator, Concionatoribus dedit vernaculae Quadragesimale, cui titulus:

*Vena Evangelica pro ferialibus Quadragesimæ*. Cæsaraugustæ per Paschallem Bueno 1693. in 4. Vidi. In Prologo, spem fecit vnus tomi de Sanctis, & alterius *Miscellanearum Concionum*; sed nullum haec tenus prodijt. Emissit etiam:

*Novendiale S. Antonio Paduano sacrum*, Hispanice. Ibidem, per eundem anno 1693. in 8. Vidi.

*Concionem Panegyricam de S. Medardo Episcopo*. Ibidem typis Gabrielis de Colomer 1692. in 4. Vidi.

*Concionem pro solemnni Canonizatione S. Petri Alcantarense*. Illic, vna cum alijs Concionibus, prodijt ex officina Joannis de Ibar, anno 1670. in 4. Vidi. Obiit anno 1697.

THOMAS A S. SEVERINO, Italus, ex Reformatis Prov. Marchiæ, Theologus, ac in Romana Curia, à Secretis Procuratoris Generalis, edidit:

*Compendium in libros Pœnalium, atque Commentariorum super Statuta Generalia Ordinis*, à R. P. Sanctoro de Melphis editos. Romæ excusit Jacobus Drangondelli anno 1664. in 12. Secundò ibid. 1686. in 4. Vidi.

THOMAS SILVESTER, Minorita, Hispanus, Valentinus, vt conjicit D. Nicolaus Antonius; licet Authori Valen-

næ Bibliothecæ ignotus, recensente Uvadino, scripsit:

*Vitam V. Servi Dei Fr. Nicolai Factoris Minoritæ*.

THOMAS STRANGUS, Hybernus, Menapiensis, Sacrae Theologiae Lector, insignis Concionator, cum esset Guardianus Dubliniensis, edidit Anglice, Uvadingo teste:

*Librum de Doctrina Christiana*. Scripsit etiam:

*Tractatum de Stigmatibus S. Catharinae Senensis*. Obiit Uvaterfodiæ anno 1645.

THOMAS STRAVERSCHANUS, alijs STANCHAU, scù STANSHA UVE, Anglus, in Brisoliensi Cœnobio initiatus, Oxoniæ bonas litteras ita industrie didicit, vt teste Lelando, sublimis ibi, tū Philosophus, tū Theologus meritò haberetur. Et quia cum studijs litterarum pietatem semper coluit, à pijs, & eruditis quibusque illius temporis Viris summè diligebatur. Scripsit, vti post Petrum, recenset Uvadingus:

*In D. Lucam Collectanea*, lib. I.

*De Salutatione Angelica*, lib. I.

*De Excellicita Nominis Iesu*, lib. I.

*Convertimini ad Deum*, lib. I.

*Sermonum*, lib. I.

*Tabulam Doctorum universalem*, lib. I.

*Abstinentia*. Carnotensis libro quinto.

*In Lecturam Gulielmi de Vora*, lib. I.

*Absolutum*. Utrum suppositum illud:

*In Delamarum contra Thomam*, lib. I.

*Angelus*. Utrum Angelus sit compo-

tus.

*In Lecturam Roberti Cantoni*, lib. I.

*Attributum*. An attributa distingui.

*Cursum Moralem*, lib. I. Obiit anno 1346. Commendatur ab Angelo à Sancto Francisco in suo Certamine Anglico, & tom. I. Historia Universitatis Oxoniensis, lib. I. fol. 76.

THOMAS SYRINUS, Hybernus, strictioris Observantiae alumnus, Sacrae Theologiae Lector emeritus, & sanctitatis opinione clarus:

*Vitam S. Columbani Archimandritæ Hybernia dilucidis annotationibus excoluit exornauitque*. Post varia alia ab eo scripta, nec dum in lucem edita, diem extremum placide clausit anno 1667. in Lovian. Collegio S. Antonij PP. Hybernorum. Ex relat° ejusdem Collegij.

THQ

THOMAS TAURINENSIS, Capuccinus, Provinciae Pedemontanae Difinitor, Vir doctissimus, in Sacris Scripturis valde eruditus, ac prædicationis Apostolicæ, teste Genuensi, dono excellens, typis dari permisit Bohoniae anno 1620.

*Conciones aliquas de Sanctis habitas ibadem in Ecclesia.* Hujus Viri doctrinam subjungit laudatus Genuensis, & in concessionando efficaciam, simili & eruditio nem longè, latèque probant carmina in lucem edita ab Eminentissimo Cardinale Mapheo Barberino, tum Bononiae Legato, qui postea ad Summum Pontificatum assumptus Urbanus VIII. fuit vocatus. Obiit Vir Apostolicus Taurini anno 1622.

THOMAS A TIPHERNO, Italus, Provinciae S. Francisci Minorum Capucinorum alumnus, Vir ad omnem virtutem compositus, qui ob ejus singularem vitam (quam habes tom. 1. Annal. Bovetii) famam, atque iterum ad Generalatus officium assumptus fuit, scripsit, recensente Genuensi, in honorem Reginæ Angelorum, quam singulari cultu devotionis, ac summa veneratione prosequebatur:

*Coronas plurimas ad formam meditacionis super omnia Mysteria vite ejusdem Sacratissime Virginis.* Ad superos evolavit sanctimoniae famam illutris in suo Conventu Civitatis Plebis in Umbria anno 1576.

THOMAS TONTI A NEAPOLI, Prædicator clarissimus Provinciae Principatus Regularis Observantiae, scripsit:

*De Symbolis, & parallelis S. Jacob Patriarchæ ad S. Jacobum de Marchia.* Ex relatione laudata Provinciae conscripta in fol. à Fr. Blasio à S. Gregorio, asserta que Matriti in Archivio Ordinis.

THOMAS VANDINUS, Bononiensis, Concionator egregius, edidit tractatus:

*De Indulgencij.*

*De Purgatorio.*

*Sermones funerales, & nuptiales.*

*De Sanctorum reliquijs, & alia.* Hæc Uvadingus, quem excipit Didacus Lequile de Scriptoribus, qui pro Fide Catholica dimicarunt.

THOMAS VAZQUEZ, Hispanus, Aragonensis Provinciae Regularis Observantiae Theologus, Ex-Difinitor, & Coflos, necnon à Theologicis Censuris S. In-

quisitionis, libellum edidit vernaculè, sed vtilissimum, prænotatum:

*Catechismus pro instructione Maorum Neophytorum.* Calfaraugetæ 1610. in 12. Pertractat de eo D. Nicolaus Antonius, tom. 2. Bibliotheca Hispanæ.

THOMAS DE VELASCO, Hispanus, ex Oppido Pechuza in Mexicano Archiepiscopatu, Discalceatus Provinciae S. Didaci Mexicanus filius, ac Theologus eruditus, Hispana lingua edidit:

*Breviloquium Morale practicum super 65. propositiones ab Innocentio XI. & 45. ab Alexandro VII. damnatas.* Mexici anno Virginie partus 1681. in 8. Ex Fr. Baltazar de Medina, lib. 4. Chronic. Mexicana Provinciae S. Didaci, cap. 26. fol. 220. Ineditos reliquit tom. 2. in 4.

*De Contractibus Fodinarum.* Ex relatu laudata Provinciae.

THOMAS DE VEIGA, Lusitanus, à Uvadingo illaudatus, Provinciae Tertiij Ordinis, in eodem Regno Lector emeritus, ac Pater, eleganti Lusitano stylo edidit:

*Confiderationes Litterales, Morales, & Allegoricas super Lamentationes Hiereniae Prophetæ.* Ulyssipone per Laurentium Craesbeeck, anno 1633. in fol. Vidi.

*Conciones pro ferijs majoribus, Dominicis, Quadragesimæ, ac Hebdomada Sancta.* Ibid. per Petrum Craesbeeck 1618. in 4. Vidi.

*Confiderationes super viginti quatuor Evangelia Dominicalia post Pentecosten,* voluminibus duobus in 4. Ibidem per Antonium Alvarez 1619. & 1620. Vidi. Ejus meminit D. Nicolaus Antonius, tom. 2.

THOMAS DE VILLALVA, Hispanus, ex strictiori Observantia Discalceatorum Provinciae S. Iosephi, munere Concionator, ac pius Vir, prælo dei dit:

*Regulas perfectionis,* vernaculè. Matri ti per Didacum Diaz de la Carrera, anno Virginie partus 1662. in 8.

*Tractatum de Communione assidua.* Pro dij ibidem, vna cum opere laudato. Vidi.

THOMAS ZEROLA (ZERULA apud Uvadingum) Beneventanus, Theologus Morali deditus, edidit:

*Præxim Sacramenti Pœnitentia.* Venetijs 1599. in 8.

*De Jubilao, & Indulgencij,* vna cum Com-

*Commentarij.* In Bullam Indictionis anni Janeti. Ibidem 1600. in 8. Insuper:

*Præxim Episcopalem.* Venetijs 1599. in 4. Et ex censura Magistri Sacri Palatij Apostolici, Lugduni anno 1615. in 4. vt legitur. tom. 2. Bibliotheca Barberinæ, fol. 591.

TIBURTIUS ÆNIPONTANUS, ex Minoritis Capuccinis, Provinciae Tyrolis, Theologus insignis, qui Missionarium Apostolicum agens, & in hæreses magni spiritu in vehens, quatuor milia Hæreticorum Catholicæ restituit Ecclesiæ, sedidit:

*Doctrinam Christianam dogmaticè præjuventute instruenda.* Salisburgi anno Domini 1688. opusculum prænotatum:

*Flores in Via Crucis colligendi ad refocilandam animam.* Pulsani apud Paulum Frijhrer 1684. Ex Germanico in Italum vertit idiomâ, sed nova methodo:

*Conciones Fr. Marci de Ambiano Capucini.* Augustæ ex typographia Magdalena Utzschneiderin 1690. in 4. Ex Torrecilla in suo Catalogo, pag. mihi 207. num. 590.

TIBURTIUS NAVARRO, strictioris Observantiae Reformatorum alumnus in Provincia Conceptionis Aquitaniae, Sacrae Theologiae Lector, Pœnitentiarius SS. D. Innocentij Papæ XI. in Basilica S. Joannis Lateranensis, Vir copiofi ingenij, ac multiplicis eruditioñis, metricè conscripsit Compendium Theologicum, S. Paschali Baylon sacrum, ac edidit, sub titulo:

*Melodia subtilis.* Lugduni apud Spiritum Vitalem 1684. in 8. Incipit:

*Quam Doctores affectivam,  
Amores excitativam,  
Vocarunt, & practicam.*

Accedunt ejusdem Authoris:

*Praxis Doctrina credite.*

*Elogium totius Religionis Seraphicae.* Incipit: *Humilitatis structuram.*

*Elogium Doctrinis Subtilis.* Incipit: *Joannes Duns Scotus Doctor, & factor legis.* Edidit etiam:

*Elogium morale in Viaticum pro Itinerantibus dispositum.* Salisburgi anno 1665. in 4.

*Vitam S. P. N. Francisci.* Romæ typis Angeli Bernabò 1670. in 4. Vidi.

*Vitam S. Francisci Solani,* sub titulo: *Triumphus charitatis.* Ibid. per Michaelum Herculem 1671. in 4. Vidi.

*Manuductionem ad præxim executionis litterarum Sacrae Pœnitentiarie, vna cum modo scribendi, & recurrendi ad Sacram Pœnitentiarum in casibus S. Sedis reservatis, presertim oculis.* Romæ ex typographia Reverenda Camerae Apostolicæ 1688. in 8. Vidi.

*Fructus poëthum S. Petri de Alcantara.* Romæ, vna cum Vita S. Petri de Alcantara conscripta à Laurentio Sueco, Minorita, edita anno 1669. sumptibus Angeli Bernabò, in 4. Vidi.

TILMANUS HACHEMBERG, natione Theutonicus, ex Dioecesi Treberorum, Vir (Trithemio. vtor) in Divinis Scripturis studiosus, & longa exercitatione doctus, linguam habens politam vsu loquendi: in declamandis ad populum sermonibus magnus, & clarissimus effulgit. Scriptis quædam non spernenda simplicibus opuscula, quibus iögenium suum fructuosè commodans nominis sui memoriam posteris reliquit. E. quibus extant:

*Sermones de Tempore,* lib. 1. Erunt signa, &c. hic prædi.

*Sermones de Sanctis,* lib. 1.

*Sermones per Quadragesimam,* lib. 1. & quædam alia. Claruit Conventu suo Confluentino, vbi & moriens, sepultus est. Memoratur à Uvite, pag. 61. Catalogi illust. Scriptor. Ordinis.

TIMOTHEUS SCHRANGER, strictioris Observantiae Provinciae Argentinæ Conventus Salisburgensis Vicarius, & FF. Clericorum Instructor, compo sit:

*Morale extemporaneum sacri eloquij subsidium ad singulas totius anni Dominiccas, & festa, necnon ferias Quadragesimæ per quadraginta efformata exordia, & materiarum argumenta plures applicatum, cum triplici manuductione.* Prima, ad Sacramentum Pœnitentiarum, & Eucharistiq. Secunda, ad memoriam Passionis Domini. Tertia, ad conformitatem voluntatis Humanae cum Divina. Colonæ Agrippinæ sumptibus Joannis Schlebusch 1708. tom. 2. in 4. Vidi.

TITELMANUS STREIDT, Germanus, Provinciae Colonensis aliquandò Præses, & Vicarius, Pœnitentiarusque Metropolitanus Colonensis, recognovit pium quodam opusculum:

*Canticale Germanicum,* cui titulus; Pa-

*radis Seraphicas.* Coloniæ anno 1646.  
Hæc Uvadingus.

TOBIAS HENDISCHELIUS, Germanus, Sacrae Theologiæ Doctor, XII. Provinciæ Minister Reformatæ Provinciæ Tyrolis, Vir doctissimus, pro consolatione Fidelium Catholicorum, qui facile poterant imbuī doctrina hæretica, ex puro fonte vulgata, & à Concilio Tridentino probatae editionis, Germanicè vertit:

*Biblia Novi, & Veteris Testamenti* ap-  
probata ab Episcopis Germaniæ, cum li-  
centia Superiorum. Item, anno 1606.

*Librum de Quatuor Novissimis*, ex di-  
versis Authoribus Italics pulcherrimè  
lingua Germanicè accommodavit. Finito  
officio, cui Ministerij Provincialis diem  
suum clausit extreum Augustæ Vindel-  
licorum die 18. Septembris anno 1620.  
Ex Fr. Felice Reinuccio ejusdem Instituti  
alumno in descriptione M. S. laudata  
Provinciæ apud Archivium Ordinis Ma-  
tritense.

TORIBIUS A MOTOLINIA, His-  
panus, ex Benevento in Veteri Castellia,  
in S. Jacobi Regularis Observantia Pro-  
vincia professus, sed in Discalceatam S.  
Gabrielis Provinciam transplantatus, in-  
ter duodecim Patres primos, qui in Indi-  
am trajecerunt, quintum obtinens locum, omnium ultimus mortuus est. Vir  
erat virtutum ornamenti decoratus, pau-  
pertatis Evangelicæ amanissimus, divini  
honoris zelo semper inflammatuſ, Regu-  
lae observans, ac pietati admodum deditus. Cum Novam Hispaniam cum so-  
cijs pervenisset, omnesque nudis pedibus  
incederent: perpicientes Indi hanc eo-  
rum paupertatem, invicem acclamabant.  
*Motolinie*, quod Mexicanuſ idiomate paupertatem significat. Interro-  
gans ille, quid ea vox ſibi vellet, pau-  
peremque ſonare cum intellexiſſet: haec  
(inquit) prima vox eſt, quam lingua hu-  
jus intellexi, atque hoc mihi nomen erit,  
ex eaque die Fr. Toribius Motolinia nun-  
cupatus eſt, cum de Benevento anteā cognominaretur. Eximio ſpiritu, multa-  
que in Divinis rebus meditatione polle-  
bat, caritatem ſummè diligebat. In Do-  
ctrina Christiana edenda, & pueris bapti-  
zandis, atque populis convertendis, ita  
ſtrenue laboravat, ut hujus rei cauſa etiam  
in Regiones longilimatas abierit. Pluviām,  
temporis ſerenitatem, & alia ſuis operi-

bus à Deo obtinuit. Scriptis, ac edidit  
Mexicanuſ idiomate:

*Doctrinam Christianam.*

*Tractatus variis spirituales*, qui apud  
Indos magno pretio habentur, vti ex  
Torquemada recenſet D. Andreas Bar-  
cia in ſua Bibliotheca Indica, col. 728.

*De moribus Indorum*, Latinè. Ex D.  
Nicolao Antonio.

*Tractatus variis Historicos*, Hispano  
ſermone. Ex Antonio de Leon in ſua Bi-  
блиotheca Occidentalı, quem alij exci-  
piunt:

*Iter spiritus Castellanae*, opus laudatum  
à D. Nicolao Antonio, ex Rebollo.

*Acta 12. primorum Apóstolorum Nova  
Hispanie*. Ex laudato Antonio de Leon.

*Vitis*, ac mortem trium puerorum  
Martyrum, Chriſtophori, Antonii, Joani-  
ni ex Urbe Hispala. Librum hunc, ait D.  
Nicolaus Antonius, Hispanico Authoris,  
in Mexicanum vertit Joannes Baptista  
ejusdem Ordinis Præfectus, sive Guar-  
dianus Monasterij de Hatilulco, edidit  
que ibidem typis Didaci Lopez Davalos,  
anno 1601. in 8. Ultimus duodecim con-  
ſodalium obiit Mexici in Vigilia S. Lau-  
rentij, poſtquam quadringenta milia Indorum  
baptizavit, deſtructis innumeris  
idolorum fanis. Adfuit exequijs Petrus de  
Ayola Xalisci Epifcopus, qui vestis par-  
tem in reliquias venerabundus abſcidit.  
Pluribus de eo egi part. i. meæ Biblio-  
thecæ Minotum Discalceatorum, pag.  
235.

TORIBIUS DE TORRALVA, His-  
panus, ex Provincia Aragonum Regularis  
Observantia Concionator Generalis, ver-  
naculè emiſſit:

*Praxim contemplantium, vnde cum exera-  
citij spiritualibus valde ignitis. Caſarau-  
gustæ anno 1660. in 8. Vidi.*

TRANQUILLUS A S. REMIGIO,  
Capuccinus, natione Gallus, Lugdanen-  
sis, Provincia Concionator, Vir, attes-  
tante Genuensi, magni ſpiritus, potens  
opere, & ſermone, in divinis litteris  
abundè eruditus, in controverſijs Catho-  
licæ Fidei admodum versatus, Hæretico-  
rum hostis infensus, & Orthodoxæ veri-  
tatis acerrimus propugnatō, ſcriptis, ac  
typis dedit:

*Expositionem litteralem verborum Evan-  
gelicorum de SS. Sacramento Euchariftæ  
juxta Fidem Catholicam.* Parigijs anno  
1632.

Exs

*Examen libri Vincentij Minſtri Heresi-  
ci Rupellenſis.* Rupelle apud Stephanum  
de Rome, anno 1633. tom. 1. in 8. De  
eo meminit Uvadingus, Dupinus in Sup-  
plemento, ac Didacus Lequile de Scrip-  
toribus, qui pro Fide Catholicæ dimicarunt.

TROBATIUS, vel TREBATIUS  
MARCOCCI, Picenus, ex Penna S. Joan-  
nis, Doctor Theologus Conventualis, à  
Concionibus Principum Sabaudiensium,  
Italicè edidit:

*Discursus spirituales super Orationem  
Dominicam.* Taurini typis Antonij Bianchi  
1590. in 4. Accedit in fine eodem  
idiomate:

*Expositio Orationis Dominicæ à Ser-  
pico P. N. frequentè decantata.* Vidi.

*Pentologium in aliquot Averroïſtas edi-  
tum anno 1580.* Teste Tosignano. Vive-  
bat, teste Uvadingo, anno 1592. Memo-  
ratur à Uvite, pag. 68. ſui Catalogi illuſtr.  
Scriptor. Ordinis. Obiit cum sanctitatis  
opinione, teste Gravina, apud Arturum  
in Martyrologio Franciscano ad diem  
28. Decembris, §. 9.

TURRIANUS DE FIEBRE, na-  
tione Gallus, Parisinus, ex Capuccinis ejus-  
dem Provincia, Vir morum compoſitione  
ac litteris clarus, Latinè ſcripsit, ac  
edidit:


*Theſaurum Conclinatorum*, vnde cum  
Indice in Breviarium Romanum, in quo  
diēbus Dominicis, & festis materia conci-  
nandi brevitè ſuggeritur. Parigijs 1659.  
in 8. Ex Genuensi, quo etiam teste, Galli-  
cè evulgavit:

*Compendium vitarum Sanctorum om-  
nium, per anni circulum.* Parigijs apud  
Dionyſium Thierry, anho 1660. in 4.

TYBERIUS FINOCCHIUS, è Pa-  
liano, Regularis Observantia Provincia  
Romana, ſcripsit Italicè, Angelo Cæſio  
Epifcopo Ariminensi dedicatum librum,  
quem inscripsit:

*Brevem inſtructionem penitentibus oti-  
lem ad Sacramentum Penitentię fuciendi-  
dum.* Romæ apud Stephanum Pauliu-  
num, anno 1631. in 12. De eo  
Uvadingus.

\*\*\*



VALEN-

V



ALENTINUS ALPOYM, Lusitanus, ex Tertiariis Regularib. ejusdem Regni, Mathematicis deditus, opus egregium conscripsit, sub titulo:

*Summa Astrologia Practica ex probatissimorum AA. judicijs sumpta. Afferatur M. S. in fol. Ulyssipone in Bibliotheca Conventus Domini nostre à Jesu. Ex relatione laudata Provinciae.*

VALENTINUS MANTUANUS A MONTE ULCI, Italus, Regularis Observantiae Provincie S. Antonij, Concio-nes efformavit, quas, vti Uvadingus ob-servat, intitulavit aliquantum fidientibus:

*Gemma pretiosa, seu inestimabilis Margarita. Florentiae anno 1615. in 4. Laudatur ab Andrea de Peruzzinis in Analypsi de Immaculata Concepcione apud Alva, col. 1456. sua Militia.*

VALENTINUS NANNETENSIS, Britannus, Provincie Turonie Minorum Capuccinorum alumnus, Vir, Genvensi teste, generis nobilitate, vita perfectio-ne, ac concionandi munere illustris, adeo, vt suo tempore clarissimum inter primos Divini Verbi Praecones nomen sibi com-paraverit, omnesque illum alterum pro-clamarent. Apostolum, posteris reliquit:

*Concionum variarum, volumina sex. Claruit anno 1614. Consule. Bibliothecam Minorum Capuccinorum.*

VALERIANUS DIVIONENSIS, Gallus, Minorita Capuccinus, Provincie Lugdunensis, pius, ac doctus Concional- tor, è Latino sermone in Gallicum trans-tulit librum Fr. Jacobi Coreni (de quo su-perius) inscriptum: *Clypeus patientie, pa-trioque idiomate prænotatum:*

*Le Bouclier de la patientie. Typis de-dit Ludovicus Maguet Lugduni anno 1630. in 4. De eo Genuenis, ex Uva-dingo.*

VALERIANUS MAGNUS, Medio-lanensis, sanguine clatus, Provinciarum Austriae, & Bohemie Minorum Capucci-norum Minister Provincialis, Apostolicus,

haud sine animarum vberrimo proventu Missionarius, Vir non solum in re mona-stica, verum & in politica Christiana, Principumque de rebus maximis pruden-ter tractandis non vulgariter versatus Ferdinandu II. & III. Imperatoribus, ac Uladisla, Regi Poloniae, præcipuisque Dynastis Germaniae, Bohemiae, Unga-riae apprimè charus, à quibus tanquam meritissimus ad Cardinalitatem Purpuram fuit postulatus, ac non semel à Gregorio XV. & Urbano VIII. PP. Summis pro ea- dem Purpura selectus, cuius ingenio (ver- bis vt utr illutissimi Caramuel, pag. 14. sua Theologæ Fundamentalis) multum debet Europa, multum Ecclesia, scriptæ multa Philosophica, & Theologica que cum fructu leguntur. Editit contra hereti- cos plurima, qua qui legerit Lutheranus, aut Calvinista esse non posse. Ab hoc igi- tur præclarissimo Virgo emissa sunt:

*Judicium de Acatholicon regula cre- dendi contra illos, qui illud confutari con- nati sunt, in sex libros distributum.*

*De Regula credendi in communione. Responsones ad Joannem Majorem. Responsones ad Joannem Martinum. Responsones ad Joannem Rostaccium. Responsones ad Autorem Anonymum. Responsones ad Conradum Belgium. Viennæ Austriae apud Matthæum Gam- rovium in Aula Coloniensi, anno 1641.*

*Judicium de Catholicorum Regula cre- dendi ad studia universalia Bibliistarum, in quo solidissimi rationibus evincitur illam veram esse Christi Ecclesiam, qua claret regeneratis: banc vero non esse aliam quam qua communicat in Fide cum Roma- no Pontifice, in 8. libros distributum.*

*De naturali regula judicandi, & respon- cit regulam Fidei.*

*De possibili regula Fidei in Deum. De actuali regula Fidei in Deum. Historia de Catholicorum Ecclesiastica Regula.*

*Apologia Catholicon. De Articulatione Doctrinae Christianæ ut est confirmabilis rationibus.*

*De hominis perfecta regeneratione per gratiam Redemptoris.*

*De infallibilitate Catholicæ regule cre- dendi. Ibidem apud eundem Typogra- phum anno 1641.*

Echo

*Ecco vera absurditatem Joannis Amos Comens Latitantis sub ficto nomine Ulyri- ci de Neupheld: in quo opusculo Valeria-nus, tam solidè confutat hereticum oppug-nantem, mutilatis plurium Doctorum Ca- tholicorum sententijs, prefatos de regula credendi libros, ut non fuerit ulterius au- sus illum provocare. Ibidem 1642.*

*Soliloquia Valeriani. Ibidem 1643.*

*Organum Theologicum, seu ratio argua- mentandi ex humano testimonio, seu ratio- ne. Ibidem 1643.*

*Acta disputationis Rheinfeldenis, super- cuius disputationis doctrinam celissimus Princeps Hernefus Hassia Landgravius, ena cum Principissa conjugje suam ex Cal- vinismo ad fidem Catholicam convercio- nem solidavit. Ibidem 1643.*

*De luce mentium, & ejus imagine: para- bus quidem mole tractatus, ingens verò pondere sententiarum, & doctrinam: dis- ponuntur enim in gradus quadraginta, per quos ascenditur ad contemplandam oculis non caliginibus lucem creatricem, que illu- minat omnem hominem vententem in hunc mundum, in 8.*

*Methodus convincendi, & revocandi Hæ- reticos ad fidem Catholicam, ab ipsiusme Hæreticis Ratisbonensis in Comitatu Elec- toralibus, anno 1643. celebratis plurimum collaudata.*

*Lux in tenebris lucens: quo opusculo ex factis Catholicismi, & Acatholizmii ad oculum demonstratur, qua sit vera Eccle- sia, tom. 1. in 8.*

*Opusculum contra Hermannum Corin- gium Hæreticum satagentem subvertere, & concutere fundamenta Ecclesie, quo Va- lerianus examinat fundamenta concessionis, eademque in ipsum concutientem validè re- torqueat, tom. 1. in 8.*

*Commentarium in M. Jocorum, severum, medium, cum Appendice, & Appendix. Est liber sui Apologeticus ob doctrinam in Rheinfeldeni disputatione adhibitam, falsò traductam, veluti hæreticam, tom. 1. in 8.*

*Apologia Valertani, qua imposturas ad- versariorum novissime sibi inastas vendi- cat. Opera ejus Philosophica sunt:*

*Philosophia Valeriana. Mediolanum 1647. & Versayæ 1648. in 8. & Coloniae 1661. in 4. Foliis, ex Gennensi.*

*De Peripato, libri duo: in quorum pri- mo totius ferrè Aristotelis tradit Synop- sim. In altero vero suam profert de hac doctrina sententiam.*

*De Sylogismo demonstrativo. Tom. III.*

*De ente rationis, & de ejus distinc- tione, ne ab ente reali.*

*De propositionibus per se notis.*

*Axiomata ex motu ad universam Philo- sophiam.*

*Tractatus de ente non factio.*

*De ente non factio, ut est lux mentium.*

*De ente non factio se multiplicante.*

*Tractatus de Arte eterna.*

*De ratione communientibus ut factis.*

*Tractatus de ente immotivo.*

*Tractatus de ratione communi entibus motivis.*

*Tractatus de Systemate creatoris.*

*De gradibus entitatis.*

*De possibiliitate vacui.*

*De Incorruptibilitate aquæ.*

*De vitro mirabili fractio.*

*De Atheismo Aristotelis. Quibus omni- bus opusculis demonstrantur plures an- tiquorum Philosophorum errores in doc- trina Philosophica. Impressa sunt Vienæ Austriae, anno 1643. Opera autem Vale- riani, que teste eodem Genuensi, adhuc M. S. conservantur, & in dies lucem ex- pectant, sunt, quæ sequuntur:*

*Philosophia Valeriana magno studio ab ipso elaborata, quæ integratur triginta novem tractatibus, inter quos enumeran- tur aliqui ex præfatis jam impressis peti- tinentibus ad Methaphysicam, quam tra- git integrum, & omnibus numeris absolu- latam.*

*Acta disputationis Rheinfeldenis conti- nuata ex propria cujusque domo cum Dominis Petro Haberkornio, Georgio Calixto, & Joanne Crocio prædicante- bus.*

*Tractatus de Infallibilitate Romani Pon- tificis in rebus fidei definitis.*

*Epistola satis prolixia ad Serenissimum Electorem Palatinum de Primatu Romani Pontificis. Senio confessus, laboribus, & artum, quas ab adversariis passus est, multisque virtutum trophæis exornatus, inter Crucifixi oscula, & amplexus piissime obdormivit in Domino in Conven- tu Salysburgensi, apud quem semper fuit summa habitus veneratione, anno repa- ratæ salutis 1661. quarto Kalendas Au-gusti, ætatis sua 75. Religionis 50. Plura, & pluribus de eo apud Bibliothecam Minorum Capuccinorum.*

*VALERIANUS A PINAROLO, Pedemontanus, Genaensis Provinciae Mi- norum Capuccinorum Minister, ac Mis- sionum Apostolicarum in Subalpinis Re- gionibus.*

gionibus Fundator, ineditum reliquit volum. in fol.

*De origine, institutione, & progressu Missionis Capuccinorum in Subalpini,* teste Fr. Dionysio Genuensi, pag. 314. sua Bibliotheca. Illaudatur à Rosloto in Syllabo Scriptorum Pedemontij. Obiit Genuæ anno 1617.

**VALERIUS BONA**, ex Minoritis Conventualibus, Vercellenis Ecclesiæ primus Cantor propter vocis dulcedinem in pretio habitus. Italicè evulgavit:

*Cantiones.*

*Affectus pios.*

*Variaque Musicalia.* Prodierunt Venetijs ex officina Bartholomæ Magni, ut testatur P. Vincentius Coronelli, tom. 6. sua Bibliotheca Universalis, num. 1498. ævum autem quo claruit subtinet.

**VALERIUS MARTELLUS**, Italus, Regularis Observantiae alumnus, recente Uvadingo, scriptor, in ynum vè librum collegit.

*Regulam, Testamentum, Officium parvum Stigmatum S. Francisci, B. Mariae Virginis, S. Josephi, & alia pia opuscula.* Venetijs per Marcum Ginaminum 1621. in 24.

**VALERIUS POLYDORUS**, Panduanus, inter Minores Conventuales, Artium, & Sacrae Theologiae Doctor, scriptor:

*Practicam Exorcistarum ad dæmones, & maleficia de Christi fidelibus expellendum.* Venetijs apud Robertum Moretum 1606. Coloniae 1626. in 8. Tertia editio auctior est, & correctior. Ex Uvadingo. Emissit insuper Italico sermone:

*Religiosas memorias Ecclesie S. Antonij Patavini.* Venetijs 1590. in 4. De eo Fr. Petrus de Alva, col. 1456. sua Militie.

**VALERIUS DE VALERIJS**, de quo nihil certum affirmare possum, apud Bibliothecam Slofianam, scriptor:

*De arbore Raymundi Lullij.* Augustæ 1589. in 4.

**VALERIUS VENETUS**, ejusdem Provinciae Minorum Capuccinorum alumnus, quem virum morum integratè, mentis impietate, ac teatius regularis perfectionis decore insignitum appellat in sua Bibliotheca Genueñsis. Italicè conscripsit, & evulgavit quæ sequuntur:

*Viridarium, seu Pratum floridum ectorum exemplorum in 12. libros distribu-*

*tum, in quibus agitur de virtutibus Christianis, & perfectionibus religiosis, tom. 2. in 4.* Venetijs apud Floravantem Pratum, anno 1610. & denuò 1620. & novissime anno 1656. apud Matthæum Lenium in 4.

*Piæ meditationes circa præcipua Mysteria Vita Domini nostri Jesu Christi.* Ibidem apud Joannem Baptiftam Colignanum, anno 1610. tom. 1. in 8.

*Eremitorium sacrum exercitiorum spiritualium, cum praxi orationis mentalis.* Ibidem apud Floravantem Pratum 1610.

*Vita, ac gesta S. Clara Virginis, S. Agnetis sororis ejusdem S. Clarae, neconon alias rum Beatarum Virginum sociarum, tom. 1. in 4.* Ibidem apud eundem 1610.

*Vita B. Coleta Virginis Reformatricis Ordinis S. Clarae.* Ibidem 1610. in 4.

*Vita B. Joanne Virginis filiae Ludovici XI. sororis Caroli VIII. & uxoris Ludovici XII. Regum Gallie.* Ibidem apud eundem 1620. in 4.

*Vita S. Elisabeth viduae filiae Andrei Unigarorum Regis, & quondam uxoris Ludovici Lantgravij Thuringie.* Ibidem 1610.

*Vita B. Margarita Cortonensis, & B. Angele à Fulginio.* Ibidem 1620. De hoc piissimo Scriptore meminerunt Uvadagus, & Arturus.

**UBALDUS STOIBER**, strictioris Observantiae Reformatorum, in Provincia Bavariae alumnus, Sacrae Theologiae Lector in Conventu Trisingensi, publici juris fecit.

*Armamentarium Ecclesiasticum ad insultus diabolicos elidendos.* Augustæ Vindelicorum sumptibus Phil. Martini 1726. tomis 2. in 8. Vidi.

**UBERTINUS DE CASALI**, vide immediate *Ubertinus de Ilia.*

**UBERTINUS** (alijs HUBERTINUS) DE ILIA, Italus Casalensis Ordinem ingressus sub S. Bonaventurae Generalatu, familiares habuit Petrum de Senis Pectinarium, Petrum Joannem de Olivi, & Cæciliam de Florentia Virginem devotam, Franciscanæ quoque paupertatis, utinam sobrie! acerrimus propugnator, sed indiscretus exitit; quare nolitarum tribulationum à Domesticis, & Joanne XXII. Pontifice immissarum rædio affectus, primitus ad Benedictinos, demum verò ad Carthusianos impetratis licentijs abiit, fama sancti boni, ac docti en-

tens.

lus, Picenus, Regularis Observantiae Provinciæ Marchiæ, magnæ sanctitatis Vir, ac socius S. Jacobi Piceni, Italicè exaravit:

*Vitam, gesta, & miracula ejusdem Sancti*, cuius binis exemplaribus manuscriptis Uvadingus gaudebat. Obiit apud Neapolim, anno 1506. sepultus in Conventu S. Matiæ Novæ. Consule Arturum ad diem 6. Maji in Martyrologio Franciscano.

**VERANUS CABILONENSIS**, Galilus, ex Minoritis Capuccinis Provinciae S. Ludovici, Vir in spiritualibus vita documentis admodum commendatus, typis mandavit Gallico sermone.

*Drectorium spirituale in duas partes distinctum, in quo continentur regula, & exercitia omni Christiano necessaria ad vere Deo servendum.* Lugduni apud Joannem Juvilieronomi anno 1638. tom. 2. in 8.

*Tractatum de oratione mentali, in quo, præter plurima piissima documenta, & conceptus devotissimos, explicantur, omnia dubia, quæ solent accidere in exercitijs devotionis.* Ibidem 1638. tom. 1. in 8. De eo Uvadingus, & Genuensis.

**UGUCCIONUS PERUSINUS**, Franciscanus, à Uvadingo in Catalogo illatus, scientijs multis clarus, à Joanne XXII. anno post Christum natum 1333. renuntiatus Episcopus Sutrinus in Etruria scriptor:

*Multa in re Theologica, aliaque profanis Oratoribus.*

*In Sacram Scripturam.* De hoc Ferdinandus Ughellius, tom. 1. part. 2. Italiae Sacrae, in serie Epitcoporum Sutrinorum, ex Tabulis Vaticanis apud Oldoinum in suo Atheneo Perusinorum, pag. 327.

**VICEDOMINUS DE VICE-DOMINIS**, Italus, Placentinus, Gregorij X. ex foro Nepos, qui prius matrimonio conjunctus celebris Jurisconsultus, & Causarum Advocatus fuit; mortua vxore, ex Clerico Minorita est factus. Deinceps, Archiepiscopus Aquensis, in Gallia Narbonensi, Cardinalis, & Praenestinus Episcopus ab Avunculo Gregorio factus est, demumque post Adrianum V. electus fuit Pontifex Summus. Archiepiscopum Aquensem agens Synodum Provinciale, ad morum, disciplinæque reformationem celebravit, cuius

*Statuta edenda curavit. Servantur in Tabulario Capituli laudata Ecclesia. In Tom. III.*

Necrologio Fratrum Minorum Aquensis, apud Sammarthanum, tomo 1. Gallia Christianæ, pag. 317. ita legitur: *Aniversarium pro Illustrissim. Vicecomitatu Ordinis Fratrum Minorum, Gregorij X. Nepote, Cardinali, Archiepiscopo almae S. Salvatoris Aquensis, qui obiit ann. 1276.* & Septembri denunciatus, & acclamatus *Summus Pontifex, & ipsomet die, dignitate suprema, & vita functus est.* Quod autem ideo, in serie Pontificum non ponatur, non obstat quin pro vero Pontifice haberi possit: nam Stephanus II. communiter omittitur in Catalogo Pontificum, quod quatuor tantum dies in Pontificatu fuderit. Unde ex Victorellus apud tomum 1. Historiæ Generalis Cardinallium Gallicè edita Parisijs anno 1642. in 4. pag. 306. hæc habentur: *Sunt, & in dicta Civitate Placentina Vicecomiti, quæ est magna domus, & nobilis; nam de ista domo fuit unus Papa, qui non sicut in Papatu nisi unum diem, &c.* Plura de eo in Historia Ecclesiæ Placentinæ, tom. 2. lib. 19. anno 1276. pag. 308. Consule Uvadingum ad annum 1273. & 1276. & Illust. Cornejo, tomo Chronicorum.

VICTOR FERNUS DE GRASSANA, Italus, Regularis Observ. scripsit, Italicè:

*Vagam, & fructuosam representacionem statu Nabuchodonosoris diversis conceptibus scripturalibus adumbratam. Alexandriæ apud Herculem Quincianum, anno 1597.* Hæc Uvadingus.

VICTOR GELEMUS, alijs GELENIUS, Germanus, Patria Trevirensis, Rhenanæ Provinciæ Minorum Capuccinorum Minister, Vir exemplaritate virtutum clarus, ac in Scholastica, & Mystica Theologia Doctor egregius, prælo dedit Latinè:

*Summam practicæ Theologiae Mysticæ in omnes ab infimis usque ad supremos Divini animi status, operationes, & dispositiones magis notabiles, ordine consecutivo digestam, & in duas partes distributam. Colonia Agrippinæ apud Jodocum Kalcovium, ann. 1646. & denud. 1652. tom. 1. in 4. In isto opere, ait Genuensis, plurimum Doctorum sententia, sacrae traditione viæ perfectionis arcana miro ordine, ac facilitate dilucidantur, ita ut, quasi Aquila illa grandis in Ezechiele Cedri Mysticæ medullam tulisse videatur. Quod posse ab eodem Authore ex Latino in Ger-*

manicum idioma translatum fuit impressum tertia vice in eadem Civitate Coloniae anno 1655. De eo meminerunt Eminentissimus D. Joann. Cardinalis Bona, lib. Mysticæ Theologiae, cap. 1. & seq. Uvadingus, & alij.

VICTOR UVINTRICUS, Germanus, Confluentinus, Regul. Observantiae Provinciæ Coloniacæ disertus Concionator, Uvadingo attestante, librum Concionum edidit, qui dicitur

*Afflito consolans, seu succincta methodus, qua quilibet hoc erumoso tempore, ex multis maximam haurire valeat consolacionem. Coloniacæ apud Joannem Henningium, anno 1644.*

VICTORINUS AUBURTIN, Gallus, Recollectæ Provinciæ S. Dionysij Diffinitori, libellum mysticum exaravit:

*De Unione Christiani ad Christum. Ex Annalibus laudæ Provinciæ, fol. 215.*

VICTORINUS POULCHET, Gallus, cujus Provinciam, æcumque quo clavuit adhuc desidero, strictioris Observantia Recollectorum alumnus, vernaucle edidit:

*Expositionem in Regulam Minorum. Legovic typis Guilielmi Bureau 1625. in 4. De eo Uvadingus.*

VICTORINUS POULIOTH (fortè à præcedenti indistinctus; neutrum enim vidi) commendatur valde à Fr. Michaele Vivien, tom. 6. sui operis prænotatis: *Tertulanus prædicans, conc. 1. fol. 13.* hisce verbis: *Quis glorioſius verbo, & scripto triumphavit de Calvinistis, quam Victorinus Poulioth Provincia Recollectorum in Aquitania alumnus? Verbo quidem: nam ferè per annos quadraginta interfuit Synodus in Provincijs Pictaviensi, Sanctonensi, Agennensi, Basateni, Petracoreni, & Bearnensi habitis, Conciones Ministrorum confutavit, prædicantes falstatem facti coegit. Scripto etiam, nam plures typis mandavit controversia libros, præfitem memoriale controversiarum, in quo confessionem Calvinisticam ex Scriptura Sacra, & Calvinistarum doctrina confutat.*

VICTORIUS PANORMITANUS, in eadem Provincia Minorum Capuccinorum sapientissimi Viri nomen sibi commendans circa annum 1636. quo celebris cla-

clarebat, multa scripsit Philosophica, ac Theologica, dumtaxat vero, & suppresso nomine excudendum permisit

*Declarationem dilucidam in Artem Raymundi Lullij. Venetijs 1636. in 8. Ipius cum laude meminere Genuensis, & Sebastianus Bagolinus in Epigram. pag. 70. apud tom. 2. Bibliothecæ Siculæ.*

VINCENTIUS A SANCTO ANGELO, Italus, Regul. Observ. Provinciæ Sicula, Concionator, & Poeta, carmine Etrusco edidit:

*Visionem triumphalem in obitu Illust. O. R. Cardinalis Scipionis Gonzaga.*

*Canticos spirituales super Hymnum Veni Creator Spiritus.*

*Carmina varia.* Prodierunt simili Panormi ex typographia Joannis Antonij de Franciscis, anno 1699. in 8. teste Antonio Mongitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ. Clavuit anno 1600.

VINCENTIUS AURELIANENSIS, Gallus, Provincia Britannæ Minor. Capuccinorum Ecclesiastes, qui adversus Hæreticos, & verbo, & scripto plurimum laboravit, Latinè, & Gallicè, vti Genuensis recenset, tres libros, quorum inscriptions:

*Ecclesia unica, ac necessaria contra Hæreticos, & Indifferentes.*

*Amor purus, seu solida devotio.*

*Triumphus Altaris (liber est Controversiarum) zelo Ludovici XIV. Galliarum Constantini.*

VINCENTIUS BERTINUS ASARTIANO, Prov. Tuscia Regul. Observ. Minister, Apostolicus Visitator quatuor Provinciarum, Divini Verbi Ecclesiastes insignis, summus Theologorum sui ævi, sapientia, prudentia, & in agendis peritia plenus, multa, eaque magna in obsequiis S. R. E. Minoritici Instituti, Principumque fecit, gesit, & scripsit, edidit enim:

*Centuriam primam Questionum Politicorum, & Moralium, lib. 4. distinctam, & quatuor ann. 1637. 38. 39. 40. Senis impressam. Liber 1. excusus primò fuit Florentiæ typis Augustini Timpani.*

*Centuriam secundam de Preceptis Christianis. Senis anno 1642.*

*Centuriam tertiam de Preceptis Politicis, & Militaribus, spectantibus ad Principem Belligerum, Imperatores, Duces, Tom. III.*

& Milites è Sacra Scriptura decerpitis. Senis anno 1634. apud Bonettum.

*Sacra Palestina Descriptiōnem. Senis anno 1633. Venetijs 1642. in 4. typis Surian. Vidi.*

*Concionem doctissimam de Immaculata Concepcione Deipare Virginis, habitam Neapoli anno 1625. in solemni Episcoporum Concessu sub metaphora Turris Davidicæ. Inedita reliquit:*

*Vitam S. Bernardini.*

*Theatrum Sapientia, tomis tribus distinctum Franciso Barberino dicatum. Obiit anno 1643. in Conventu Montis Ileini, inter suos sepultus, Bertinum laudant Uvadingus, Alva, Marracius, & Fr. Antonius Terrinca, part. 3. sui Theatri Tusciæ.*

VINCENTIUS BURGENSIS, Hispanus, (cujus minime meminit Uvadingus, nec Nicolaus Antonius) Provinciæ Conceptionis Regul. Observantiae alumnus, Hispanice reddidit:

*Volumen de proprietatibus rerum, Latine, compositum à Fr. Bartholomæo Anglico (de quo superius egimus) in publicum missit Tolosæ typis Henrici Moyer, anno 1494. in fol. Vidi.*

VINCENTIUS A CARAVAGGIO, Italus, ex Minoritis Capuccinis Brixianis Provinciæ, Vir, quem vere pium, & in proximos charitate venerandum appellat Genuensis, prælo dedit:

*Officium parvum S. P. N. Francisci, additis alijs devotissimis precibus, & orationibus. Romæ anno 1615.*

VINCENTIUS CIORLA, Neapolitanus, ex Minoritis Conventualibus, Sacrae Theologiae Magister in Aquilensi Conventu, communis juris fecit:

*Disputationes Logicales collectas ex doctrina Scotti. Romæ apud Ludov. Grigiamnum 1640. in 4.*

*Disputationes complectentes libros Physicorum, Cœli, Mundi, ac Metheororum. Ibidem apud eundem 1649. in 4.*

*Disputationes de Generatione, & Corruptione, Anima, & Metaphysica. Neapoli per Franciscum Savium 1651. in 4. De eo Uvadingus, & Nicolaus Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana.*

VINCENTIUS CONVENTREN-  
SIS, Anglus, quem perperam Lelandus

facit Carmelitam, ut potè cujus nulla est memoria, apud Trithemium in libro, quem de Scriptoribus Ordinis Carmelitarum contexuit, & Petrus Lucius Belga Carmelita in Ordinem, additis Scholjs rededit. Minoritam fuisse testes sunt Ecclestonus, & Possevinus. Vir fuit pietate, & doctrina celebris. Primus sui Ordinis publicè docuit Cantabrigiæ. Inter alia, quæ scriptis, in primis exposuit ea, quæ in Sancto Officio Missæ peraguntur, quod opus hoc titulo insigavit:

*Expositorium Missæ*, libr. vnum. Ut virtutis Ecclesiasticis innotesceret.

*Repetitiones lectionum*, lib. vnum. Vixit anno 1251. teste Uvite in Catalogo Illustrium Scriptorum Ordinis, pag. 53.

VINCENTIUS FERRERIUS, nobilis Panormitanus, renuntians amplissimis hæreditatibus, cœlesti monitu in Tertiij Ordinis Regularis Familiam Patriæ ingressus, omnium virtutum splendore clarius, fatura prædictus, intimaque cordium penetralia cognovit. Hæbrean linguam, aliasque scientias divinitus accepisse traditur, nec obscurè id indicant præclarissimæ suæ lucubrationes laudatae tom. 2. Bibliothecæ Siculæ ex Cœlestino, Crasino, & Dominico Maria Prasino ejusdem Instituti alumnis in ejus vita. Scriptis ergo:

*Compendium Summæ D.Thomæ.*

*Tractatus Theologicos.*

*In Psalmos Davidicos declarationes, & Glossas.*

*De hominis anatomie.*

*Geometriæ compendium.*

*Tractatum Botanicum de nominibus barbarum.*

*Geometriæ compendium.*

*De rebus mathematicis tractatus.*

*De Chiromantia tractatum.*

*De Passione Domini liberum, Hæbreo sermone.*

Sermones varios, Italicè. At hæc omnia, cùm typis tradere meditaretur Baro quidam Pictinei, ejus consanguineus, Vincentius, humilitate impellente, igne absumpsit. Scriptis deinceps Latinè.

*Vitam S. Anne.*

*Vitam S. Chrysostom.*

*Sermones.*

*Commentaria in libros Philosophie Aristotelis.*

*Commentaria in 4. libros Sententiarum.*

*In Danielis Prophetias Glossas.*

*Historiam B.E. Joachimi, & Anna. Carmine etiam Latino:*

*De Poetica consideratione rerum omnium erga Deum.*

*Exercitum Divini amoris.*

*Soliloquium Poeticum.*

*De Potentia, & pietate Deiparæ in protegendo Ecclesiam Dei.*

*De puellarī vita B. Maria Virg. Italico sermone scriptis:*

*Opera spiritualia.*

*De Astrologia adversus Astrologos Judicarios tractatum.*

*De Horologis.*

*Ideas scientiæ Mathematicæ.*

*Lunarium perpetuum.*

*De septem Angelis assistentibus.*

*Soliloquia animæ.*

*Historiam miraculorum Deipara semper Virginti.*

*Reflexiones spirituales super Ovidium, Virgilium, Horatium, Tassum, Flaminium, aliosque Poetas.* Harum lucubrationum subdit laudatus Mongitore quedam manuscripta vagantur, & latent, ac summis laudibus exhortantur in ejus Oratione funebri edita Panormi, anno 1662. & 1669. Denū ex Confessarij obedientia

*Vitam suam conscripsit*, quam citat Petrus Tognoletus in vita Ieronimij Clusensis, cap. 40. pag. 400. Excusa fuit Panormi, typis Jolephi Gramignani 1699. in 4. Vidi. Vivere desit Patriæ in Coenobio Annuntiationis, anno 1662. die 5. Februarij, qua natus, innumeris miraculis ante, & post obitum clarus. Agitur de ejus Canonizatione.

VINCENTIUS GALLUS, Alca- rensis, in Sicula Provincia Minorum Conventualium, Musices peritissimus, ac in Regio Sacello Panormitano, & Cathedrali Ecclesiæ Musicorum Moderator, & Magister, edidit Italicè:

*Missam octo vocibus decantandam*, & *Missam duodecim vocibus*. Romæ ex Typographia Nicolai Mustij 1596. in 4.

*Librum carminum cum notis*. Panormi apud Joannem Franciscum Carrara 1589. in 4.

*Musicæ notas varias*, quæ vna cum metris quorundam Poetarum prodierunt Panormi ex Officina Joannis Baptiste Maringi, anno 1603. in 4. De eo ex Philippo Cagliola. Antonius Mongitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ. Clariuit anno 1600.

VINCENTIUS GARZIA DE LAZA, Hispanus, Valentiniæ Provinciæ Regularis Observantæ Provincialis Minister, ineditam reliquit:

*Historiam Veronice Sacre*, que illicta colitur in Monasterio Excalceatarum Franciscanarum. Affervari M. S. in Archivio laudatae Urbis testatur Fr. Josephus Rodriguez, pag. 439. sive Bibliothecæ Valentinae.

VINCENTIUS GARGAM, Gallus, Provincia S. Dionysij Recollectorum Diffinitor, pœsteris dedit Latinè:

*Summorum Pontificum Chronologiam*, unde cum Virorum Illustrium gestis, ac Historiæ Anglica, Politica, & Ecclesiastica. Item vulgari idiomate:

*Vitam S. Petri Alcantarenis*. Ex Anna- libus ejusdem Provinciae, fol. 215.

VINCENTIUS HYBERNUS, Fran- ciseanus. De eo legitur apud tom. 2. Bi- bliothecæ Bodleianæ: apud Collegium Exoniense, cod. 850. 50. Vincentij Fr. Ordin. Minor. *Speculum naturale*, in fine mutum.

VINCENTIUS A. S. JOSEPHO, Hispanus, ex Hispanensi Archiepiscopatu, professione inter Laicos emissa in Mexicana S. Didaci Provincia Discalceatorum, cum glorioissimo Martyre Fr. Ludovico Sotello in S. Gregorij Provin- ciam, denū Japoniuni transiit. Hic vexillifer factus illorum viginti ac trium Martyrum Japonensium, quorum celebre Martyrium contigit die 12. Septem- bris, anno 1622. vexillum rubrum sa- cratissimo nomine Jesu insignitum tulit. Coronam Martyrij in exultatione meren- tem, post longas ærumnas crudelis flam- ma in Coelum emisit. In carcere confi- stritus scriptis:

*Epistolas varias*, teste Fr. Didaco à S. Francisco, cap. 17. relationis Martyrum Japonensium, fol. 47. Unicam dumtaxat legi, in publicum missam, fol. 83. Chronicon laudatae S. Didaci Provinciae. Agitur de ejus Canonizatione. Vide necam Bibliothecam Discalceator. part. 1. pag. 239. & part. 2. fol. 53.

VINCENTIUS MARIA CARMI- NATI, Italus, ex Minoris Conventua- libus, Collegiatus Doctor, Bononiensis Provinciæ, vernaculè emissit:

*Gesta S. Joannis à Deo. Bononia apud Hæredes Sarti 1691.* in 8. Vidi.

VINCENTIUS MARIA COR- NELLI, M. Generalis Conventualium, Cosmographus Serenis. Reipublicæ Ve- net. Vir præter insignem Satrarum Litterarum cognitionem, Litteris; cum Graeciis, tunc Latinis, Hæbraicis, ac Arabicis, egregiè instructus, omnique scientiarum varietate ad miraculum usque sanè conspicuus, scriptis suis coronetur. Ejus igitur monumenta litteraria, quibus idiomatis varijs nomen suum magnifice dilatavit 137. tomis ecce adsancti:

*Cronologia universalis*; ac introductio ad sua 45. volumina Bibliothecæ Universaliæ ad Eminentiss. Archiepiscopum Cardinalem D.D. Vincentium Maria Orsini (de- mū Pontificem Maximum Benedictum XIII.) Venerijs anno 1707. in fol. Italicè. Vidi. Opus est quatripartitum, præmissa introductione, in qua eradicatur de initio mundi, eusque ætatibus: de horis, diebus, septimanis, mensibus, solisribus, ac lumenaribus, eorum nominibus in universis Nationibus, ac Tabula Ecclesiastica perpetua: de annis, epocis varijs, indictionibus, Olympiadib; littera Dominicali, aureis numeris; alijsque hujusmodi: de Kalendariis antiquis, ac novis, ac modo observandi vernam Äquinoccium, juxta Gregorianum Kalendarium. De Kalendario Hæbreorum, eorumque festis, Martyrologijs Sanctorum: de Kalendario Astronomico, Panegyritio Ludovici XIV: Gallie Regis, ac Kalendario perpetuo sacro propzano, ac tandem de Autoribus, quorum studio profecit. In prima parte Chronologæ Uni- versalis recentet omnia scitu digna sacra, & prophana, à creatione mundi, iux mun- di ætatibus. In secunda à Christi Nati- tate usque ad annum 1707, in 3. Chronologiam Summorum Pontificum à Q. Petro usque ad Clementem XI. de Schismatibus, & Antipapis, de Ecclesiæ per-secutionibus. Item Chronologiam Apostolorum, Evangelistarum, Discipulorum Domini, ac Cardinalium, eorumque ori- gine, & creatione, usque ad annum 1706. Item de Conciliis Generalibus, Provincialibus, eorumque Decretis. Item de Conciliabilis Hæreticorum, Hæretiar- chis, ac Hæresibus. Item de Episcopi, Ar- chiepiscopis, ac Patriarchis totius Orbis Christiani. Item de personis sanctitate in- signibus sacerulis 17. ac Beatificatis, ac Canonizatis. Tandem de Religionibus Claustralibus, & Equestribus virtusque sexus. Pars 4. amplectitur Chronologias

Regum, ac Romanorum Imperatorum, Imperatorum Orientis, Regum Persarum, Imperatoris Abyssini, ac Sinensis, Regum Galliarum, Hispaniarum, Angliae, Sueciae, &c. quamplurimumque Principum, ac Magnatum. Insuper evulgavit sermone Italico, sub titulo: *Aiblas Venetus*, opus magnum prænotatum:

*Descriptio Generalis Historica Geographica*, tom. 13. in fol. imperiali, quorum tomus sextus inscriptus *Theatrum Civitatum* prodijii distributus in volumina quinque in fol. & in 48. volumina in 8. cum figuris varijs. Vidi. Edidit insuper:

*Palestram litterariam* in fol. imperiali, tom. I.

*Sacrarum Legum*, volumina duo in fol.

*Historialem effigiem Cardinalium viuentium*, tom. I. in fol.

*Historiam Religionum Claustralium, & Equestrium*, tom. 3. in fol.

*De nobilitate perpetua in familia Mortini*, tom. I. in fol.

*Historiam Peloponnesinam*, sermone Gallico, tom. I. in fol. & in 8.

*Historiam eandem*, Italice, tom. I. in fol. & in 8.

*Cursum Geographicum*. Venetijs anno 1723.

*Tabulam Synopticam Cardinalium*, tom. I. in fol.

*Tabulas Geographicas varias*, num. 250. tom. I. in fol. imperiali.

*Dona, & fructus S. Spiritus mysticis emblematis expressa in gratiarum actionem pro recuperata in Patriam post periculum, diuturnaque valetudinem, in cunctitate*.

*Coriphænum per Venetorum Urbem*. Editio ultima 33.

*Epitome Historicum Regni Siciliae, ac Insula Melitensis*, tom. I. in 8.

*De Peregrinatione sancta in Assisium, aliaque Sanctuaria*, tom. I. in 8. figuris 20.

*Insignia Venetorum*, tom. I. id 16.

*Expeditionem Anglicam*; tom. 2. in 8. figuris 56.

*Rome festivæ*, tom. I. in fol.

*Synopsis Episcoporum Ecclesie Bergomensis*. Coloniae 1706. in 8.

*Vitam Ludovici XIV. Galliarum Regis* in 12. Gallicè.

*Tabulam Synopticam Summorum Pontificum*.

*Archipelagum*, tom. 2. in 8.

*De Rævena antiqua, & moderna*, tom. I. in 8. Hæc, & alia hujusmodi edita seorsim in 8. continentur in 5. tomis in fol. sui operis inscripti: *Theatrum Civitatum*.

*Viridarium Religions Seraphica*, hactenus mihi ignotum, laudatum verò ab Authore in Catalogo suorum operum præfixo, tom. sue Bibliothecæ Universalis.

*Constitutiones Urbanas*, vñā cum Decretis ad Conventuales p[ro]fessiones.

*Historiam schismatis Gracorum.*

*Manuale Minorum Conventualium*, ac expositio Regule Seraphicae.

*Kalendarium Venetum Jacobo-prophanum*. Ultima editio vigesima prima.

*Litteras Pastorales ad suos Conventuales*. Romæ apud Placco 1701. in 12.

*Chronologias Summorum Pontificum*, ac Eminent. Cardinalium.

*Chronologiam Minorum Conventualium*. Demum scriptis opus verè ingens in 45. volumina distributum, sub titulo communi: *Bibliotheca Universals Sacrae Profanae*.

Tomus I. continens A. & E. prodijit Venetis 1701. impensis Antonij Tivani.

Tomus 2. ab Ag vsque ad Al. Ibidem.

Tomus 3. ab Am vsque ad Ao. Ibidem.

Tomus 4. ab Ap vsque ad Az. Ibidem.

Tomus 5. à Ba vsque ad Bg. Ibidem.

Tomus 6. à Bi vsque ad Bz. Ibidem.

Tomus 7. amplectitur litteram C. Ibidem. Vidi. Desiderantur alia septem supra triginta volumina, quæ ad pralum matura habebat anno 1707.

*Indicem suorum operum*, tom. in 12. Ineditam quoque reliquit:

*Historiam Religionum totius mundi*. Ut tandem in paucis maxima enartem, ecce inscriptio sue Bibliothecæ Latinitati donata: *Bibliotheca Universalis*, seu *magnum Dictionarium, Historican, Geographicum, Antiquo-Modernum, Poeticum, Chronologicum, Genealogicum, Mathematicum, Poeticum, Botanicum, Medicum, Chemicum, Chirurgicum, Philosophicum, Theologicum, Biblicum, Predicabile*, &c. Incredibili hæc videntur Authori cujusdam libelli ridiculè prænotati Charlataneria; sed multi quod ignorant blasphemant. Sub-

jicio ejus in laudem:

\*\*\* \*\*\* \*\*\*

## EPIGRAMMA.

*Quomodo Sol Cælum, Solem lux alta coronat;*  
*Sic Coronelle micas pulchra corona tui.*

*De genio tam mira tuo memorantur, vt omnem*  
*Exuperent, quamvis omnia vera, fidem.*

*Digna legi scribis: scribi dignissima cogis;*  
*Scripta probant doctum te tua, facta probum;*

*Vincenti dabitur Cæli pro pignore Manna*  
*Quod Coronelle tenes venit ab Arce Poli.*

*Hinc tua tellerem, Cælumque volumina cingunt,*  
*Quod mare, quod tempus, quodque quis ambit habent.*

*Multa volant prælo; prælo non sufficit omne,*  
*Ut tanti Vatis fama secunda volet.*

*Unum de Simplicitate:*  
*Alterum de Prudentia Christiana in 4*  
*ex Annalibus laudatæ Provinciæ*, fol.  
214.

*VINCENTIUS MUSSART*, Parisiensis, primus Pater, & Reformato Tertiij Ordinis in Gallia, de quo Fr. Joannes Maria Veronensis in Syllabo Scriptorum Tertiariorum: Nulla, inquit, erit tam sorda posteritas, nulla tam ingrata fama, que non in Cælum, debitum illum laudibus ferat. Gallicè edidit, recensente Uaddingo:

*Regulam Pænitentium Tertiij Ordinis S. Francisci cum declarationibus Summorum Pontificum, & expositionibus Dionysij Carthusiani*. Parisijs anno 1620.

*Apologiam PP. Tertiij Ordinis*. Nancæ 1632.

*Apologiam in gloriam Benigni à Genua*  
*Ministri Generalis totius Ordinis S. Fran-*  
*cisci pro stabilitamento reformationis in Ga-*  
*llia*. Parisijs 1622.

*Theologiam Mysticam per modum medi-*  
*tationis super Evangelia pro omnibus Do-*  
*minicis, festis, & diebus anni*. Lugduni 1629.

*Devotionem Presepij*. Parisijs 1628.

*Flagellum blasphematorum*. Obiit Lu-

*titiae anno 1637. 17. Augusti.*

*VINCENTIUS DE NANI*, seu NANÆJENSIS, Gallus, Recollectæ Provinciae S. Dionysij Pa-

ter, communis facit vernaculè tractatus duos.

Nancæ anno 1702. in 8. Ex Jacobo Le-long, lib. 3. iuxæ Bibliothecæ Gallicæ, num. 6623.

VINCENTIUS PASTOR FERNANDEZ, Hispænicè evulgavit:

*Genealogiam, ac Catalogum Regum Hispaniæ.* Valentiaæ 1699. in 4. Vidi.

VINCENTIUS A PLAGIS, Lusitanus, strictioris Observantiaæ Discalcedatorum alumnus, Theologus, S. Officij Qualificator, trium Ordinum Militarium Examinator, ac suæ Provinciæ S. Antonij Ulyssiponensis Chronologus, ad prælum maturam habet

*Partem primam Chronicorum sua Provincia,* in fol. Vidi.

VINCENTIUS RAGUSA; Moticensis, Lector Generalis, ac Provincialis Minister Netiæ Provinciæ Regularis Observantiaæ, Vir moribus, & doctrina præstans, ad cuius intercessionem nonnulla mirabilia Deum portasæ tradituri, Antonio Mongitore attestante, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ; scriptis prodidit Italice:

*Rosarium pro animabus Purgatorijs.* Panormi apud Petrum de I sola 1675. in 12. suppresso nomine.

*Thesaurum spirituale.* Ibidem per Basiūm 1676. in 24.

*Artem salutis spiritualis, vbi de vijs purgativa, illaminativa, & unitive.* Panormi apud Felicem Marinum 1700. in 32. Italice. Vidi. Inedita reliquit;

*Logicam* in 4.

*Physicam* in 4.

*De Anima* in 4.

*De Sacramentis* in 4.

*De rebus mysticis plurima.*

*Devotiones variæ ex D. Bonaventura;* varijsque AA. decrpta, in 24.

*Officium D. Bonaventurae.*

*Volumen suspiriorum.*

*Septem gaudia, & dolores S. Josephi,* Rythmis Latinis, & profsa.

*Septem Ave Angelis Custodis,* Latinæ, & Italice, atque alia hujus generis vincita, & soluta in 8.

*Tragediam in laudem Immaculatae Conceptionis B. Mariae* in 8.

*Sylvam maiorem pro efformatione quatuor Quadragesimarum, quatuor Adventuum, ac Octavarum SS. Sacramenti, & Immaculatæ Conceptionis Regine Angelorum, Dominicallum Concionum per annum, & Concionum de Missione* in 4.

*Sylvam minorem ad efformandas Conciones de Sanctis, de Purgatorio, &c.* in 4.

*Salutationes metricas in laudem S. Annae,* Italicæ in 8. Hæc omnia asservantur in Moryensi Cœnobio, quo Author abunde meritis cumulatus sanctè decessit 24. Maij 1703. ingenti omnium dolore. Seorsim ab alijs sepultus, hoc epitaphio insignitus jacet in Ecclesia S. Mariæ de Jesu:

*Vincentius Ragusa Moticensis Min. Observ. Concionator Apostolicus, Lector Generalis, Guardianus, Diffinitor, Custos, Provincialis, apud se ipsum nihil; apud alios, Sancti Patris Pauperum, & humilium filius. Decessit anno M. DCC. III. Maij XXIV. etatis LXXIII.*

Eius vitæ, & virtutum compendium editi Hieronymus Renda Ragusa Panormi anno 1705. Vide præcitatum Mongitore.

VINCENTIUS RICCIUS A SEVERO, Ampulus, Regular. Observ. Provinciæ S. Angeli, Sacrae Theologiae Professor, edidit Italice:

*Hieroglyphica Moralia, in quibus virtutes prosequendas, & virtus fugienda esse demonstratur.* Neapoli apud Joannem Dominicum Roncagliolum anno 1626. in 4. Emissit insuper Italico sermone opus prænotatum.

*Emblemmata Sacra, & singillatim de Excellentijs Beatissime Virginis, S. Joannis Evangelistæ, S. Petri Apostoli, ac Christi Domini.* Venetijs 1654. in 4. Vidi.

VINCENTIUS ROTHOMAGEN-SIS, Congregationis Gallicanæ Tertiæ Ordinis Regularis alumnus, Vir doctrina conspicuus, de cuius lucubrationibus agunt Uvadingus, Bordonius, & Veronensis in suis Catalogis, posteritati reliqui Gallicæ:

*Felicem occursum, seu Historiam B. Virginis Boni Occursus propè Agendicum.* Tolosaæ 1642. in 8.

*Spoliationem Egypti.*

*Meditationes in Hieremiam.*

*Conciones de Corpore Christi.*

*Amples, & per pulchras meditationes in Divina Mysteria Vita, & Mortis Christi*

Re-

*Redemptoris nostri, in 4.* Laudatur à Jacobo Le-Long, fol. 39. iuxæ Bibliothecæ Gallicæ.

VINCENTIUS RUFINUS, Savonensis, Regular. Observantiaæ, Vir doctus, probitate, assiduaque Sacratum Literaturum lectione clarissimus, edidit:

*Compendium Mysticæ Theologie,* in quinque libros divisum.

*Compendium Meditationum.* Ex Raphaele Soprano, & Athenæo Ligustico, fol. 539.

VINCENTIUS SAPERA, Hispanus, Regularis Observantiaæ Provinciæ Gottolaniensis vernaculè conscripsit, ac edidit librum mysticū prænotatum.

*Monilia animarum devotarum.* Barcino anno 1667. & 1705. ex relatione laudatæ Provinciæ.

VINCENTIUS SICULUS, Regularis Observantiaæ Professor in eadem Provincia, anno 1593. quo clarebat, publici juris fecit:

*Senatus, Populique Romani Epitaphia in Scenis. Duceam Alexandrum Farneſium Principem amplissimum.* Roma apud Gulielmum Faſciotum, anno 1593. in 4. teste Antonio Mongitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ.

VITALIS ADRIASIUSS DE RAGUSIO, Minorita, scripsit, non autem edidit:

*Arborem, ac Relationem Provinciae Raguſinae.* Extabat M. S. apud Fr. Petrum de Alva, iuri ipfem afferit, col. 1469. iuxæ Militie.

VITALIS ALZIRA (alijs ALGEI-ZIRA) ex Alzira Oppido Valentini Regni, Hispanus, in Valentina Provincia Minorum Capuccinorum Historijs domesticis deditus, concinnavit, in duodecimque tabulis æneis sculptis, ab Arturo, Genueni alijisque laudatum:

*Epilogum totius Ordinis Serapici P. N. S. Francisci quem dicavit Illustriſimo D. Joanni de Montoya, Civitatis Caubensis, & in las Plas Gubernatori.* Prodiit primùm Antuerpiæ anno 1626. secundò Burdigalæ 1640. & tertio Romæ 1643. Elaboravit etiam, & pariter in 12. tabulis excudit:

*Arborem originis, & progressus Minorum Capuccinorum,* quam dicavit inclito Heroi, & Capuccino strenuo Mœcenati D. Octavio Centuriono Patrio Genuenio, Marchioni de Monasterio, & Philip-

pi IV. Regis Catholici Thesaurario, Valentia apud Joannem Philippum Janse-nium, anno 1662. Scripsit insuper, & typis dedit:

*Historiam Chronographicam, in qua per extensum exponit, quod in dictis epilogis continetur.* Habetur de eo mentio in Bibliotheca Valentina, pag. 459. minimè vero in Bibliotheca Hispana Nicolai Antonij.

VITALIS A FURNO. Vide Joannes Vitalis.

VITALIS DE VITALIBUS A MONTE REGALI, Pedemontanus, Regul. Observantiaæ alumnus, Vir pius, ac doctus, teste Andrea Rosoto in Syllabo Scriptorum Pedemontij, edidit:

*Mundi creationem, octo imaginibus.*

Item, *Flores viridarij, quæ nondum venerunt ad manus.*

VITUS CORTONENSIS, Etruscus, S. P. N. Francisci discipulus, Provinciæ Romanæ Minister, post propagatam Fidem in partibus Orientalibus, docum regressus, scripsit:

*Vitam B. Humiliane Tertiæ Ordinis S. Francisci, quam ex M. S. Codice originali in Florentio Conventu S. Crucis asserto edidere Continuatores Bollandi ad diem 19. Maij, tom. 4. fol. 386. & sequentibus. Eundem vitam in compendium rededit Raphael Volaterranus, & politiori stylo.* Meritis clarus obiit Vitus iste circa annum 1250. Commendatur à Uvadingo hic, & in Annalibus ad annum 1246. & à Terrinca in suo Theatro Provinciæ Tusciae, fol. 212. Sed præstat audire præcitatum Uvadingum ad annum Christi 1211. §. 10. Alium etiam, inquit, S. Pater sub humili illo domicilio collegit Civitatis Cortonensis Virum nomine Vitum, cui vera Religionis species, & summus honoris Divini, & salvandorum animarum zelus magnus apud Sanctum Magistrum peperere opinionem.

VITUS PISA, scilicet PIZZA (quem Marcum Vitum Pisam vocat Uvadingus) Claramontanus, in Provincia Sicula Minorum Conventualium Theologica Magistri laurea exornatus, & Ecclesiastem agens cum eruditis Oratoris laude, prælo commisit:

*De divino, & humano intellectu, & de bonis sensu, ex Peripatheticis tractatum, in cuius fine quæsumus illud, an compositum sua forma sit præstantius nobilius-* ques-


que, collocata. Patavij apud Joannem Baptis tam Amicum 1553. in 4.

*De ente, & effectu tractatum.* Ex Philippo Cagliola in Manifestatione Provinciae Siculae Minor. Conventualium, explorat. 3. manifest. 4. pag. 129.

*Conciones super Psalmum Miserere, una cum Concione de Divina misericordia,* Italico idiomate. Messanæ 1567. & 1589. typis Hæredum Fausti Bufalini, in 4. Prodierunt etiam, ex Bibliotheca Bodleiana, pag. 393. anno 1565. *De eo Petrus Rodulphus, lib. 2. Historia Seraphica*, pag. 282. & 335. Joannes Franchinus in *Bibliosophia*, pag. 573. & Rochus Pyrrus in *Notis Ecclesie Syrac.* apud Antonium Mongitore, tomo 2. sua Biblio-

theca Siculæ, ita de eo scribentem: *Vitus Pizza Claramontanus Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci gravioribus disciplinis operam dedit in Patavino Lycæo Ordinis sui, ac doctissimis Philosophis, & Theologis accensitur, Theologica Magistri laurea exornatus est.* Ecclesiastem egit, cum erudit Oratoris laude. In studiorum curriculo aliquandò socium habuit Felicem Peretum, qui ad Pontificiam Sedem Sixti V. nomine assumptus, Vitum Romanum accersivit, ac nonnullis benevolentia argumentis excepit. Virtutibus clarus alijs exemplis fuit. Clariuit anno 1586.

\*\*\*



UNI-

## UNIVERSITATES.

## DISCE OTIARI LECTOR, NEC OFFENDES IRATUM

Platonem, è Republica otiosos eliminantem. Habetis quos æmuleris, vel me otiantem, vel tot Minoritas, quot Orbis publicas Academias illustrarunt, de quibus cursim sermonem instituo. In hanc se dedere viam de Scriptoribus agentes, & rectè cogitantes. Ita D. Antonius Mongitore in sua *Bibliotheca Sicula*, pertractat de *Ascensorum Academia*: Pitseus in *de Scriptoribus Anglis agit de Oxoniensi, & Cantabrigensi Academis*: Bibliothecæ Valentiniæ Author de *Valentina Universitate*: Augustinusque Oldoinus de *Academia Insensatorum*, in suo *Athenæo Augusto Perusinorum*, pag. 1. Ad Academias ergo Orbis me verto, vel institutas, vel renovatas, vel ab aliquo ex alumnis S. P. N. Francisci illustratas, vel in quibus, laudabilis (appellata olim *Minorum opinio*) sententia præservationem Reginæ Angelorum ab originali labe propugnans constantissimè creditur, docetur, prædicatur, & coronata triumphat.

**U**NIVERSITAS AURELIANENSIS, Fundatorem habuit S. Ludovicum Regem, Tertiij Ordinis Franciscani alumnus. Decorata fuit à Philippo Pulchro anno 1312. Consule R. P. Andreiam Mendo de Jure Academicō, lib. 1. quæst. 6. Laudatur etiam, quod in ea Sacrae Theologiæ Jurique Pontificio operam dedit S. Ivo Presbyter ex Tertio Ordine Seraphico, commendatus tomo 2. hujus Bibliothecæ, pag. 94.

**U**NIVERSITAS BAEZANA, teste laudato Mendo Fundatorem habuit V. Presbyterum, Apostolicumque Virum Joannem de Avila. Juramento se adstrinxit non solum in publicis actibus, verum etiam in privatis, imò & in internis, munitionem Conceptionis Deiparae credituram, professuram, ac curaturam. Lege P. Velazquez, lib. 4. dissert. 8. adn. 1.

**U**NIVERSITAS BARCINONENSIS solemniter juravit defendere gloriosam Virginem Genitricem Dei Mariam nonquam subjacuisse originali peccato. Consule Armamentarium Seraphicum, pag. 385. Cathedra gaudebat in qua B. Raymundus Lullius propugnabatur, teste Hebrera, tomo 1. Chronicor. Prov. Aragonum, lib. 2. cap. 65. num. 527. Eloquentia professor fuit in hac celebri Tom. III.

Academia Cyrus à S. Cruce laudatus tomo 1. hujus Bibliothecæ, quam consulas tomo 2. pag. 213. verbo *Ioannes Rosa*, & præcitatum Mendo ibidem quæst. 6. Ad Cathedras quoque ascenderunt plures ex alumnis Aragonensis Provinciae. Consule laudatum Hebrera ibidem lib. 1. cap. 37. num. 407. In eadem Academia Doctoratus apicem adeptus est Fr. Alexander de Alexandria.

**U**NIVERSITAS BITURICENSESIS in Gallia suum profitetur conditorem S. Ludovicum Regem Tertiarium Franciscanum, de quo egi tomo 2. hujus Bibliothecæ, pag. 267. Debet suum incrementum Carolo duci fratri Ludovici X. qui anno 1463. diplomate illam confirmavit, teste laudato Mendo ibidem quæst. 3.

**U**NIVERSITAS BONONIENSIS à Theodosio instituta, & ante annum salutis 800. renovata, Cathedra gaudet pro explanatione V. Doctoris Subtilis, in ea quoque Immaculatæ Conceptionis Deiparae Mysterium propugnatur à diebus antiquis. Consule Armamentarium Seraphicum, pag. 470. B. Raymundus Lullius Tertiij Ordinis Franciscani alumnus, ac Mærtv. invictus, pejuit in Concilio Viennensi, & zelo animarum flagrant efficit, ut Bononia fundaretur. Coll. N

gium linguarum Orientalium. Inter ejus Minoritas Academicos commendantur Albertus Belletus, Alvarus Pelagius, Franciscus Nanius, Petrus Capullius, Balthasar Paglia, Alexander Burgos, Dominicus Maria Pascini, Ludovicus Donatus, Bonaventura Passerus, Antonius Delphinus, ac Bernardinus Pratus, Minister Generalis Ordinis Minorum, & Athenarium Archiepiscopus à Uvadingo laudatus ad annum 1513. 1516. & 1517. Floret Bononiae Collegium Theologorum ab anno 1364. inter eujus primos Fundatores recenset V. Fr. Franciscus Adrianus, Minorita laudatus à D. Antonio Masiini in sua Bononia illustrata die 17. Decembris, pag. 559. Illustratur à Francischino Vicedomino laudato tomo 1. hujus Biblioth. pag. 354. & Francisco Nanno de quo ibidem pag. 434. Nec oblivious dandum Majus Collegium Bononiense ab Eminent. Cardinali D. Egidio Albornoz erectum anno 1364. ex eujus præclaris alumnis nonnulli Seraphicam Religionem doctrina, ac exemplo illustrarunt. In illis Joannes Montesdoca laudatus tomo 2. hujus Biblioth. pag. 192.

UNIVERSITAS CÆSARAUGUSTANA, fundata anno 1474. sed anno 1583. à Carolo V. Imperatore, & Hispaniarum Rege ( laudato tomo 1. hujus Bibliothecæ) amplificata mentem V. Doctoris Subtilis ex Cathedra propria aperit, ac Matri admirabilis præservationem ab Adamitica labe, ex voto propugnat. Hanc illustravit, ex Minoritis, Academiam Joannés Antonius Grossus, & Antonius Castel de quibus sermonem instigatu tomo 1. hujus Biblioth. pag. 98. & tomo 2. pag. 122. Plures quoque ex alumnis Prov. Aragonensis in ejusdem Cathedras ascendisse recenset laudatus Hebrera, tomo 1. Chronic. ejusdem Provinciæ, lib. 1. cap. 37. num. 407. In memoriam hic revocare oportet celebre S. Didaci Cæsaraugustanum Collegium anno 1600. erectum præclarissimis Viris abundans. Recenset sane ex ejus alumnis 9. Apostolicos Viros sanctitaris fama illustres, 40. Scriptores, Episcopos ttes, à Concionibus, & Confessionibus Regum, & Principum 9. Sanctæ Inquisitionis Qualificatores 40. Doctorum laurea insignitos 3. Examinatores Synodales, ac Regalium Congresuum Theologos 30. Ministros Provinciales 32. aliarum Provinciarum Visitatores 18. à Secretis Generalibus Or-

dinis 7. Diffinitores Generales 4. Generales Procuratores 5. Commissarios Generales 5. vnumque pro multis totius Ordinis Ministrum Generalem RR. ac Illust. D. Fr. Petrum Manero laudatum tomo 2. hujus Bibliothecæ, pag. 458.

UNIVERSITAS CALATHAGERONENSIS Philosophiæ, ac Theologiae laurea donatum habuit Fr. Celidonium Sini, teste D. Antonio Mongitore, tomo 1. Bibliotheca Siculae.

UNIVERSITAS CANTABRIGENESIS à Cantabro Rege Hispanorum erecta, instauratur anno 1277. teste Muslancio, quem consulas tab. 4. & Mendo de Jure Academicus, lib. 1. quest. 5. Immaculatam Virginis Conceptionem ( cum Fides Catholica florebat in Anglia) tortis defendebat viribus, vti testatur Cucarus in Lucidario Mariano, parte 2. fol. 64. Ad hanc destinatus Academiam Fr. Bartholomæus de Rinoyecho Minorita legit libros Sententiarum anno 1377. Consule Uvadingum ad annum 1376. Eamdem illustravit Fr. Guilielmus Folvillus commendatus tomo 2. hujus Biblioth. His adde præstantissimos Academicos Minoritas Vincentium Conventriensem, Stephanum Baronis, & Joannem Uvichnam de quibus Pitseus. Plura de Cantabrigensi Academia habes apud eundem Pitseum, & apud Joannem Cajum in suo opere edito Londini anno 1571.

UNIVERSITAS COLONIENSIS, minimè, vt plures volunt apud Escartini videndi ( pag. 56. sua Mappa Subtilis ) à V. ac Subtili Doctore erectora fuit, quamvis ejus triumphis, ac doctrina plurimum illustrata fuere ejus fundamenta, instituta enim fuit anno 1392. seu 1388. Sanè in Coloniam Agrippinam, Ministro Generalis Ordinis jubente, se contulit Subtilis Doctor, & pro Academia fundanda, & pro convellenda Berguinarum, & Bairdorum hæresi, & pro Immaculata Virginis Conceptione stabilienda. Ipsi advenienti Senatus cum Clero obviari processit, eumque solemni pompa, vñque ad cui Ordinis Cenobium deduxit. Afectionisque tanti Doctoris firmiter adhaerens hæc celebris Academia decrevit anno 1499. vti ad hunc annum Trihemius narrat, constitutione firmissima tenendum, sentendum, credendum, docendum, prædicandum, & constantissime defendendum.

ab

ab omnibus suppositis suis, quod B. Dei Genitrix Virgo Maria ab omni labe originalis peccati, ex singulari prærogativa divina potentia semper fuerit preservata, exempta, & privilegiata. Consule Uvadingum ad annum 1308. Hanc illustravit Academiam Hentricum Uverlius laudatus tomo 2. hujus Biblioth. pag. 65. & pariter Colonensem Ecclesiam Hentricus Helmesius, de quo ibidem pag. 58.

UNIVERSITAS COMPLUTENSI in toto Orbe terrarum celebratissima, primitus tribus conditis Cathedris, Pio II. confirmante anno 1459. erectora fuit ab Illust. D. D. Ildephonso Carrillo de Acuña, Toletano Archiepiscopo in religiosissimo S. Mariæ à Jesu ( nunc etiam S. Didaci ) ejusdem Urbis ( tunc Oppidi ) Conventu ( ab ipso etiam erectoro ) Guardianum constituens Universitatis perpetuum Rectorem. Interim litteris operam dedere Antonius Nebricensis, ac S. Thomas de Villanueva. Consule Portilla in Historia Complutensi, Mariana de rebus Hispaniæ, lib. 24. cap. 22. Gonzalez, tomo 6. Chron. Ord. lib. 3. cap. 29. & Fr. Antonium Roxo, lib. 1. Histor. S. Didaci, cap. 5. & 6. Præcipuum, & merito conditorem suum profiteretur ab anno 1500. V. ac Eminent. Cardinali D. D. Fr. Franciscum Ximenez, Archiepiscopum Toletanum, quam Authoritate Alexandri VI. sex supra quadraginta Cathedris ornavit, erectoro etiam intra eamdem Academiam florentissimo Majori S. Ildephonsi Collegio, cujus Rectoris est in Academiam omnem authoritas, & juridictio. Pariter, gratitudinis ergo, vna cum laudato Collegio, Majus aliud sub titulo SS. Petri, & Pauli Minoritis variarum Provinciarum traditum instituit, cujus extant monumenta insignia, & ex quo supra invidiam prodire clarissimi Viri, qui in ore, & cunctorum memoria versantur. Gloriat, & jure Collegium hoc fecundam esse parentem, valde Venerabilium Fr. Angelii del Pas, Fr. Francisci Gonzaga, & Fr. Alphonsi Lupi sanctitatis fama insignium de quorum Canonizatione agitur: 3. Ministrorum Generalium Ordinis: 6. Commissariorum Generallium Familia, & Indiarum: 18. Ministrorum Provincialium Provinciæ Castellæ, supra 30. clasicorum Scriptorum, trium ad Tridentinum Theologorum, supra 16. Episcoporum, Archiepiscoporum quinque, ac Venerabilis Fr. Didaci

Tom. III.

de Zuñiga, qui obijt designatus Cardinalis à Sancto Pio V. Quid ultra? Consule Eugenio de Robles in vita V. Cardinalis Ximenez, cap. 16. Gonzaga in de Provincia Castellæ Salazar, lib. 3. Chronicor. Prov. Castellæ, cap. 32. Daza 4. parte Chronic. Ordinis, cap. 21. sed audire præstat ex Uvadingo Haroldum ad annum Christi 1498. num. 5. de conditoris re agentem: Quantò verò, inquit, in Ordinis, & Reipublica bono statuerat hic servus Dei, facile percipiet, qui vertit hacenus ( vsque ad annum 1642. ) inde è solis Franciscanis extiffe plures quam 30. Praelatos quorum aliqui plures continuò Ecclesiastas, easque non insimas Hispaniæ, & Indianarum gubernarunt. Præter aliquot Ord. Gener. heretica pravitatis Inquisidores, Provinciarum Rectores, Concionatores propagata per Indias Fide, & accensa per Europam pietate conspicuos, Philosophias, ac Theologie professores per totam ferè Hispaniam nominatos. Mitto Illustrissimos Dominos D. Fr. Gregorium Tellez, & D. Fr. Petrum Espinosa, impræsentiarum Episcopos, quorum primus Civitatem, secundusque Jaccensem, haud sine laude regit Ecclesiam. Lege tomum 8. Chronicorum Ordinis, à R. A. P. Fr. Euzebio Gonzalez apprimè conscriptum, in quo peculiaris de tanto Collegio ejusque copiosis fructibus memoria agitur. Fundavit in sua Academia magnificus Ximenez pro sui præceptoris V. ac Subtilis Doctoris doctrina aperienda, & propugnanda primariam Cathedram, cuius prius moderator recenset Fr. Clemens, vlo absque cognomine notus, ex Prov. Castellæ Regularis Observantie. Præstat nunc audire V. Delgadillo in præfat. sui 2. principij Complutensi. Audebo enim, inquit, post longam jam Complutensi Schola concentrationum assidentiam ( viginti duorum annorum ) affervere ferè omnem Philosophiam, & Theologiam, quæ communiter in hac Academia circumfertur, germanam esse Doctoris Subtilis mentem, proprios labores, & primos ejus ingenij partus. Studijs in eadem Academia vacavit, missis non paucis Minoritis sanctitate illostribus S. Martinus ab Ascensione Discalceatus, Japponiensis Martyr, cuius gesta vernaculae conscripsi tomo 1. Chronic. Prov. S. Pauli, lib. 5. Quinque dumtaxat Minoritas ex nostris Scriptoribus Complutensibus numerat P. Mendo de Jure Academicus, lib. 1. quest. 6. numerari autem debent supra quadraginta, nec

N 2

præ-

prætermitti in eadem Academia ad Doctorum gradus promoti, nempè Fr. Antonius Grossio, Joannes Gaa, Petrus Aranda, Petrus à S. Bonaventura, Andreas Cornejo, Ferdinandus Paez, & alij. Gaudebat etiam hæc Academia Cathedra propria B. Martyris, ac Doctoris Illuminati Raymundi Lullij, teste Hebreæ, tomo 1. Chronic. Prov. Aragon. lib. 2. cap. 65. num. 517. Apud Armamentarium Seraphicum, pag. 353. Formam habes juramenti, sub cuius Religione defendere spondet præservationem Purissimæ Virginis ab omni originali peccato, vti semper tenuit, ac docuit. Egi de Academia ista tomo 1. hujus Bibliothecæ, pag. 51. Consule prædictum Mendo ibidem. His adde à pluribus hujus Academiæ Magistris approbatam esse Historiam conscriptam à V. Matre de Agreda.

**UNIVERSITAS COMPOSTELLANA** ab illust. D. D. Alfonso Fonseca Compostellano Archiepiscopo circā annum 1520. erigitur, plureisque Minoritas Doctorali laurea insignitos, ex alumnis præcipue Provinciæ S. Jacobi, connumerat, teste Fr. Jacobo de Castro, tomo 1. Chronic. ejusdem Provinc. lib. 3. cap. 6. pag. 132. Anno 1617. decimo octavo Kalend. Januarij religioso se adstrinxit juramento ad sentiendum, defendendum, ac docendum Almam Deiparam semper Virginem ab Adamitica labe immunem fuisse. Ejus exemplum habes apud Armentarium Seraphicum, pag. 341.

**UNIVERSITAS CONNIMBRICENSESIS**, primitus Ulyssipone authoritate Nicolai IV. Pont. Max. (de quo tomo 2. hujus Bibliothecæ, pag. 394.) fundata, suum hic, & meritò locum parat. Fovet à Sancta Elisabetha Portugallia Regina, & Sancta Tertij Ordinis S. P. N. Francisci. Sed præstat audire R. A. P. Franciscum de Mendoza, Soc. Jesu. Hæc Sancta in Lusitania (inquit lib. 6. Viridarij, orat. 3.) litterarum institutis officinam, si auditorem species, numero fami si doctrinam, salutarem; si redditus, locupletem; si favorem, quo augustissima Regina instar Mæcenatis aspirabat, praे omnibus, que usque florent Academis, fortunatam. In hac ergo fortunata Academia minimè desideratur Cathedra, pro aperta V. Doctoris Subtilis interpretatione. Ex Academicis occurrit Ignatius à Costa laudatus tomo 2. hujus Biblioth. pag. 110. Arden-

ter in ea propugnatur Immaculata Conceptionis Virginis. Consule laudatum Velazquez, lib. 4. dissert. 8. adnot. 1. Olim, & annis multis profeflores habuit Theologiae Sacrae præclaros Minoritas Prov. Portugalliae. Consule tom. 2. Chronic. hujus Provinciæ, lib. 7. cap. 18. & tom. 1. lib. 2. cap. 11. & 30.

**UNIVERSITAS CRACOVIENSIS** in Polonia, à Casimiro Rege fundata anno Virginei Partus 1361. præter Cathedram Theologicam, Subtilis Doctoris doctrinæ Cathedram Philosophicam aperuit, vt videre est apud Bartholomæum Mastrium de Meldula in Cœtu Philosophico, in tomo de Anima, in Prologo ad Lectorem. In hac aliquique Academijs 38. annos consumpsit Hannibal Rosellus laudatus tomo 2. hujus Biblioth. pag. 51.

**UNIVERSITAS DUACENSIS**, vñ cum Collegio, quod Regium vocatur, conditorem suum agnoscit ab anno 1562. Philippum II. Regem Catholicum, & Tertij Ordinis Seraphici alumnū laudatū tomo 2. hujus Bibliothecæ, pag. 488. Doctores omnes, ac Licenciatos hujuscce Academiæ approbasse anno 1636. Historiam veritatem celeberrimæ Indulgentiæ de Portiuncula recenseret Fr. Matthias Grouvels in sua Historia Critica Indulgentiæ Portiunculæ, parte 2. pag. 221. Excidere nec debet Collegium S. Bonaventura PP. Hybernorum, ex quo Viri docti prodiere, & quinque ob Fidem Catholicam martyrio affecti. Consule Francicum à S. Clara in suis Fragmentis Prov. Anglia, pag. 128.

**UNIVERSITAS DUBLINENSIS** in Hybernia anno 1520. erecta, primos habuit Theologæ Magistros Uviliculum de Dith Ordinis Prædicatorum, & Henricum Cogrium, ac Edmondum Bernardem, seu Kemerden, Minoritas. Consule Haroldum ad annum 1520. num. 7.

**UNIVERSITAS EBOREN SIS** in Regno Lusitaniæ celebris, (cujus memoriam agit laudatus Mendo ibidem lib. 1. quæst. 6.) ab Infante Cardinali Henrico anno 1559. erigitur, credit, ac profitetur supremam Cœli Reginam semper Immaculatam, Deoque gratissimam fuisse. Consule Velazquez, lib. 4. dissertat. 8. adnot. 1.

**UNIVERSITAS FERRARIENSIS**, in Italia ab Alberto Ferrariæ Principe insitutus

tituta anno 1316. Cathedram designatam habet doctrinæ V. Doctoris Subtilis, teste Escartin in sua *Mappa Subtili*, pagin. 223. Hanc illustravit Academiam Mauritus Centinus laudatus tomo 2. hujus Biblioth. pagin. 356. Petrus Antonius Rosinus, de quo ibidem pag. 432. & Rodulphus Agricola, cuius memoriam habes tomo 3. hujus Bibliothecæ, pag. 67.

**UNIVERSITAS FLORENTINA** perfecta à Sereniss. Cosmo Medices Magno Duce Tuscia, anno 1571. Immaculatae Conceptioni Deiparae studiosissima fuit, & est. Professores ex Minoritis laudat Fr. Bonifacium Agostini, & Fr. Basiliu Neri, de quibus tomo 1. hujus Bibliothecæ, pag. 241. & 106. Commendatus à Volaterrano, & Poñano apud prædictum Mendo ibidem quæst. 2.

**UNIVERSITAS GRANATENSIS** à Carolo V. Hispaniarum Rege (laudato tomo 1. hujus Bibliothecæ) fundata anno salutis 1531. tam ardenter ad docendam, & defendendam Mariæ immunitatem se adstrinxit, vt simul affirmaverit se pro pia opinione mortem subire minime dubitare, vti constat ex juramenti formula exscripta à P. Velazquez, lib. 4. dissertat. 8. adnot. 1. §. 8.

**UNIVERSITAS HISPALENSIS** in Provincia Bætica, vulgo *Mæffe* *Rodrigo* vocatur, sumpta denominatione à Magistro Roderico Fernandez ejus Fundatore, tempore Catholicorum Regum Ferdinandi, & Elisabethæ. In ipsam inclusum est Collegium insignis eadem nomenclatura insignitum, quod inter Collegia Majora recenserit concessit Philippus IV. Hispaniarum Rex laudatus tomo 2. hujus Bibliothecæ, pag. 2. 487. Consule prædictum Mendo ibidem, quæst. 6. Et Collegium, & Academiam illustravit V. Fr. Joannes Gongora in Salmantina Academia Doctorali laurea in vitroque Jure ornatus, qui & Rectorem Collégij egit, & ad Cathedram in eadem Hispalensi Academia ascendit. Floruit sanctitate clarus anno 1578. cuius gesta habes apud Daza, tomo 4. Chronic. Ordinis, lib. 3. cap. 75. Nec silentio prætereundum est Collégium S. Bonaventurae ex quo clarissimi prodiere Viri. In his Petrus Benjumea laudatus tomo 2. hujus Biblioth. pag. 437. Doctrinæ V. ac Subtilis Doctoris stabilita gaudet Cathedra, teste Escartin in sua

*Mappa Subtili*, pag. 228. Jus jurandum hujus Academie, quo ipsa ad docendam, & defendendam Mariæ immunitatem se adstrinxit recensetur à P. Velazquez, lib. 4. dissert. 8. adnot. 1. §. 11.

**UNIVERSITAS ILLERDENSIS** anno 1300. florebat à Minoritis præcipue Provinciæ Aragonum filijs, illustrata, in quibus Fr. Thomas Jordanus Sacra Paginæ erat Moderator anno 1390. teste P. Hebrera, tomo 1. Chronic. laudatae Provinciæ, lib. 1. cap. 37. num. 407. & 414. Constantè propugnat præservationem B. Virginis à peccato originali. Consule Velazquez, lib. 4. adnot. 1. dissert. 8. §. 3. Designatam Cathedram habet doctrinæ V. Doctoris Subtilis, teste Escartin in sua *Mappa Subtili*, pag. 223. Gaudebat olim Academia ista Cathedra propria B. Martyris, ac Doctoris Illuminati Raymundi Lullij, vti narrat idem Hebrera ibidem lib. 2. cap. 65. num. 517. De hac Universitate exponi solet illud Horatij Flacci:

*Aut fugiens Uticam, aut vñctus mitteris Illeram.*

**UNIVERSITAS LIMENSIS**, in America à nostro invictissimo Imperatore Carolo V. (laudato tomo 1. hujus Biblioth. pag. 251.) anno 1551. erecta supra 20. Cathedris gaudet. Ejus insignis Collegium de Guadalupe ad Scholasticos in omni scientia sacra instruendos primo fundavit N. Fr. Ildephonsum Pachecus laudatus à Fr. Petro de Alva in suis *Principijs*, principio 24. Marianæ Immunitatis studiosissima eit laudata Academia, vti testatur P. Velazquez, lib. 4. dissert. 8. adnot. 1. §. 3.

**UNIVERSITAS LOVANIENSIS** exordium sumpsit anno 1427. illam autem adauxit Catholicus Hispaniarum Rex Philippus II. laudatus tomo 2. hujus Bibliothecæ, pag. 488. Virginis Immaculatae Conceptionem totis amplectitur visceribus, teste Aponte in cap. 1. sapientia num. 4. digref. 2. suscepit quoque in Cathedra propria defendendam doctrinam V. ac Subtilis Doctoris. Hanc demum gravissimam Academiam plures Minoritæ illustrarunt, nempè Bartholomæus à Middelburgo, Franciscus de Burgo, Martinus de Tuinohut, Franciscus Titelmanus, Guielelmus Herinx, Henricus

Bukentop, Petrus Montanus, Adamus Sasboldus, Hugo Cavellus, Theodorus Smising, & alij. Mitto Collegium Lovaniense S. Antonij Minoritis Hybernis erectum enumerare pro Fide interfectos 15. Archiepiscopos 3. Episcopos 4. totius Ordinis Minorum Diffinitores Generales 2. Provinciales Ministros 8. centum & plures Guardianos, publicos Sacrarum, & Scholasticarum rerum Scriptores 14. Theologiz Lectores Jubilatos 12. zelosissimos Missionarios 160. quorum studio conversa sunt à Schismate, & Hæresi ultra viginti millia nongenti septuaginta, vti authenticè constat ex epistola R. P. Antonij Docharij Provincialis Hyberniae Romam missa ad Capitulum Generale Ordinis. Consule Vernulæum de Academia Lovaniensi, pag. 136.

UNIVERSITAS MAJORICENSIS, (merito laudata à Middendorpio, apud P. Andream Mendo de Jure Academicus, lib. 1. quæst. 6.) anno 1483. à Ferdinandio Catholico Hispaniarum Rege instituta, confirmataque à Carolo V. Philippo II. & III. in hac Bibliotheca laudatis, plurimum olim illustrata fuit à Minoritis Provinciae Aragonensis filijs, teste Hebrera, tom. 1. Chronic. hujus Provinciae, lib. 1. cap. 37. num. 407. Novissime, Sacrae Theologiae Doctorem habuit Fr. Michaelem Perez ejusdem Provincie impræsentiarum alumnū. In eadem Academia specialiter docetur, ac propugnatur doctrina B. Martyris, ac Illuminatus Doctoris Raymundi Lullij; vnde Lulliana Academia vocatur. Gaudet ergo in hac Academia tantus Doctor quatuor Cathedris. Consule Historicas Dissertationes Universitatis Lulliana, dissertat. 2. cap. 1. fol. mihi 124. Insupèr, inter Decreta Capituli Generalis Ordinis, Romæ celebrati ann. 1688. titulo pro Provinciis Hispania, num. 30. hoc habetur: Pro Provincia Majorica, in qua doctrina B. Raymundi Lullij Doctoris Illuminati maximè, ad hæc usque tempora floruit; consultò sancimus, quod tertius cuiuslibet studij Theologici Lector lectiones juxta ipsius Doctoris Illuminati mentem semper legat, & publicas Conclusiones quolibet anno disputandas proponat, &c. Nec silentio prætereundum est Carolum II. Hispaniarum Regem Cathedram Primariam, & Vespertinam in ea item designasse Academia doctrinæ V. Doctoris Subtilis. Sed audire præstat P. Lotte, & Escartin (pag. 223. sive Mappe Subtilis) de Gymnasij

Gymnasiacis, seu Insularum Balearium agentem: In his, inquit, duas precipuas habet sua doctrina Scotus Cathedras designatas, scilicet, Primariam, & Vespertinam auctoritate Pontificia, Cesarea, & Regia. Hic animadvertisendum venit, quod in prefata Academia est Scotti doctrina apud Neutrales communior alij, nam præter Fratres Minores Doctoris Subtilis germanam mentem interpretantes, cuncti Magni Parentis Augustinæ Familiae Proles, atque etiam præclaris SS. Trinitatis Ordinis Sodales, qui maximo studio, & diligentia, mentem Scotti accuratissimè elucidant, enucleatè comprobant, & ratioctnijs firmat, solidisque propagnant.

UNIVERSITAS MEDOLANENSIS (quam ferè extinctam esse testatur laudatus Mendo, lib. 1. quæst. 2.) olim floruit, & deinceps restitura à Magistro Antonio Majoragio. Regentem egit hujus Academia Eleutherius Albergonus Episcopus Montis Marani, de quo egimus tomo 1. hujus Biblioth. pag. 324. Eam quoque illustravit Bonaventura Passerius, de quo ibidem pag. 237.

UNIVERSITAS MESSANENSIS, magna Siciliæ Schola appellatur à Vola, terrano, apud Mendo, lib. 1. quæst. 2. Eam illustravit Ludovicus Messanensis laudatus tomo 2. hujus Biblioth. pag. 301. & Petrus Calderonus, de quo ibidem pag. 439. & Carolus Bergallus, de quo tomo 1. pag. 251.

UNIVERSITAS MEXICANA anno 1551. die Conversionis S. Pauli eructa, confirmata vero anno 1555. à Paulo IV. Pont. Max. pro interpretatione doctrinæ V. ac Subtilis Doctoris peculiari gaudet Cathedra, ex primisque Doctorali laurea insignitis Fr. Franciscum Ximenez commendat. Circa annum 1540. instituitur ibidem Collegium S. Crucis, in quo primus Latinam linguam docuit Fr. Arnaldus Baso Minorita. Prima elementa, Artes quoque liberales primus ibidem docuit V. Fr. Petrus Gante, genere clarus, & professione Laicus. Nec silentio prætereundum est Scholam primam in Urbe Tlaxcala Dioecesis Angelopolitanæ haud sine fructu apertam à V. Fr. Alphonso de Escalona præclaro Minorita: pariterque primò Verbum Dei disseminasse Fr. Martinum à Jesu ejusdem Instituti in Mesoamericanis Episcopatu. Ex Egidio Gonzalez in Theatro Mexicana Ecclesiæ, Gon-

zaga, & Uvadingo. Matiani immunitati studiosissima est laudata Academia. Consule Mendo de Jure Academicus, pag. 462. nun. 119.

UNIVERSITAS MOGUNTINA anno 1482. eructa, exemplo Parisiensium, & Coloniensium provocata Statutum fecit die 13. Octobris anni 1501. pro defensione Immaculatae Conceptionis Mattis Admirabilis. Exemplum habes apud Armamentarium Seraphicum, pag. 469. Plurimum Moguntinam Ecclesiam illustravit Joannes Ferus, laudatus tomo 2. hujus Biblioth. pag. 159. & Joannes Gravendunk ibidem laudatus pag. 170.

UNIVERSITAS NEAPOLITANA per Fridericum II. fundata anno 1290. ab insignibus Franciscanis non raro illustrata Marianæ immunitatis studiosissima est. Consule Velazquez, lib. 4. dissert. 8. adnot. 1. Anno 1680. Moralis Philosophia moderator claruit Petrus Lazaro Ferrer laudatus tomo 2. hujus Biblioth. pag. 457. Anno 1708. laudabilitè in ea Jura Pontificia explanabat Coelestinus Grassia commendatus tomo 1. hujus Bibliothecæ, pag. 273. Eam quoque illustravit Bonavent. Passerius ibidem commendatus, pag. 237. & Carolus Bergallus, de quo ibidem pag. 251. & Baltasar Palgia. De antiquo Gymnasio Neapolitano scripsit Italice Petrus Lassena. Prodijt Neapoli anno 1688.

UNIVERSITAS OSCENSIS in Hispania à Sessorij tempore fundata, doctrinam V. ac Subtilis Doctoris amplectitur, pro cuius interpretatione peculiariter pollet Cathedra. Pluribus de ea P. Mendo de Jure Academicus, lib. 1. quæst. 6. Ardenter, summaque confessione defendit præterivationem Reginae Angelorum, ab Adamicita labe. Consule Velazquez, lib. 4. dissert. 8. adnot. 1. Professorem ex Minoritis habuit P. Estella commendatum in Historia Oscensis Urbis, quam consulas, lib. 5.

UNIVERSITAS OLUTRENSIS in Hispania, cuius memoriam agit laudatus P. Mendo ibidem pagina 462. nun. 119. constantè docet, ac prædicat Deiparam semper Virginem immunem fuisse ab originali peccato. Consule laudatum Velazquez, lib. 4. dissert. 8. adnot. 1.

UNIVERSITAS OñATENSIS in Hispania in Provincia Guipuzcoa, à D.

Roderico Mercado Episcopo Abulensi, anno 1548. eructa, publicè, & privatim defendit Reginam. Sanctorum omnium nuncquam subjaciens peccato originali. De ea Velazquez, lib. 4. dissert. 8. adnot. 1.

UNIVERSITAS OSSUNENSIS in Provincia Bætica condita anno 1548. propria gaudet Cathedra in qua Sancti, ac Seraphici Doctoris doctrina aperitur, ac defenditur. Eam regebat ann. 1615. Doctor D. Franciscus Nuñez Navarro. Neminem ad Doctoratum promovet, quin Deo promittat docere, ac propugnare Immaculatam Conceptionem Reginæ Angelorum. Consule Armament. Seraph. pagina 328. & laudatum Mendo ibid. quæst. 6.

UNIVERSITAS OVETENSIS in Hispania suum Institutorem agnoscit D. Ferdinandum Valdès, primò in Salmantino Majori Collegio S. Bartholomæ Togatum, ac demum Hispalensem Archepiscopum. Fægetur ab immemoriali Conceptionem Deiparae semper Virginis ab originali peccato immunem exitisse. Consule Armament. Seraph. pag. 455. Minoritas plures Provinciae S. Jacobi alumnos in hac floruisse Academia. Doctorali laurea ornatos testatur Fr. Jacobus de Castro, tomo 1. Chron. ejusdem Provinciae, lib. 3. cap. 6. pag. 131. In illis Fr. Antoninus Gonzalez Salmantinus, de quo in Appendice hujus Bibliothecæ.

UNIVERSITAS OXONIENSIS anno 872. fundata plures dedit in Theologia Magistros Franciscano Ordini, anno 1220. Sed in ea pariter Doctorali laurea insigniti floruerunt, ex codem Minorum Ordine, Adamus Uvodham, Thomas Dochingus, Joannes Uvalensis, Henricus Brisingham, Thomas Bungejus, Joannes Peccham, Robertus Crucius, Joannes de Barovic, Martinus Alvecicetus, Radulphus Locches-Legus, Guiilielinus de Nottingan, Joannes Hiltonus, Joannes Sommer, Joannes Sinton, Guiilielmus Herbertus, Joannes Ridevallis, Thomas Otterbonus, Rogerius Bacchus, aliquique plures doctissimi Viri commendati in Historia Universitatis Oxoniensis, & à Pitseo. Ejusdem Academæ fama, Cathedram Regente V. ac Subtili Doctore, sic aucta est, vt tringa millia Scholarium ejus tempore censerentur; cum alioquin tantum ter mille esse solearent. Qui hoc omnes vebantur proloquo:

*Qui scit Scotum scit totum; vti narrat Fr. Hieronymus de Lorte & Escartin in sua Mappa Subtili, pag. 220. A diebus quoque antiquis, & credit, & propugnat hæc valde celebris Academia Deiparam semper Virginem nunquam subjaciisse peccato originali. Demùm studio, ac zelo B. Martyris, ac Doctoris illuminati Raymundi Lullij erectum ibidem fuit linguarum Orientalium Collegium. Consule Uvadingum ad annum 1312. & 1334. Armamentarium Seraphicum, pag. 468. Edidit Joannes Caius de Antiquitate Oxoniensis Gymnasij, tom. in 4. Londini impressum anno 1574.*

UNIVERSITAS OXOMENSIS in Regno Castellæ à D. Petro de Acosta, Oxomensi Episcopo, qui floruit anno 1563. erecta, religioso se adstrinxit jumento ad docendum, & propugnandum admirabilem Matrem præservatam esse à peccato originali. Consule Rodericum Mendez in sua *Historia Hispanie*, pag. 127. & laudatum Mendo ibidem pag. 462. num. 119.

UNIVERSITAS PARISIENSIS sua fama major instauratur anno 1232. à S. Ludovico, Galliarum Rege, ex Tertio Ordine S. Francisci; illustratur à Doctore irrefragabili Alexandro de Hales, à Seraphico Doctore, à V. Doctore Subtili, cuius triumpho congaudens eadem Academia, Religionis, & juramenti nodo, singulis annis Immaculata Virginis Conceptionem solemnissimo officio celebrat, quin vlli pateat ad Doctoralem lauream accessus, qui juramentum non præstet, se immunitatem Virginis perpetuò tutaturum. Approbata fuit in hac Florentissima Academia *Ars B. Martyris*, ac Doctoris illuminati Raymundi Lullij, pro cuius doctrinæ interpretatione fundatam Cathedram habuit; & cuius studio, ac zelo erectum ibidem fuit linguarum Orientalium Collegium. In ejusdem Academiæ Cathedras ascenderunt haud ignobiles Minoritæ, pura, Adamus de Prato, Guilielmus de Prato, Angelus Nerus, Antonius de Sancto Miniate, Arlotus Pratinus, Evangelista Marcellinus, Gerardus Pratinus, Jacobus de Senis, Jacobus de Magello, Joannes de Scopeto, Modestus Antiquus, Sinibaldus de Figlinio, Paulus Jova, Petrus de Acciajolis, ac Philippus Florentinus laudati in *Theatro Genealogico Provincie Tuscæ*, parte 3. titulo 1. se pie 1. Missos facio Fr. Joannem Bonaven-

tura à Soria ex Discalceata Provincia S. Josephi, Claudium le Petit, Claudium Frazen, ac per plures alios in hac Bibliotheca commendatos, & in Historia Universitatis Parisiensis, cuius Author tomo 3. in Catalogo illustrum Academicorum, pag. 679. hæc profert: *S. Franciscus Assissiæ Minoritarum Institutus, ob hoc Academicis accessendus, quod ex ipsius Ordine complures prodierint Viri illustres, qui banc Academiam parentem illustrarunt.*

Memoriam demùm tradendum est magnum Actum Sorbonicum à Francisco de Mayronis insigni Minorita (tomo 1. hujus Biblioth. laudato) inventum esse anno 1315. necnon mentem Doctoris Subtilis in eadem alma Academia ex Cathedra propria interpretari. Quanti autem hujus nostri Magistri doctrina in hac Universitatem matre æstimetur partim constat ex dictis, partim ex articulis Parisiensibus quorum plurimi ex ipso sunt defumpti, & multi pro ejus doctrina, partimque ex cursu Parisiensi, quem magni Parisenses Regentes tradiderunt, secundum mentem Doctoris Subtilis. Consule Fr. Joannem Colgano de Vita Scotti, cap. 13. Uvadingum ad annum 1304. Canisium, lib. 1. de Deipara, cap. 7. Hugonem Cavellum in *Vita Scotti*, cap. 5. & Velazquez, lib. 4. disserr. 8. adnot. 2.

UNIVERSITAS PARMENSIS laudata à Jacobo Middendorprio apud P. Mendo de Jure Academicus, lib. 1. quæst. 2. erigitur anno 1599. teste Muslancio, tab. 4. Regentem egit hujus Academiæ Philippus Faber (laudatus tomo 2. hujus Bibliothecæ) teste Escartin, pag. 359. sua *Mappa Subtili*. Eam illustravit Jacobus à S. Lucia, de quo tomo 2. hujus Biblioth. pag. 102. sub cuius disciplina, litteris in ea operam dederat Sixtus IV. Pont. Max.

UNIVERSITAS PATAVINA à Carolo Magno instituta bina pollet Cathedra, in quibus Philosophia, & Theologia ad mentem V. Doctoris Subtilis profiteretur. Gaudet quoque linguarum Orientalium Collegio studio Doctoris Illuminati B. Raymundi Lullij, erecto. In hoc etiam præclarissimo Gymnasio recensentur ex Minoritis Academicis Fr. Antonius Tubeta, Hieronymus Pallanterius, Joannes Carolus, Franciscus Florentinus, Salvator Bartholomius, Simon Andreas, Matthæus Ferchius, Mauritius de Portu, Nicolaus Buico, Peregrinus Cintari, Bar-

tholomæus Mastris, Antonius Cotonius, Vitus Piza, Philippus Faber, Petrus Majora, ac novissime Fr. Franciscus à S. Augustino Macedo, qui *Monstrum* vocari meruit. Lege Historiam hujus Academiæ à Nicolao Commeni conscriptam, impressamque Venetijs anno 1726. Has Scholas illustrasse S. Antonium Patavinum insigne est monumentum, teste R. P. Andrea Mendo, de *Jure Academicus*, lib. 1. quæst. 2.

UNIVERSITAS PERUSINA per Fridericu II. instituta anno 1290. Dilectum habuit S. Joannem de Capistrano (laudatum tomo 2. hujus Biblioth. pag. 90.) qui per liberales artes decennij spatio, ad tantam pervenit Juris utriusque peritiam, vt non solum condiscipuli, sed etiam Doctores ab eo consilium petere non erubescerent. Ex multis Minoritis, speciali Gregorij XI. Pont. Maxim. commissione, Magisterij Theologici gradu exornatis unus fuit Fr. Ludovicus Assisiæ, Perusij multis annis Professor. Ex Uvadingo ad annum 1376. & 1385. Eamdem illustravit Academiam Hieronymus Robertus laudatus tomo 2. hujus Biblioth. pag. 78. Bartholomæus Gayus laudatus tomo 1. pagina 186. Paulus à Perusio, de quo ibidem pag. 422. Hieronymus Perusinus ibidem commendatus pag. 77. Paulus Boncagnanus, de quo ibid. pag. 417. & Bartholomæus, de quo tomo 1. ejusdem Bibliothecæ, pagina 195. Videatur de hac Academia præcitatius Mendo ibid. quæst. 2. Cathedra gaudet pro Sententij V. ac Subtilis Doctoris defensandis, teste Escartin in sua *Mappa Subtili*, pag. 223.

UNIVERSITAS PICTAVIENSIS, ab Eugenio IV. & per Edictum Caroli VI. Regis instituitur anno 1431. teste præcitatius Mendo ibidem. Eam illustravit Nicolaus de Orbellis laudatus tomo 2. hujus Biblioth. pag. 392.

UNIVERSITAS PISANA anno Virginie Partus 1339. erecta Academicos habuit Minoritas. In his floruit Fr. Hieronymus Perusinus laudatus tomo 2. hujus Bibliothecæ, pag. 77. Ludovicus Nuti, de quo ibidem pag. 302. Mariano, ac Subtili Doctori paratam habet Cathedram, teste præcitatius Escartin ibidem pag. 223.

UNIVERSITAS PRAGENSIS, auctoritate Romani Populicis Innocençii

VI. erecta fuit à Carolo IV. Imperatore, qui se ipsum dedit Ordini Minorum sub eorum Instituto, qui sæcularia sua negotia Tertiij Ordinis S. Francisci Regula moderantur, vti monui tomo 1. hujus Bibliothecæ, pag. 255. Studiis ita favit, ac delectatus fuit, vt ad Scholam cum purpuratis aliquando veniens per tres, aut quatuor horas continuè audierit Magistrorum disputationes, & exercitia. Consule Melissianum in Supplementis Uvadini ad annum 1378. Hanc illustravit Academiam Patrius Flemingus, de quo tomo 2. hujus Biblioth. pag. 415. & Bernardus Sannig, de quo tomo 1. pagina 219. De celebri Collegio Immaculatæ Conceptionis ibidem pro Hybernis erector agit Haroldus de *Vita Uvadini*, cap. 71.

UNIVERSITAS ROMANA à Theodosio exornata, & in quam Atheniensis Academia translata fuit major est omni laude. Propugnatur in ea, & ex Cathedra propria aperitur mens V. ac Subtilis Doctoris Joannis Duns Scoti. Ex Minoritis Academicis pro multis sufficient Fr. Franciscus à S. Augustino Macedo (de quo plura habes tomo 1. hujus Biblioth.) in Romana Sapientia Historia Ecclesiastica Magister Marcus Viguerius Cardinalis, de quo tomo 2. hujus Biblioth. pag. 319. Marius à Calasio ibidem laudatus pagina 331. Octavianus Spararius commendatus ibidem pag. 402. Archangelus Garinus, de quo ibidem tomo 1. pag. 138. Antonius Celestris, Benedictus Fidelis, & alij, Studio B. Martyris Raymundi Lullij, Collegio gaudet linguarum Orientalium. Hujus Academiæ exercitia instauravit Nicolaus IV. Pont. Max. ex Ordine Minor. allump-tus; vnde in ejusdem Elogio (apud tommum 2. hujus Biblioth. pag. 396,) legitur: *Legavit fanum clavum, Gymnatum aper-tum. Commendatur ex Middendorpicio, à præcitatius Mendo ibid. quæst. 2. Misum facio Romanum Collegium S. Bonaven-turæ PP. Conventualium, à Bonaventura Belluto, Bartholomæo Maistro, Dominico Monaco, Josepho Richardo, Philippo Politio in hac Bibliotheca laudatis, alijs quoque præclarissimis Viris illustratum. Item, Romanum Collegium S. Pauli ad Arenalam celebre PP. Tertiariorum Li-cæum, in quo floruerit Antonius Celestris, Antonius Princivallis, Archangelus Garinus, Coelestinus Grafsia, Franciscus Scuderius, Paulus Lombardinus, de qui-bus in hac Bibliotheca, perpluresque*

eruditione clarissimi. Denique, magno religionis honore, & emolumento Romanum Collegium S. Isidori PP. Hybernorum, studio celebratissimi Fr. Lucæ Uvadingi erectum, quod, (præterquam quod ad ejus normam alia Studia erecta noscuntur) fructus abundè tulit; plures nempè Viros proChristi nomine occisos, plures dignitatibus claros, plures Provinciarum Reætores, per plures quoque Theologos insignes, ac clasicos Scriptores. Consule Haroldum *in de Vita Luce Uvadingi*, cap. 7.1.

UNIVERSITAS SALMANTICENSIS innumeris laudibus decorata, ac decorabilis ab anno 1240. floret eximia, præclarissimis Academicis in omni scientiarum genere peritis longè, latèque referata. Numera Stellas, si potes. Cum ipsis, tantè illuxit Academæ laudabilis Minorum numerus. Sanè in Cathedræ ascenderunt Doctorati ex alumnis dumtaxat Magni Conventus Salmanticensis Sancto Francisco facti, Fr. Hieronymus Brizeño, Jacobus de Atienza, Ferdinandus de Ontiveros, Alphonsus Rodriguez, Joannes de Lesaca, Petrus de Portillo, Petrus Guzman, Petrus Monte-Alegre, Joannes Crespo, Gabriel del Castillo, Andreas de Castro, Ludovicus Bravo, Alphonsus Rodriguez, Gaspar Gutierrez, Balthasar Osorio, Balthasar de Ceinos, Didac. Mendez, Anton. Gonzalez, Petrus Paradius, Anton. Ripol, Lupus de Montenegro, & alij laudati tomo 1. *Chron. Prov. S. Jacobi*, lib. 3. cap. 6. His adde alios ex alijs Provincijs, Joannem de Gongora, Petrum Joannem Calafat, Joannem Formica, & plures Minoritas Laicos, Medicinæ, & Astrologiæ in eadem Academia Professores. Sed quod mirum est, & maximè commendatum, est quod in hac celeberrima Academia omnes Theologicas, & Philosophicas Cathedras, quinimò & Cathedram Decreti Gratiani Fratres Minores, Doctores, & Magistros multo tempore, hoc est 130. annis gubernasse, vt refert Antonius Ramirez apud Lorte, pag. 221. suæ *Mappa Subtilis*, & Roxas, quem consulas tomo 2. *Annal. Ord.* pag. 511. Insperè, cum primævæ leges, statuta, & privilegia Theologica Facultatis in Universitate hac non obseruantur, nomine Rectoris, Cancellarij, & Magistrorum ejusdem Facultatis missi sunt Nuntij ad Martinum V. Pont. Max. vt rebus melius in posterum dirigendis prospiceret. Pon-

tis ergo statuit, ut in Theologica facultate Salmanticensi perpetuis futuris temporibus vigeant, & firmitè obseruentur cursus, consuetudines, & statuta in eadem Theologica facultate Parisiensi haec tenus ritè observata, constituto Facultatis Decano Fr. Alvaro Salmantino Minorita, Theologiae Professore, qui inter missos ab Universitate Nuntios præcipius fuit. Litteræ Pontificiæ, ex Uvadingo exscriptæ à præcito Chronologo Prov. S. Jacobi ibidem cap. 5. pag. 105. incipiunt: *Sapientia cuius immarcessibile irradiat lucem, &c.*

Studijs in eadem Academia operam dedece S. Petrus de Alcantara, S. Petrus Baptista Martyr Japoniensis, S. Joannes de Prado Martyr Africanus Discalceati, ac pariter Venerabiles Discalceati Fr. Antonius Sobrino, Fr. Alvarus de Roxas, Fr. Martinus Belzunce, pluresque alij, de quibus in Bibliotheca Minorum Discalceatorum, ac tomo 1. *Chronic. Provinc. S. Pauli*, lib. 4. cap. 2. sermonem institui. Ex ejus quoque Illustribus Academicis, strictiori Observantia S. Francisci inter Discalceatos, nomina dedere Fr. Martinus Isasa, Franciscus Angosto, Martinus à S. Josepho, Antonius a S. Maria, ac Didacus à S. Francisco ibidem laudati. Gaudet eadem Universitas, zelo B. Marryris Raymundi Lullij Collegio linguarum Orientalium; nec Cathedram desiderat pro doctrina V. ac Subtilis Doct. quam singillatim docet, ac defendit ad litteram, vt cautum est. Nec tacebo de operibus V. Matris de Agreda à pluribus Salmanticis Academicis approbatis. Praeservationem Immaculatæ Virginis Mariæ ab Adamitica labe propugnare juravit ann. 1618. & licet anno 1627. voluerit jure jurando præstito D. Thomæ docttinam in omnibus defendere expressit taurem: *Excipio optionem de Immaculata Virginis Conceptione.* Consule Brizeño, apud Armentarium Seraphicum, pag. 379. Nbiissimè agnoscimus Doctorali laurea insignitos Fr. Gabrielem de Noboa, ac Fr. Antonium Feyjò Provinciae Sancti Jacobi filios, ac præclarissimos Theologos (in hac Bibliotheca commendatos) quorum vestigia impræsentiarum hanc sine laude sequuntur pariter laureati R. A. Patres Fr. Vincentius Gonzalez Gallaius, & Fr. Benedictus Perez Legionensis. Laureandos, & proximè, habet R. Patres Fr. Joannem Marcelino, Fr. Thomam Angel, & Fr. Franciscum Rodriguez, laudatae Provin-

cias, ac sui (Majoris intra claustra) celeberrimi Alvani Thormitani Collegij alumnos. Mitto, Religioni, & Ecclesiæ hoc peperisse Collegium 50. Ministros Provinciales, Ministros Generales 3. Difinitores Generales 11. Procuratores Generales in Romana Curia 11. Theologos ad Tridentinum missos 4. Confessarios Regios 11. Scriptores 70. Episcopos 43. Archiepiscopos 8. Amplius immorari non licet in hac celebratissima Academia, nec in ejus, re, & nomine quatuor Majoribus Collegijs, ex quibus, veluti scientiarum Aulis, Musarum delicis, ac Heroum Seminarijs, continuò prodeunt, qui prælo Luçubrationes, Jura Gentibus, autoritatem Senatibus, ornamentum Ecclesijs, necnon Seraphicæ Religioni splendorem exhibent. In his Jacobus de Atienza, ac Ferdinandus de Ontiveros ex Majori S. Bartholomæi; Lupus de Montenegro, ac Antonius de Robles, ex Majori D. Archiepiscopi; necnon Andreas de Castro, ex Majori Conchenisi gravissimam S. Jacobi Provinciam, cui nomen dedere illustrarunt. Discalceatam Provinciam S. Josephi, V. Fr. Martinus Isasa Collegij Majoris S. S. Bartholomæi alumnus. Meam quoque Provinciam S. Pauli strictioris Observantia Discalceatorum, VV. Fr. Gaspar à S. Josepho, Fr. Franciscus à Matre Dei, ac Fr. Joannes à S. Rosa, ex Majori Collegio Archiepiscopi, qui omnes solemnum emiserunt professionem in celeberrimo Salmantino (vulgò *del Calvario*) Conventu à Illust. D. Perto Fernandez Abulensi Episcopo olim Majoris Ovetensis alumno, condito, sed de his alibi.

UNIVERSITAS SEGUNTINA, seu SIGUENZANA in Hispania à tempore Henrici IV. Regis, sed studio V. ac Eminent. Card. D. Francisci Ximenez de Cisneros fundata, legitur à Ximenio conditis regitur. Sita est in Collegio Sacri Ordinis Sancti Hieronymi. Decrevit anno 1643. docere, & prædicare præservationem Matris admirabilis ab Adamitica labe. Aliquos recenset Minoritas Academicos, quorum nomina me fugiunt. Consule Rodericum Mendez, in de hac Urbe, pag. 19. & Haroldum ad annum Christi 1495. num. 8.

UNIVERSITAS SENENSIS anno 1387. renovata professores habuit ex Minoritis Carolum Belleum laudatum tomo 1. hujus Bibliothecæ, pag. 251. Anto-

nium Bagnas, Leonem Curtij, & Anthimus qui Orator missus ad Carolum IV. Imperatorem, Universitatis hujus privilegia confirmata reportavit. De tribus his petractat Fr. Antonius Terrinca, parte 3. Theatri Genealogici Provinc. Tuscæ, titulo 1. serie 5.

UNIVERSITAS TARRACONEN-SIS ab Eminentissimo Cardinali D. Gaspare Cervantes erecta anno 1571. seu restituta fuit. Mariæ immunitati studiassimam esse, testatur P. Velazquez, lib. 4. dissert. 8. adnot. 1. Olim, in Cathedras hujus Ecclesiæ ascendebant frequenter alumni Provinciae Aragonum, recente P. Hebreta, tomo 1. Chron. ejusdem Provinciæ, lib. 1. num. 407.

UNIVERSITAS TAURINENSIS, anno salutis 1565. instituta Academicos habuit quosdam Minoritas, & in his Jacobum Malafossa laudatum tomo 2. hujus Bibliothecæ, pag. 95. De Academia illa præcitus Mendo, quæst. 2.

UNIVERSITAS TICINENSIS à Carolo Magno instituta, restaurata verò à Carolo V. Imperatore, & Hispaniarum Rege (qui Christo militavit, Francisco duabus gaudet Cathedris, in quibus Philosophica, ac Theologica doctrina V. Doctoris Subtilis exponitur, ac tuetur. Professor Jurisprudentiæ exitit in hac Academia noster Baldus, de quo egri tomo 1. hujus Bibliothecæ, pag. 175. Eam quoque illustravit Cornelius Biragi, de quo tomo 1. pag. 279. Guilielmus de Cantuaria laudatus tomo 2. hujus Bibliothecæ, pag. 37. & Bartholomæus Baphius, de quo tomo 1. pag. 183. De ista Academia scripsit Antonius Gatto, ac edidit Mediolani anno 1704.

UNIVERSITAS TOLETANA, anno 1520. erecta privilegio gaudet Magistris Hispaniæ, ex concessione Philippi II. Hispaniarum Regis, tomo 2. hujus Bibliothecæ, pag. 488. laudati. Designatam habuisse Cathedram in qua non summatim, sed clarè, & ad litteram doctrina V. Doctoris Subtilis docetur, testatur præcitus Escartin, ibidem pag. 223. Hunc illustravit Academiam Ludovicus Velluga, de quo tomo 2. hujus Biblioth. pag. 307. Propugnat Deiparam immunem semper fuisse ab originali culpa. Consule Velazquez, lib. 4. dissert. 8. adnot. 1.

UNIVERSITAS TOLOSANA, in Gallia secunda, & prima post Parisiensem, à Sancto Rege Ludovico Tertiario Franciscano erecta anno 1228. ab antiquo sensisse gloriatur Deiparam semper Virginem à peccato originali divinitus præservatam fuisse, teste Illust. Acernensi apud Armamentarium Seraphicum, pag. 470. Inter Minoritas Academicos recenset Guilielmum Farinerium laudatum tomo 2. fol. 38. Fr. Joannem Garria laudatum in hac Bibliotheca, Fr. Petrum Sagundez, Ministrum Prov. S. Jacobi anno 1385. Fr. Didacum Conchensem, de quo Uvadingus ad annum 1439. & alios.

UNIVERSITAS TURINENSIS, haud ignobilis Cathedram designatam habet doctrinæ V. Doctoris Subtilis, ejusdemque professores, vti recenset P. Hies ronymus Lorte & Escartin, pag. 223. sive Mappæ Subtilis.

UNIVERSITAS VALENTINA, renovata (floruit enim ante Christum natum) & confirmata ab Alexandro VI. anno salutis 1499. Cathedra propria gaudebat ab anno 1505. in qua B. Martyris Raymundi Lullij doctrina palam propugnabatur. Consule Escolanum, parte 1. lib. 5. cap. ultimo, & D. Franciscum Orti in Historia hujus Academiæ, cap. 11. pag. 143. Mysterium Immaculatae Conceptionis Deiparae à diebus antiquis, & ex præcordijs docetur in hac celebri Academia, quam ex Minoritis. illustrarunt Ill. Fr. Josephus Angles, Fr. Antonius à S. Josepho Andreu, Joannes Ximenez, Joannes Salon, Ludovicus de Valencia, & alij laudati in hac Bibliotheca, & in Historia præcita ejusdem Academiæ edita Matriti anno 1730. in 4. Post hæc diebus istis ex novo decreto, Cathedra Philosophica gaudet V. ac Subtilis Doctor, & Theologica Sanctus, ac Seraphicus Ecclesiæ Doctor S. Bonaventura, cuius honori studiosissima est Academicorum Militia, laudabili zelo R. A. P. Fr. Petri Polo. Valentianæ Provinciæ Patris, ac totius Ordinis Minorum Diffinitoris Generalis, de quo in Appendice sermonem instituo, sub littera P. Constitutio V. Lazquez, lib. 4. diss. 8. adnot. 1.

UNIVERSITAS VALLISOLETA-NA in Regno Castellæ florentissima conditorem agnoscit Alphonsum XI. Regem anno 1346. licet studia Generalia in ea flo-

uerint ante ejus confirmationem à Clemente VI. Eam illustravit Mathias à Marquina laudatus tomo 2. hujus Bibliothecæ, pag. 354. Corde, & ore profitetur laudata Academia præservationem Matris Admirabilis ob originali peccato, teste eodem Velazquez, lib. 4. diss. 8. adnot. 1.

UNIVERSITAS VENETA laudatur à Petro Mossellano, apud P. Mendo præcitatum. Hanc illustravit Academiam excellentissimus Theologæ Doctor Philipus Bagnacavallo Minister Generalis Conventualium, laudatus tomo 2. hujus Biblioth. pag. 479. Joannes Paulus Palanthierius laudat. tomo 2. ejusdem Biblioth. pag. 198. Paduanus Grassus, de quo ibidem pag. 413. Petrus Cappuleus ibidem commendatus pag. 441.

UNIVERSITAS VIENNENSIS, à Friderico II. instituitur anno 1237. & deinceps à pluribus Imperatoribus exornata restituta, vii ex Carolo Muliart refert P. Mendo, lib. 1. quæst. 2. Hanc illustravit Academiam Fr. Joannes Ricutius, laudatus tomo 2. hujus Biblioth. pag. 209. Basilius Nerius, de quo tomo 1. pag. 196: & Franciscus Haroldus laudatus ibidem pag. 391. Philippus Salernus, quem commendat D. Antonius Mongitore, tomo 2. Biblioth. Siculæ. Apud Velazquez, lib. 4. diss. 8. adnot. 2. habes Statutum de Immaculata B. Virginis Conceptione ab hac Universitate in posterum afferenda, ex mandato Cæsaræ Majestatis.

Hæc semel, atque iterum legat, videat, ac ruminet, qui contra omne jus, & fas doctrinam V. Mariani, ac Subtilis Doctoris calumnijs, & injurijs onerare non cessat. Sane Eduardus Angliæ Rex, Henrici VIII. sanguine, & errore hæres, Collegia, UNIVERSITATES Theologicas evertit, & Scholasticos incuians, eorum libros vndique collectos, ex Bibliothecis feretro impositos rogo coniumpsit, clausantibus adolescentibus: Fenus Scotti, O. Scotistarum. O summam Scotti gloriam! Rectè ergo de doctrina Scotti Tribunal Fidei Romanæ pronunciavit: quidquid constaret dixisse Scottum non posse damnari. Unde ejus oracula fundunt exhedræ, ejus doctrina crepant pulpita, ejus Sententias docent ACADEMIÆ, Scholæ amplectuntur, sedet admirantur, Ecclesiæque venerantur, vti meritò plaudunt Claudio Frassen, & præclarus Macedo in Eulogij in honorem Scotti.

URBAE

URBANUS BOLSAMIUS, Bellunensis; Leonis X. Pontificis Maximi Præceptor, Latina, & Græca lingua haud vulgariter instructus, conscriptis institutionum Grammaticalium in linguam Græcam, doctos, & accuratos libros duos, de quo quidam carmine cecinuit:

*Pro in Urbane tuo*

*Fruitur meritò gens Latina litteras  
Dùm colet Argolicas.*

Nam Urbanus annos 30. natus, remissis levioribus studijs, ad perpetuos, & limpidissimos Græcorum fontes toto animo se contulit. Is cum Andrea Gritto, qui postea fuit Venetiarum Princeps, Byzantium profectus, totam ferè Urbem cum eo perverstigavit. Cumque alia loca, & regiones vilendi studio teneretur, in magnam Græciam transvolavit, vbi nihil aliud dies, noctesque agitabat, quam quo pacato studiois omnibus prodisse posset. Inde in Siciliam divertens, Constantino Lascarini, qui Messana Græcè profitebatur, operam dedit. Urbanus ex hac peregrinatione Græcis litteris optimè exultus, & bona librorum supellecstile sibi comparata, Venetas reversus, Homerum magna auditorum frequentia interpretatus est. Post teritati dedit:

*Institutiones in Græcam linguam. Venetijs per Aldum 1497. in 4. Grammatica: hæc, teste Michaeli Mattaire, de Annibibus Typographorum, fol. 349. rara erat anno 1499. nam Erasmus Epistola ad Jacobum Tutorem, anno 1499. data, ita scriptis:*

*Grammaticam Græcam summo studio vestigavi ut impatum tibi mitterem, sed jam utraque divendita fuerat, & Constantini que dicitur, queque Urbani. Prodierunt quoque Parisijs 1543. & Venetijs 1566. in 8. Accesit hisce in institutionibus tractatus de Passib; necnon alter de Spiritibus Basileæ editus anno 1590. in 8. Prodierat ibidem 1524. & 1530. tomis duobus in 8. Vidi. Reliquit etiam Uvadino teste.*

*Commentaria in Homerum.*

*Poetas aliquot Græcos latinitati donavit. Manst per aliquod tempus in Cœnobio S. Nicolai magnæ domus, vbi relaxandi animi gratia hortulum lepide exornatum coluit, quo in loco multos cum Græcos, tūm Latinos libros reliquit, & inter cætera monumenta M. S. Iliadem Homerii, veneranda vetustate descriptam. Venetijs ad fores Ecclesiæ magnæ domus, subiectum epitaphium insigne tanti Viri elo- gium affixum est:*

Urbano Bolsamio Bellunensi Minor. Familiæ Sacerdoti summæ integritatis, & innocentiae

Qui Græcas litteras extorres jam pridem,

Et procùl à terra Itala exulantes

Nobis summa cum docendi, tūm scribendi cura,

Princeps afferuit Pierius Valerianus Bolsamius

Ex fratre nepos, institutionis, educationisque

Memor posuit.

Vixit annos LXXXV. menses tres, dies XII;

In voluntaria paupertate felicissimus

In omnes quoad potuit officiosissimus

Nulli vñquam injurius M. D. XLV;

Mense Aprili.

URBANUS DE FRANCHIS, Neapolitanus, ejusdem Prov. Minorum Capuccinorum alumnus, ac Marchionis de Taveano filius, Sacrae Theologiae Professor, plures tomos:

*Philosophicos, ac Theologicos* ineditos reliquit, teste R. P. Torrecilla in suo Catalogo, pag. mili 213. ex Nicolao Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana.

URBANUS HYDRUNTINUS, Provinciae S. Nicolai de Bari Regulatis Observantiae alumnus, Vir eruditus, ac demum Episcopus Castrensis, edidit:

*De Antichristo.*

*De Nativitate Domini.*

*De Anime immortalitate.* Item opus sa-  
nè vtile, quod inscribitur: *Negotium*, vi-  
disse se narrat Rodulphus in *ua Seraphi-  
ca*; *Historia*, Venetijs in Bibliotheca S.  
Dominici à Castello Iuitum libri est;  
*Ideo*, &c. Ex Uvadingo, & Bonaventura  
Fassano, parte 2. memorabilium laudatae  
Provincie. Memoratur à Uvite, pag. 64.  
sui Catalogi illuſtr. *Scriptor. Ordinis.*

URBANUS MESSANENSIS, ex Familia Raffia in Sicula Provincia Minorum Capuccinorum eximus Ecclesiastes, Vir corporis proceritate, simile, ac majes-  
tate conspicuus, & à Concionibus Phi-  
lli IV. Regis Catholici ad quem ab Ur-  
be Messanæ vt gravissima patrictæ negotia  
pertractaret missus est, sub anagramma-  
tico nomine *Messenij Bonarum*, prælo  
dedit:

*Fasciculum excellentiarum præcipuarum  
Beatisimi Michaelis Archangeli Dei Prin-  
cipis, pro jaculatorio animæ ad tanti Pa-  
tronii devotionem, & reverentiam in po-  
polis excitandam.* Matriti 1650. Messanæ  
1655. Panormi typis Augustini Bossij  
1663. in 8. deinde Bononiae, & alibi.

*Conciones varias de Sanctis*, suppresso  
pariter nomine, teste Genuensi. Inedita  
reliquit:

*Conciones varias Quadragesimales* in  
Conventu Messanensi PP. Capuccinorum  
asservatas, vti narrat Antonius Mongito-  
re, quem consulas tom. 2. Bibliothecæ  
Siculæ. Virtutibus plenus obiit in patria  
anno 1665.

URBANUS POLITIENSIS, seu A  
POLITIO, Siculus, Sacrae Theologiae  
Professor, plures in sua Provincia Minorum Capuccinorum Diffinitor, & in toto

Siciliæ Regno Sanctissimæ Inquisitionis  
Consultor: Provincia Panormitanæ, cu-  
jus fuit filius honor, & decus, Ferdinandi II., Imperatoris ordinarius Concionator,  
omnium denique virtutum splendore  
conspicuus, charitate, modestia, & hu-  
militate insignis, adeò vt exhibitam sibi  
ab eodem Ferdinando Episcopalem infu-  
lam constantissimè reculaverit, edidit:

*Funebrem orationem super mortem su-  
premi Consiliarij ejusdem Augustissimi  
Imperatoris.* Viennæ Austriae.

*Aliam etiam orationem in obitu ejus-  
dam præclarissimi Viri*, impressam ibid.

*Eptigrammata varia Acrostica*, & Ana-  
grammata Sacra, Venetijs anno 1649. &  
Panormi 1652. Hæc Genuensis, cui ad-  
hæret Mongitore, tom. 2. Biblioth. Siculæ.  
Decessit Politij prænuntiato mortis  
die anno 1654. die 19. Martij.

URBANUS A PATRIA DE RO-  
MA dictus, strictioris Observantiae Re-  
formatorum alumnus, eximia Religionis  
Vir, ac doctrinæ. Clatuit (Prospero Men-  
dolio vt vtar, cent. 3. sua Bibliothecæ  
Romanæ) sub Clemente VIII. Summo  
Pontifice Concionator insignis, ac profi-  
ciens, Theologus summus, Philosophus  
magoi nominis, & politioris litteraturæ  
cultor per excellens, reliquit multa volu-  
mina suo proprio charactere conscripta  
de varia eruditione elegantissimè pertractan-  
tia, quæ in Bibliotheca Convehtus S.  
Francisci de Castro Gandulpho asservan-  
tur.

URBANUS A VALENTIA à Ge-  
nuensi, ac Nicolao Antonio illaudatus,  
Hispanus, ex Minoritis Capuccinis Va-  
lentinæ Provinciae, Ecclesiastes, ac Guar-  
dianus Conventus Oppidi de Caudete,  
Sacerdotibus obtulit:

*Modum applicandi Sacrificium Missæ*,  
Hispanicæ. Valentia per Benedictum Ma-  
ce, anno 1665. in 16. Loquitur de eo  
Fr. Josephus Rodriguez, pag. 459. sua  
Bibliothecæ Valentinæ.

USUALDUS DE ASCO, Minorita  
doctus, recensentibus Uvadingo, & San-  
ning in Synopsi Historico Scriptorum, præ-  
lo dedit:

*Commentaria in 4. libros Sententiarum*,  
impressa Budæ anno 1505. in fol.

UVALDUS A VISITATIONE, Lu-  
sitanus, ex Regulari Observant. Prov. S.

Thomæ, à Censuris Theologicis S. Offi-  
cij, & Synodalibus Examinator in Goano  
Archiepiscopatu, hoc anno 1732. ad  
prælum matura habet vernaculæ:

*Concionum multiplicium*, volumina 5.  
in 4. Ex relatu ejusdemmet Authoris.

UVALTERUS CEPTONUS, An-  
glus, Minorita, Theologiae Doctor in Ca-  
atalogum illuſtrium Scriptorum Ordinis re-  
fertur à Fr. Augustino de Uvite, pag. 64.  
Eius avum, ac opera desidero.

UVEXILLUS UVARE, Minorita,  
natione Anglus, scriptis, non autem edidit:

*In quatuor libros Sententiarum.* Ha-  
bentur M. S. in Bibliotheca Assisi, Uva-  
dingo teste.


UVILIELMUS DE CANICIA,  
Aquitanicus, professione Minorita, scrip-  
ti opus prænotatum;

Via salutis. Habetur M. S. in Hyber-  
nica Biblioth. Collegij Cajo Gonvillensis  
Classe C. cod. 1131. num. 67. vti ex ejus  
Catalogo impressio, apud Regiam Biblio-  
thecam Matritensem, constat.

UVOLFANGUS BOX BERGER,  
Hungarús, Sacrae Theologiae Lector emer-  
itus, ac Recollecta Provinciae Thuri-  
ngiae S. Elisabethæ Ex. Provincialis, Latinè  
emisit Concionantibus valde vtile, opus  
prænotatum:

Stadium, & studium virtutis, & salu-  
tis per discursus Morales ex Proverbis Sa-  
lomonis. Heripoli typis Marci Antonij  
Engmann, anno 1727. in 4. Vidi. Spem  
facit in Praefatione ad Lectorem duorum  
aliorum similium librorum, etiam  
super Proverbia.

\*\*\*



Z



ACHARIAS BARBE-  
RIUS, natione Ita-  
lus, patria Bononien-  
sis ejusdem Provin-  
ciæ Minor. Capuccin-  
orum Concionator,  
Vir pius, & virtutis  
studiosus, quondam

focius P. Fortunati à Cadoro sui Ministri  
Generalis, descriptis Italicè, vt Genuen-  
sis recenset:

*Vitam, & gesta Patris Antonij Monte-  
cucoli Mutinensis Ministri Generalis. Ro-  
mæ anno 1661. apud Philippum Manci-  
num, tom. I. in 4.*

*Vitam, & gesta P. Innocentij à Calata-  
jerone ejusdem Ordinis item Ministri Ge-  
neralis, tom. I. in 4.*

ZACHARIAS BOVERIUS, Pede-  
montanus, ex Minoritis Capuccinis in  
Genuensi Provincia, Definitor Genera-  
lis, ac Historiographus, Vir famigeratissi-  
mus, S. Romanae Inquisitionis Consul-  
tor, Theologus Eminentissimi Cardina-  
lis Barberini, ac Hæreticorum validus  
impugnator, perpetua lectioni, aut orati-  
oni addictus, Orbi dedit:

*Demonstrationes symbolorum vera, &  
falsa Religionis adversus præcipuos, ac vr-  
gentes Catholicæ Religionis hostes, scilicet,  
Atbeitas, Judeos, Hæreticos, præsertim  
Lutheranos, & Calvinistas in quinque li-  
bros distributæ. Primus liber est totus con-  
tra Atbeitas. Secundus contra Judeos.  
Tertius agit de demonstrationibus symbolo-  
rum vera Religionis in genere. Quartus de  
examini sectæ Lutheranae, & Calviniana  
ad propria symbola. Quintus de demon-  
strationibus symbolorum Romane Religionis  
in specie. Lugduni sumptibus Horatii Car-  
don, anno 1617. in fol. Vidi. Extant  
etiam tom. 20. Bibliothecæ Maximæ Ponti-  
ficæ. Edidit insuper opera prænotata:*

*Paranesis Catholica ad Marcum Anto-  
niū de Dominis olim Archiepiscopum  
Spalatensem, postea S. Romanae Ecclesiæ  
Apostolam, & in Angliam transfugam: in  
qua examinantur, & refelluntur quatuor  
libri ejusdem de Republica Christiana, &  
Ecclesiastica. Lugduni apud Joannem  
Cauvet, anno 1618. in 4.*

*Censura Paranetica in eosdem 4. libros  
Marcii Antonij de Dominis. Mediolani  
1622. in fol. Vidi.*

*Orthodoxa consultatio de ratione vera  
Fidei, & Religionis amplectenda, ad Se-  
renissimum Carolum Stuartum Uvalie  
Principem, Jacobi Magnæ Britanniæ  
Regis filium, in communem omnium ve-  
rae Religionis studiosorum gratiam, &  
vtilitatem. Prodiit primum Matriti apud  
Thomam Junctam Typographum Re-  
gium, anno 1623. in 4. Vidi. Postea jussu  
Eminentissimi Cardinalis Fr. Antonij Bar-  
berini tituli S. Onuphrij ab eodem Au-  
thore in duas partes distributa, impres-  
ta fuit Romæ in typographia anno 1635. in 4.*

*Annales Minorum Capuccinorum S.  
Francisci, volum. 2. in fol. In primo to-  
mo fideliter traduntur universa, quæ  
spectant ad ejusdem Ordinis ortum, ac  
progressum, vsque ad annum 1580. Im-  
presus est Lugduni anno 1632. sumptu-  
bus Claudi Landry. Secundus tomus  
completatur omnia, quæ ab anno 1581.  
vsque ad annum 1612. pertinent. Ibidem  
1639. sumptibus Gabrielis Boiffat, &  
Laurentij Anisson. Vidi. Lege Uvadi-  
gum in Catalogo, pag. 332. ab illis ver-  
bis: *At quidem in hoc postremo, &c.* Pro-  
dicunt etiam Italice, sed & Hispane,  
iisque auctiones tribus tomis in fol. vii  
obseruat Antonius Teissius in suo Cata-  
logo edito Genuæ 1680. in 4.*

*Demonstrationes quindecim de vera bala-  
tus forma à Seraphico P. N. Franciso in-  
stituta. Ad Urbani VIII. Pontificem  
Maximum. Lugduni 1632. apud Clau-  
dium Landry, & Colonæ Agrippinæ  
1655. apud Cornelium Egmond in 8.  
Consule Illust. Cornejo, tomo I. Chro-  
nicor. Ordinis.*

*De Sacris Ritibus juxta Romanam Re-  
gulam usui Fratrum Minorum Capuccino-  
rum accommodatis libri tres: adjunctis qui-  
busdam externis ritibus, qui ad Religionis  
Capuccinorum politiam, & ad pleraque  
domestica manera obeunda spectant. Nea-  
poli typis Scorigianis, anno 1626. tom.  
I. in 4.*

*Directorium fori judicialis pro Regula-  
ribus. Augustæ Taurinorum apud Aloy-  
sium Razzimilium, anno 1624. tom. I.  
in 4. Ejus cum laude meminere Hiacyn-  
thus Parra, Leo Allatius, Rossorius, &  
alij plures apud Genuens. sequens elo-  
gium adjcentem:*

Adm.

Adm. R. P. Zacharias Boverius  
Salutiensis, Provincia Pedemontanæ:

De cuius aperto cœlitus ore verè salutis ensis utraque

Parte acutus processit:

Tum ad Fidei Orthodoxæ impios oppugnatores interemendos,

Tum ad interemptos antiquitatis gladio

Seraphicos Capuccinorum alumnos,

Et Patres vita testituendos.

Qui dum Sanctorum monumenta, & Patrum exempla evolvit,

Et revolvenda, sectandaque calamo scribæ velociter

Scribentis exposuit,

Ipse quoque non vulgare religiose vita exempla reliquit,

Plenus dierum, ac bonorum operum

Diffinitoris Generalis.

Munere semel, ac iterum functus.

Obiit Genuæ ætatis suæ anno 70. Religionis 48. die 31. Martij:

M. D. C. XXXVIII.

ZACHARIAS FIRMINUS, Sequa-  
nus, Regularis Observantiae alumnus,  
reste Uvadingo, scripsit:

*Antiquitates Franciscanas à Novatorum  
erroribus, & commentis expurgatas, &  
 vindicatas. Rueffij apud Hæredes Ste-  
phanii Andreæ 1647. in 4.*

ZACHARIAS KIRCHGESSER, Ger-  
manus, ex Urbe Klimbergensi  
ad Moenum Prov. Colonientis, Conven-  
tus Monasteriensis ordinarius Conciona-  
tor, edidit Germanicè librum, cui titulus:

*Christianæ compas-  
sionis, sive quatuor cor-  
diales, ac breves admonitiones de moderna  
misericordia mutatione Germanie. Monas-  
terij apud Bernardum Raesfeld, anno  
1635. in 12. De eo post Uvadingum,  
Lassor, tom. I. sive Universi, fol. 442.*

ZACHARIAS LEXOVIENSIS, Ga-  
llus, Provincia Normanniae Minor. Ca-  
puccinor. alumnus, Vir genere clarus, zelo  
Catholicæ fidei illustris, & Missionarius  
Apostolicus in Angliam specialiter desti-  
natus, multa pietatem cum eruditione re-  
solentia typis mandavit, quorum intercip-  
tiones:

*Giges Gallus, quem librum evulgavit  
sub nomine Petri Firmiani, & dividitur  
in viginti septem sectiones. Prodiit pri-  
mum Parisijs anno 1659. postea Lugduni  
annis 1660. 1661. 1669. in 4. & in 8. Vidi.*

*Genius seculi: est liber in novem secio-  
nes distributus. Parisijs ann. 1659. & Lug-  
duni 1669. in 4. & in 8.*

*Somnia Sapientis: est liber in duodecim  
sectiones, sive tractatus distributus. Ibid.  
1659. & 1669. Hi tres libri sunt contra  
depravatos facili mores, & tanta apud  
Viros doctos sunt existimatione, vt, Ge-  
nuensi teste, nullus vñquam, omnium fe-  
rè opinione, tam docte scripserit, & acutè  
persuaserit, & tam liberè de rebus Politicis  
disseruerit. Scripsit etiam Latinè opus  
valde pium legenti utilissimum, cuius ti-  
tulus est:*

*Christus patiens, sive tota Pauli scien-  
tia. Est liber de Passione Domini, habens  
sensus altos, subtiles, devotos ex veter-  
um Patrum genio; continens brevitatem  
refertam rebus, Theologiam servato sui  
fastigio, & adjecta Scholæ ruditate, faci-  
lem, solidamque varietatem sic pietati  
accommodatam, vt placendo proficit, nec  
vñquam discedat à spiritu Evangelij. Pa-  
risijs apud Dionysium Thierry, anno  
1661. in 4. & Augustæ Vindelicor. sum-  
ptibus Martini Happach anno 1716. in 4.  
Vidi.*

*Sylva Sacrorum varij argumenti multi-  
plicem Theologiam continens. Parisijs 1662.  
tom. I. in 4. & Augustæ Vindelicor. Vidi.  
Evulgavit insuper quatuor volumi-  
na ab eo Gallico prænotata:*

*Monarchia Verbi Incarnati, seu de Po-  
testate.*

*testate Regum.* Parisijs apud Viduam Nicolai Buon 1642. in 4.

*Monarchia Verbi Incarnati, seu de justitia, & bonitate Principum.* Ibidem per Dionysium Thierry 1466. in 4.

*Philosophia Christiana.* Parisijs apud eundem 1644. in 4. Vide *Joannes Augustinus.*

*Tractatum de Mirabilibus Regionis Gallica editio de Jansenio.* Ibidem eisdem formatum 1650. in 8. Obiit apud suos in Conventu Ebroicensi anno 1661. Ejus meminuit Uvadingus, & Dupinus, sec. 17.

**ZACHARIAS MEDIOLANENSIS,** Capuccinus, ex nobili Castilionum familia, Marchionis Manfredi Castilionei ger- manus Frater, Vir, vti Genuensis narrat, piissimus, Concionator ferventioris spiritus, & salutis animarum studiosissimus, religionis virtutum ornamenti decorus, atque Apostolicæ vitæ exemplis omnibus venerandus; scriptus ad instructionem Novitiorum opus perutile Italico sermone, tempore:

*Juvenis Capuccini Instructionem.* Mediolani apud Ludovicum Monzam, anno 1646. in 8. & in 4. Insuper emisit:

*Tres utiles instructiones ad expoliandum veterem hominem.* Ibidem 1647. in 8.

*Sermones pro Oratione 40. Horarum.* Ibidem 1653. in 4. Floruit circa annum 1650. Pertractant de eo Dupinus, seculo 17. Uvadingus, & Picinellus in Athenæo Mediolanensi.

**ZACHARIAS RHENDANNA,** Tridentinus, ex Capuccinis Prov. Brixensis, Missionarius Apostolicus in Regionibus Rhetiorum, quo immunere acerrimum Hæreticorum hostem se semper exhibuit, Germanico idiomate edidit:

*Volumen exercitiorum spiritualium pro vosa illorum Populorum.* Brixia 1665. in 8. De eo Genuensis.

**ZACHARIAS SALODIENSIS,** Italus, Capuccinus, Prov. Brixensis Sacerdos, Missionarius Apostolicus in Rethio, ubi per plures annos pro salute animarum strenue laboravit, edidit Italice opus sub hoc titulo:

*Lucerna accensa supra Candelabrum,* in 12. tractatibus, quibus ostendit Regionibus Rhetiorum continuas seriem Fidei Catholicae Romanæ. Venetijs apud Benedictum Millochium 1679. in 4. teste Genuensi.

**ZACHARIAS LA SELVE,** Gallus, ex Recollectis Prov. Sanctissimi Sacramen-

ti, Theologus, ac doctrina insignis, vti testatur ejus lucubrationes, Concionatoribus communia fecit opera prænotata:

*Annus Apostolicus pro toto Adventu.* Parisijs apud Edmundum Couterot 1711. in 4.

*Pro tempore Quadragesima* volumina duo, ibidem anno 1713. in 4.

*Pro omnibus Dominicis totius anni tomos tres.* Ibidem anno 1710. in 4.

*Concionum de Sanctis* volumina 4. Ibidem apud eundem 1713. in 4. Prodierunt etiam tomis 9. in 8. Leodij, & duobus tomis in fol. Venetijs ex typographia Balleoniana anno 1725. Vidi.

**ZACHARIAS ULYSSIPONENSIS,** Lusitanus, Prov. Bononiensis Minor. Capuccin. alumnus, ac pluries Diffinitor; Vir insignibus doctrinæ, ac sapientiae donis præornatus, singulari in dicendo facundia insignitus, ac Genuensi judice spiritus almi fervore repletus, scriptus opusculum, cuius titulus est:

*Catholica consolatio ad Claves Partenses, & Placentinos pro obitu Serenissimi Alexandri Farnesij eorum Ducis, & Principis.* Parmæ apud Erasmum Viottum, an. 1594. Transtulit etiam ex Lusitano in Italicum idiomam, ac in meliorem ordinem reduxit, postillisque exornavit nonnulla opera R. P. Hectoris Pinti Ordinis S. Hieronymi & sunt:

*De vera amicitia.*

*De Justitia.*

*De Vita solitaria*

*De discreta ignorantia*

*De Causis.*

*De Tranquillitate vita.*

*De vera Philosophia.*

*De veris, & falsis bonis.*

*De Religione.*

*De memoria mortis.*

*De tribulatione.* Omnia hæc opuscula dicavit Seren. Ranucio Farnesio Parmæ, & Placentia Duci. Venetijs apud Nicolaum Miserinum 1594. tom. 2. in 4. Obiit Yultabij apud suos anno 1604.

**ZENO ATHENSI**, Capuccinus, natione Germanus, Prov. Austræ Concionator, transtulit ex Italico in Germanum idiomam:

*Vitam S. Zenonis Episcopi Veronensis.* Prodiit anno 1689. teste Genuensi.

**ZENO BERGOMENSIS**, Italus, Prov. Tirolensi Minor. Capuccin. Minister Provincialis, Vir, apud Genuensem, doctrina, ac pietate clarus, scriptus Latinæ opusculum, quod intitulavit:

*Methodus meditandi Passionem Domini nostri*

*nostri Jesu Christi.* Impressum est Monachi anno 1609. & postea ab eodem Authorc locupletatum, denuò prodij ibidem anno 1625.

**ZENOBIUS FLORENTINUS**, ex Prov. Tuscia, Concionator, & Cantor egregius, magnus, & optimus Scriptor Librorum Choro inservientium, hujus Artis, &

*Modus compositus, & quamplures libros reliquit laudatos à Fr. Antonio de Terrina in suo Theatro Genealogico Prov. Tuscia, parte 3. tit. 1. serie 4. de Scriptoribus.* Obiit anno 1568.

#### AD LECTOREM.

**Q**UOD exemplo Divi Hieronymi, Gennadij, Honorij, & Sieberti, Tritheimius, Valerius Andreas, Lucas Uvadingus, D. Nicolaus Antonius, D. Antonius Mongitori, Dionysius Genuensis, ceterique (vt monui adversum, R. P. Fr. Jacobum de Castro, in mea Apologia Hispanicè prænotata: *Serios Dilemmata*) in hoc scripti genere sibi licitum putarunt, idem in hac Bibliotheca, mihi quoque virtus verti non debet, vt à me scripta haec numerem, si quis fortè, vel id scire aveat, vel mea (vt Valerio Andrea ytar) tanti esse putet, vt ceteris accenseri debeat, aut possint. Hoc ergo modo colophonem Biblioth. meæ imponam.

**JOANNES A S. ANTONIO**, natus Hispanus, patria Salmantinus, in ejusdem Urbis celeberrima Academia liberalibus disciplinis operam dedit, ac Baccalaurea laurea ornatus, in Cathedram extraordinariè, vt vulgo dicitur, per triennium ascendit, Apollineam facultatem professus. Sæcularia eligens, iterato Minoritas, maximè Discalceatos fugitavit, donec feria 6. majoris Hebdomadæ Concionatorem Regul. Observ. Compostellanae Prov. alumnus, Salmanticæ in agro S. Francisci de Christi Domini morte, de Crucis descensu, ac sepulchro dicentem audiens exteriori, & interiori vocem Domini ad ostium cordis pulsantis, tanto sermone inflammatu, Ordinem Minorum ingressus, inter ipsos Discalceatos, à quibus à Deo revocatus non semel recessit, professionem emisit in Salmantino Conventu S. Josephi, vulgo del Calvario, anno 1699. die 25. Aprilis. Alumnus ergo Discalceatae Prov. S. Pauli in veteri Castella, Sacre Theologiae Lectoris, Guardiani,

Diffinitoris, ac Custodis; meritis licet imparibus, muneribus functus, inter Supremi Senatus S. ac Generalis Inquisitionis Qualificatores connumeratus, & sue Provinciæ, & totius Ordinis Franciscani, ex Superiorum praescripto Chronologum egit, & agit, hoc anno 1733. Nonnulla conscripsit, ex quibus habentur:

#### E D I T A.

*Chronicorum Prov. S. Pauli Friariorum Observ. Discalceatorum, Hispano sermone, tomus primus. Prodiit Salmanticæ ex officina Sanctæ Crucis, anno 1728. in fol.*

*Chronicorum ejusdem Prov. tomus secundus. Matrii ex typographia Viduae Joannis Infanzon, anno 1729. in fol.*

*Bibliotheca Minorum Discalceatorum attramenta, & sanguine Scriptorum, Latinæ, Salmanticæ ex typographia Eugenij Garcia de Honorato, anno salutis 1728. in 4.*

*Concio Historico-Dogmatica, Panegyrica de Inventione Lateritie Imaginis Christi patientis, sub titulo: Ecce Homo, habita Zamoræ in Basilica S. Vincentij Martyris. Salmanticæ apud typographiam Sanctæ Crucis, anno 1728. in 4.*

*Panegyris in laudem S. Bernardini de Felto recentè beatificati, habita in Ecclesia Mattitensis Conv. Regul. Observ. S. P. N. Francisci, adjecto Elogio S. Joannis de Prado. Matrii ex typographia Viduae Joann. Garcia Infanzon, ann. 1728. in 4.*

*Propugnaculum, sub titulo Censura; Biblioth. Universalis Litterarum à Christi Adventu, usque ad præsens seculum à D. Christophero Rodriguez, Hispano, Presbytero, & à Commissionibus Supremi Senatus Sanctæ, ac Generalis Inquisitionis. Præfixum habetur initio laudatæ Bibliothecæ, ac iterato editum.*

*Apologia pro filiatione S. Petri de Alcantara, Provincia S. Gregorij Philippinarum, ac S. Gabrielis in Extremadura, sub titulo Hispano: Serios Dilemmata, adversum alias à R. P. Fr. Jacobo de Castro extemporaneæ conscriptam. Matrii ex typographia Hæredum Vidue Joannis Infanzon, anno Domini 1732. in 4.*

*Bibliotheca Universæ Franciscana, tomus primus Latino idiomate. Matrii ex typographia Causæ V. Matris de Agreda, anno Virginis Partus 1731. in fol. Complebitur à littera A. usque ad litteram F. inclusivè.*

*Bibliotheca Universæ Franciscana, tomus*

secundus, à littera G. vsque ad litteram P.  
Ibidem 1732. in fol.

*Bibliotheca Universæ Franciscana*, to-  
mus tertius, à littera Q. vsque ad littera  
Z. adjectis Appendix, Supplemento, &  
Correctionibus. Ibidem 1733. in fol.

*Statio ad Virginem Dolorosam*. Valli-  
soleti anno salutis 1726.

*Dissertatio Censoria quarumdam pro-  
positionum V. Fr. Alvari de Roxas in Apoca-  
lypsim*, cuius Expositio nunc primò im-  
pressa est Hispalie.

*Elogium S. Froylani Legionensis Episco-  
pi*, Hispalicè. Editum habes tomo I.  
Chronicorum Provinciæ S. Pauli, lib. 4.  
cap. 23. Incipit: *Santo nuevamente anti-  
guo, y antigamente nuevo.*

*Expositio mystica Epistole V. Martyris  
Molucensis Fr. Sebastiani à S. Josepho Dis-  
cœlati Franciscani*. Extat impressa tomo  
p. Chronic. Prov. S. Pauli, lib. 2. cap. 5.

#### IN E D I T A.

Chronicorum Provinciae S. Pauli, to-  
mus tertius fermè completus, ad prælum-  
que paratus.

*Orationum peregrinarum*, sermone His-  
pano, tomus in fol. ad præluni maturus,  
& licentij necessarijs munitus.

*Biblia Defunctorum*, opus in Concio-  
nantium gratiam, ex SS. Patribus, ac Ca-  
tholicis Doctoribus de promptum in fol. &  
facultatibus ad impressionem roboratum.

*Mirabilia Dei in Orbe Franciscano*, opus

#### O. S. C. S. R. E.



Panegyrico-Historicum, in quo, à summo Cœlo, vsque ad Abyssum miranda trium Ordinum S. P. N. Francisci verna culæ, & cursum recensentur.

*Lactis sapientes*, scù *Bibliotheca Lacto-  
rum Ord. S. Francisci*, qui aliquid scripto  
consignarunt. Est tomus in 4. & licentij  
ad prælum fulcitur.

*Corona Coronarum*. Opus est Historia  
co-Mythicum, in quo Corona Deiparæ  
semper Virginis, quam Minores recitante  
propugnatur, & recensentur vñiversæ  
Coronæ in laudem Christi Domini, ac  
Immaculatæ Virginis instituta. Extat M.S.  
in 8. sed adhuc lima eger.

*Chronicon Prov. S. Pauli*, Latinè con-  
scriptum. Afferatur M. S. in Aracelita-  
no Ordinis Archivio, & in Archivio lau-  
datae Provinciæ.

*Martyrologium Minorum Discalceata-  
rum sanctitate illustrum*, Latinè, sed im-  
præsentiarum semiplenum.

*Glossa practica Sacrae Scripturae à Genesi  
vsque ad Apocalypsim* in varios tomos in  
fol. distribuendæ. Extant semiplenæ, &  
imperfectæ; complebuntur autem vita  
comite, si Domino placuerit, cui sit fa-  
lus, vira, honor, laus, virtus, decus,  
gloria, magnificentia, exaltatio, lauda-  
tio, potestas, majestas, adoratio, jubila-  
tio, glorificatio, celsitudo, magnitudo,  
fortitudo, claritas, benedictio, & gra-  
tiarum actio per infinita sæcula sa-  
culorum. AMEN.

# BIBLIOTHECA MATERIARUM, DE QUIBUS SERMO EST APUD Scriptores in secundo tomo laudatos.

## BIBLIA SACRA.

### S. I.

## IN BIBLIA UNIVERSA, scù de rebus Biblicis.

**G**abriel Brunus: Tabulam alphabeti-  
cam ex vtroque Testamento.

*Idem*: De Expositoribus, ac modo expo-  
nendi Sacram Scripturam.

**G**aspar Pato: Medullam QQ. S. Script.

**G**aspar à Spiritu S. Concordiam Vul-  
gatæ cum LXX.

**G**erardus Odonis: De Figuris Bibliorum.

*Idem*: In varios locos Sact. Bibliorum.

**G**erardus Veruxit: De Præstantibus Novi  
Testamenti donis.

**G**ondisalvus a Baldivia: Biblia Mariana.

*Lege à pag. 21.*

**G**regorius Angellerius: Conformatites mi-  
raculorum Seraphicæ Religionis cum  
miraculis utriusque Testamenti.

**G**regorius Hurtado: Annotationes in Evan-  
gelia totius anni.

**G**uilielmus Bernardi: De Sacratum Litte-  
rarum communicatione, & sensu.

**G**uilielmus Butlerus: Contra Transla-  
tionem Anglicam.

**G**uilielmus Farinerius: Comment. in varios  
libros Sacros.

**G**uilielmus Furleo: Opuscula in S. Scriptu-  
ram.

**G**uilielmus de Miltona: In varios Scriptu-  
ræ libros à laudandis inferius distinc-  
tos.

**G**uilielmus Nortonus: Repertorium Lyrae.

**G**uilielmus Notinghamus: Concordiam  
et quatuor Evangelistarum. Quæstiones in  
Evangelia. Lecturas Scripturarum. Su-  
per Evangelia Dominicalia.

*Tom. III.*

**G**uilielmus Woodfordus: Pro introitu Bi-  
bliorum.

**H**annibal Boffelus: De Nominibus Dei.  
De Luciferi effigie, secundum Scriptu-  
ras. De S. Scripturæ dignitate.

**H**enricus BuKentop: De Vulgatae editione  
plura. De Sensibus S. Scripturæ.

**H**enricus Cosetius: Multorum locorum S.  
Scripturæ explanationem.

**H**enricus Harvilleus: Chronologiam S.  
Scripturæ.

**H**enricus Helmesius: De Verbo Dei.

**H**enricus Regius: Biblia alphabeticæ.

**H**enricus Standitus: Contra Versionem  
Erasmi.

**H**enricus Uvillot: De Enoch.

**H**ermannus Janfens: De Biblijs Sacris  
Belgicè editis.

**H**ermenegildus de Olod: Vitidarium tex-  
tuum S. Scripturæ.

**H**ieronymus Arelatenus: In S. Scripturam  
tom. I.

**H**ieronymus de Bochijns: Harmoniam Nu-  
cleum totius Vet. Testam. & Novi ex  
parte.

**H**ieronymus Combonus: Artem linguae S.

**H**ieronym. Gallus: Discursus Scripturales  
super Evangelia Quadragesima.

**H**ieronymus à Iesu Marta: Seriem Sacrae  
Scripturæ.

**H**ieronym. Leopolitanus: Biblia Polonica.

**H**ieronym. Planes: De Templo Salomo-  
nis.

**H**ieronym. Ramirez: De Republica Hæ-  
brearum.

**H**ieronym. Titus: Synopsim in 4. Evan-  
gelia.

**H**ieronym. Tornellius: Figuras Biblicas.

**H**ieronym. Zapata: Histor. Susanna illus-  
tratam.

**S. Jacob. de Marchia: De Locis commu-  
nibus.**

# BIBLIOTHECA

- Jacobus Alexandrinus*: Postillam in Evangelia.
- Jacobus Bordes*: Expositionem omnium figuratum Apocalypsis.
- Jacobus Burdigal.* De Elementis Hebraicis.
- Jacobus Cappel*: In Sacram Scripturam.
- Jacobi Kempis*: Decas Scripturistica.
- Jacobus de Rodo*: Super Evangelia.
- Jacob. Spinello*: Annotationes in universa Biblia.
- Iildebrandinus*: De Lege Evangelica, & Divina.
- Ildephonsus Bargas*: Digressiones Morales in Historiam Susannæ.
- Joanna Maria à Cruce de Reveredo*: Super difficiles S. Script. sententias.
- Joannes Anglicus*: De Perfectione Evangelica.
- Joann. Bapt. Caramma*: Super S. Scripturam.
- Joann. Bapt. de Perusio*: Sacram Catechismam.
- Joann. Brunus*: De Benedictionibus Patriarch.
- Joann. Burdigal.* Synopsis institutionum Hebraicarum.
- Joann. de Caulibus*, tract. super Evangelia.
- Joann. de Colonia*, in Evangel. Hyem. & Aestiv.
- Joann. Duns Scorsus*: Comment. in Evangelia.
- Joann. de Esfordia*: Tabulam originalium nominum.
- Joann. Ferus*: Expositionem Historiarum Ezechiae, Nabuchodonosoris, & Balathasaris.
- Joann. à S. Francisc. Moredas*: Analogias vtriusque Testam.
- Joann. Garcia*: Collectanea Biblica.
- Joann. GravendunK*: Postill. in Evangelia.
- Joann. de la Haye*: Biblia Maxima.
- Eiusdem*: Chronic. sacrum. Prolegomena Veteris Testamenti. Antilogiae sacræ.
- Idem*: De modo exponendi S. Script. ejusque sensibus. Exposit. Nomin. Hebraic. De ponderibus mensuris, ac monetis.
- Eiusdem*: Biblia magna.
- Joann. à S. Huberto*: De Sancto Joseph Patriarcha.
- Joann. Latberius*: Lectiones Scripturarum.
- Joannes à S. Laurentio*, in varios libros sacros.
- Joann. Leonardia*, in Exameron.

- Joann. Mahusios*: Annotationes in Vetus Testam.
- Joann. Mancebon*: Loci comunes.
- Joann. Maria Ferrerus*: Fontales conceptus S. Scripturæ.
- Joann. Matthaeus*: De sensibus S. Scripturæ.
- Joann. Pecchamus*: Collectanea. Bibliorum.
- Idem*: Locorum ex vtroque Testamento lib. 1.
- Idem*: De Mystica interpretatione Numerorum in Sacra Scriptura.
- Joannes Pelicanus*: Breves notitiae in Sacram Scripturam.
- Joannes de Qualea*: Glossarium.
- Joannes Ridewallus*: Lecturas Scripturarum.
- Joannes de Romanones*: Stromata quædam Scripturæ Sacræ.
- Joannes à SS. Trinitate*: De Sacra Scriptura.
- Idem*: Compendium Epistolarum Sancti Pauli.
- Joannes de Saxonia*: Commentaria in Scripturam.
- Joannes Standitus*: De non edendis in vulgari sacris Biblij.
- Joannis Vasco*: Biblia mellificata.
- Joannes Vincentius*: Glossas quædam in Psalmos.
- Joannes Vitalis*: Speculum morale totius Scripturæ.
- Josephus ab Assumptione*: Concordantias Sacrae Paginæ, & Sanctorum Patrum, M. S.
- Josephus Bergolinus*: Dialecticam Sacræ Scripturæ.
- Josephus Maria Trainitus*: Disquisitiones Biblicas, M. S.
- Josephus Ollerensis*: Proemalia in universam Sacram Scripturam.
- Joseph. à Spiritu S. in sacras Commutationes*, M. S.
- Ladislaus Marfomi*, in vtrumque Testamentum.
- Landulph. Caracciulus*: Postillam in Scripturam.
- Laurentius Brancatius*: Compendium Nicolai de Lyra. Concordantiam Evangeliorum.
- Laurentius Portel*: De impensis factis in Templo Salomonis.
- Leander Livionensis*: Veritates Evangelicas.
- Leo Rubeus*: Repræsentationem sacram Reginæ Esther.
- Lucianus Richardus*, in Scripturam.

# MATERIARUM.

- Ludovicus Baldas*: Commentaria varia.
- Ludovicus à S. Franciscō*: Globum Capenum, & arcanorum lingue S. ac Divinæ Scripturæ.
- Ludovicus Macian*: Annotationes super Sacram Paginam, Arabicæ.
- Ludovicus Miranda*: De sensibus Sacræ Scripturæ.
- Manfredus Ternonensis*: De Expositione omnium vocabulorum Sacræ Scripturæ.
- Marchesinus à Regio*: Dictionarium Biblium.
- Idem*: De Mensibus Hebraeorum. De Interpretibus. De modis exponendi Sacram Scripturam. De Vestibus Sacerdotialibus. De Festivitatibus Legalibus. De qualitatibus S. Scripturæ.
- Marcus de Berulle*: Expositionem universæ S. Scripturæ cum concordantia.
- Marcus de la Camara*: Expositionem 500. locorum S. Scripturæ.
- Marcus à S. Maria*: De Testamento Vetus, & Novo.
- Marcus Ulmensis*: Dictionarium universæ S. Scripturæ.
- Maria Magdalena à Jesu*, in Cantica Sacræ Scripturæ.
- Marinus Mercenarius*: De mensuris, ponderibus, & nummis Hebraeorum, Græcorum, & Romanorum.
- Marius de Galasco*: Concordantias Hebraicas Sanctorum Bibliorum. Canones lingua Sanctæ.
- Idem*: Dictionarium Hebraicum.
- Marius Scribonius*, super universum fere in Testamentum.
- Martinus del Castillo*: Artem Biblicalm.
- Idem*, in Debboram, & Jahelem. In Susanam.
- Martinus Myricanus*: De locis communibus.
- Martinus de Torrecilla*: De sensibus Sacræ Scripturæ.
- Martinus de Tuinobut*: De Numeris Sacræ Scripturæ.
- Matthæus à Nativitate*: Apologeticum Scripturale. De quadam Danielis prophetia. De Templo Salomonis. De 7. verbis Domini. Super sex Evangelicas clausulas S. Joannis. Historiam Gedeonis. De Nominibus Dei.
- Mathias le Clerc*: Notas breves in Sacram Scripturam.
- Mathias Doringus*: Defensorium Lyranum.
- Mauritius Hybernicus*: Summaria de his, quæ in Scripturis Sacris continentur. Tom. III.
- Mauritius de Portu*: Dictionarium Sacrae Scripturæ.
- Maximinus Aquensis*: Adversus quosdam Traductores, corruptores Novi Testamenti.
- Melchior Flavilus*: Summaria totius Sacrae Scripturæ.
- Michael Angelus Ligur*: Dictionarium.
- Michael Affensis*: Copiam accentuum dictiorum, quæ in Biblijs continentur.
- Michael Gallus*: De mansionibus filiorum Israhel.
- Michael Garcia*: De sensibus S. Scripturæ.
- Michael de Medina*: Biblicas auctoritates.
- Michael de Talavera*: De figuris S. Scripturæ in laudes Sanctorum.
- Idem*: Sacræ Scripturæ sententias.
- Nicolaus Angel*: De sensibus Sacræ Scripturæ.
- Nicolaus Goram*: Commentar. breves in Sacram Scripturam.
- Idem*: Postillam in Evangelia.
- Nicolaus Herben*: Monostichon Dominii nostri Jesu-Christi.
- Nicolaus de Lyra*: Comment. in universa Biblia. Potillas morales. Librum differentiarum vtriusque Testamenti. De Nominibus Hebraicis.
- Nicolaus Quartus*, in multos S. Scripturæ libros.
- Nicolaus Ramos*: Assertionem veteris Vulgatae editionis.
- Octavius à S. Franciscō*: Notitiam Sacræ Scripturæ.
- S. Paschalis*, super Evangelia Dominicalia.
*Orationem funebrem in obitu Exc. Duci de Arcos D. Joachimi Mondo.* Toleti anno 1729. in 4. Vidi.

*Panegyrim pro translatione SS. Saracimenti*, habitam anno 1724. in Conventu S. P. N. Francisci de Guadalaxara.

*Orationem ad Fratres in Capitulo sua Provincia congregatos ann. 1730.* Duæ istæ paratae sunt ad prælum.

ANTONIUS NAVARRO, Hispanus, Regul. Observ. Castellanæ Provinc. Curia Catholica Commissarium agens, edidit:

*Defensionem Sacelli Domini nostre de Loreto Gadicensis Conventus.* Habetur Matriti in Biblioth. Conv. Regul. Observ. sub littera E. num. 42. fol. 278. Vidi.

ANTONIUS PAGIUS, (cujus me-  
mor fuit tom. 1. pag. 318. verbo *Franciscus Pagius*) Gallus, ex Minoritis Conventualibus, Philosophicus, ac Divinis doctrinis exquisitiè eruditus, Ministri Provincialis, alijisque muneribus saepius optimè, & præclarè perfunctus, existimationem hominum, qui tunc præstanti ingenio, tunc perfecti eruditione, non modo in Gallijs, sed in Italia, & Germania florebant, accipere meruit; suscipiens enim Romanam, & Christianam antiquitatem illustrandam, opus valde egregium confecit, sub titulo:

*Critica Historico-Chronologica in universos Annales Ecclesiasticos Emin. & Rev. Cæsaris Cardinalis Baronij, quatuor tomis in fol. comprehensa.* Prodierunt Antwerpiae sumptibus Societatis, ann. salutis 1705. studio R. P. Fr. Francisci Pagij Anthoris Nepotis, ejusdem Ordinis Theologi. Vidi. Accedunt

*Catalogi decem Veteram Summorum Pontificum.* Scriptit etiam:

*Dissertationem Hypatiam, seu de Consulibus Cæsariorum.* Lugduni sumptibus Anthoniorum 1682. in 4. Evulgavit quoque

*Sermones de Sanctis, & de diversis à S. Antonio Patavino conscriptis.* Avenione per Petrum Offray 1684. in 8. Vidi. Obijt

Aquis Sextiis ann. 1699. Ejus in laudem præfixa habes plurium Authorum testimonia tom. 1. Criticæ suæ.

ANTONIUS PICENUS, Minorita, non vulgaris Poeta:

*Dantis Aligerij opus eleganti carmine Latinum fecit; sed ut monet Uvadingus ad annum salutis 1483. (quo floruit) hoc opus ab eruditis maximè concupitum pergit.*

ANTONIUS RAMIREZ DE MENDOZA, Hispanus, ex Provincia S. Jacobi, vt suspicor, typis dedit:

*De rebus ejusdem Provinciae tractatum;* laudatum à Fr. Francisco de Roxas, tom. 2. Annalium Ordinis, pag. 511. & à Fr. Hieronymo Lorte, pag. 221. suæ *Mappæ Subtilis.*

ANTONIUS DE RIBERA, pagina 124. tom. 1. adde: *Tractatus laudatus* habetur in Biblioth. Matritensis Conventus Regul. Observ. sub E. num. 41. fol. 245. Vidi. Ejusdem

*Tractatus de precedentia Procuratorum Generalium.* Extat ibid. fol. 372. Ejusdem demum habentur ibid.

*Apologia plures pro Ordinis decore, & Innocentium defensione* sub E. num. 43. fol. 126. 179. 309. & 330. Vidi.

ANTONIUS ROCCUS DE SCURCULA Marsorum, Doctor Philosophia, & Theologia, scriptit:

*In universam Philosophiam naturalēm Aristotelis, & quæstiones omnes desiderabiles ad mentem Scoti, quas prælegerat Venetijs in Academia Petripaterycorum.* Prodierunt ibid, tribus tomis, ann. 1623. Hæc Fr. Hieronymus Lorte in Catalogo Interpretum Subtilis Doctoris, pag. 544. suæ *Mappæ Subtilis*; ceterum ejus profilio me fugit.

ANTONIUS A ROSARIO, &c; tom. 1. pag. 124. Post verba *sodem idioma-* te, & in 4. adde: Ulyssipone typis Antonij Pedrozo 1702. Vidi. Opus est egregium, in quo parabolice procedens, gradum facit de pomorum natura ad Ascalcam Mongriebiam.

ANTONIUS DE SARHENEA, Hispanus, ex Minoritis Capuccinis Valentianæ Prov. Vit, assertore Genuensi, pagina 29. in Historijs Ecclesiasticis, ac prophæsis non vulgariter versatus, non sine mag-

# ET CORRECTIONES.

no studio elaboravit idiomate Hispanico,

*Compendium Historicum, in quo conti-* nentur omnes res notabiles, quæ amplissimè tractantur in Historijs, & Annalibus, tam Ecclesiasticis, quam prophæsis ab Adam, usque ad hæc tempora, in fol.

ANTONIUS DE SEGOVIA, Hispanus, Capuccinus, ex Valentina Prov. Sanguinis Christi, Concionator, Guardianum agens, prælo dedit:

*Mysticum Orationem pro felicitatibus Hispanie.* Valentia apud Vincentium Cabreram 1678. in 4. Vidi.

ANTONIUS DE TERUEL, Hispanus, Valentianæ Provinciae Minorum Capuccinorum (à Genuensi illaudatus) Concionatoris, ac Diffinitoris muneribus ornatus, ligato sermone emissit Hispanice:

*Stimulum devotionis, ac imitationis Sanctorum, ex Sacra Pægina, ac Doctribus clasicis de promptum, ac per mensis distributum.* Valentia ex officina Viduae Bernardi Nogues, ann. salutis 1663. in 4. Vidi.

ANTONIUS THOMASINUS, Italus, ex Regul. Observant. edidit carmine Italico:

*Vitam, Miracula, & Acta Canonizationis S. Didaci.* Verona apud Hieronymum Discipulum, anno 1594. in 8.

*Invitatortum ad laudem Dei,* Italice. Venetijs per Antonium Ricciardum, ann. Virginei Partus 1607. in 8. ex Uvadingo.

ANTONIUS TRIGONA, Siculus, Narensis, ex Minoritis Conventualibus Italice edidit:

*Discursum de Vita S. P. N. Francisci, adjecto Dialogo.* Panormi typis Joannis Francisci Carrad 1599. in 8. ex Mongitore in Append. ad tom. 1. Bibliotheca Siculae. Claruit ann. 1598.

ANTONIUS DE UBILLA ET MEDINA, Hispanus, Marchio de Rivas, ex Equitibus S. Jacobi, à Consilijs, & Secretis Regis, lingua Hispana emissit:

*Regiam successionem D. D. Philippi V. Hispaniarum Regis Catholicæ, ac Diarium suorum itinerum.* Matriti apud Joannem Garcia Infanzon, anno Virginei Partus 1704. in fol. Vidi. Obiit Matriti ann. 1726. Ministrum agens Tertiij Ord. Franciscani, cuius alumnus erat.

Tom. III.

APOLINARIUS DE VALLOIG; NE, &c. tomo 1. pag. 135. adjunge. Edidit quoque, recensente Uvadingo,

*Regulam, & Constitutiones Tertiij Ordinis S. Francisci pro Secularibus qui eam profitentur, cum exercitio speciali, & quibusdam declarationibus, ac resolutionibus Decretorum super eandem Regulam.* Parisijs anno salutis 1646.

ARSENIIUS DE SANTIAGO, Hispanus, Capuccinus, iteratò Guardianus, ac Custos Valentine Provinciae, communem fecit eruditam

*Concionem de Domina nostra ab Angelis.* Valentine per Vincentium Cabrera, anno 1695. in 4.

ASTESANUS, alter, &c. tom. 1. pag. 144. adde: Nec prætereundæ sunt hujus Astensis

*Concordantie Biblicæ,* quæ Toleti assertantur in Biblioth. S. Joannis Regum sub GG. num. 34. Vidi.

# B

BALTASAR PAGLIA; &c. tom. 1. pag. 178. adde: Edidit insuper, recensente Mongitore.

*In XII. Suetonis Cesares Epigrammata;* Neapoli apud Antonium Gamignanum 1693. in 8. Hoc opus Italice expresserat Vitus Antonius Brocardus, quod morte præventus, edere non potuit.

BALTHASAR DE VILLAFRANCA, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Conceptionis, ann. 1582. quo, in Oppido Tordeillensi à Confessionibus erat Clarissarum Regalis Conventus ejusdem Oppidi, eruditè, & Hispana lingua scriptis: *Methodum confitendi.* Sub quo titulo exponit:

*Decalogi præcepta.*

*Præcepta Ecclesiæ.*

*Opera Misericordiaæ.*

*Ecclesiæ Sacramenta.*

*Vittutes Theologales, ac Morales.*

*Dona, ac fructus Spiritus Sancti.*

*Beatitudines Evangelicas.* Adjecto tractatu

*De Indulgentijs.* Incipit Prologus: *Sententia es de muchos.*

Servatur in Bibliotheca Conventus S. Francisci Laudati Oppidi, Tordeillensis, sub littera M. nyp. 189. in 8. Vidi.

23

BAR

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

BARNABAS UZEDA , Hispanus, Regul. Observ. Prov. Angelorum , Sacrae Theologiae Lector, Missionarijs Apostolicis Collegij de Villaviciosa aggregatus, ibidemque Guardianum agens , vernaculae conscripsit:

*Expositionem Doctrinae Christianae, qua, licet inedita , haud sine fructu vtuntur praedicti Collegij Missionariorum. Vivebat anno 1732.*

BARTHOLOMÆUS ARMENTERO , Hispanus, Regul. Observ. Prov. Conceptionis , Theologiae Sacrae Professor , publici juris fecit:

*Eucharisticam Orationem pro veneratione Oranensi , Segobiae habitam. Matrii ex officina Antonij Sanz , ann. 1733. in 4. Vidi.*

BARTHOLOMÆUS COMANDUS , Siculus , inter Minores Conventuales , quorum professionem emisit, doctissimus , Sacrae Theologiae , & Sacrorum Canonum Lector , ac Diffinitor, à Clemente X. Pont. Max. ad munus perpetui Parochi in Basilica Romana Sanctorum duodecim Apostolorum promotus, typis dedit à se conscriptam

*Vitam Fr. Laurentii Brancati ex Ord. Minor. Convent. tit. SS. XII. Apostolorum S. R. E. Presbyteri Cardinalis. Romæ typis Hæredum Carbelleti, ann. 1698. in 4.*

BARTHOLOMÆUS CORTES , Hispanus , ex Regul. Observ. Prov. S. Michaelis , professione Laicus , & exemplaritatis nota insignitus , scripsit

*Libellos plures spirituales , laudatos à Fr. Josepho de Cruce , part. 1. Chronic. ejusdem Prov. fol. 189.*

BARTHOLOMÆUS LARRALON , &c. tom. 1. pag. 187. adde ad finem : Sub cognomine Garralon prodijt eademmet apologia anno 1675. in fol. sed loco editionis non expressio. Incipit : *In tempore necessitatis dabis responsum. Eccl. 13. 8.* Vidi. in Biblioth. Matriensis Cœnobij S. P. N. Francisci.

BARTHOLOMÆUS MASTRIUS , &c. tom. 1. pag. 188. adde : Emisit etiam :

*Compendium totius Theologiae Moralis. Brunæ ann. 1706. in 12.*

BARTHOLOMÆUS DE PTO. LOMÆIS , Minorita , Senensis , scripsit:

*Vitam S. Luchefij , assertore Uvadingo.*

BASILIUS SALODIENSIS , Galilus , Capuccinus , Prov. S. Ludovici , Concionator Apostolicus , Vir virtutibus , ac rebus pro Christo , & Christipara præclarè gestis insignis , plura scriptit

*De Controversijs cum Hereticis ; an autem sint impressa dubitat Genuensis , pag. 50. Diem clausit extreum clara sanctatis opinione , ann. 1625. Consule Marcellinum de Pise , tom. 3. Annal. Capucinorum.*

BENEDICTUS FUC , Minorita , natione Anglus , connumeratur cum Scriptoribus Iliostribus Ordinis à Fr. Augustino de Uvite in Genealogia S. P. N. Francisci , pag. 70. Claruit ann. 1611.

BENEDICTUS NORIEGA , &c. tom. 1. pag. 201. adde : Edidit quoque:

*Apologiam proximitate sua Provincia S. Jacobi , ann. 1681. in fol. Vidi. Incipit Cum Provincia S. Jacobi , &c.*

BENEDICTUS DE PASSAFUMINE , &c. tom. 1. pag. 201. adde : Edidit quoque:

*Vitam Francisci Gonzaga. Panormi 1636. in 4.*

BERARDUS STROZIUS , Italus , nobilis Florentinus , ex Provincia Tuscæ , Theologus , Musicae , & cantus fracti regulis multum valuit , in ijsque paucis conferendus , plura harum artium reliquit monumenta. Celeberrimus item Concionator scripsit:

*Discursus predicabiles multiplices. Exstant M.S. in Biblioth. Conv. S. Mariæ propè Emporium Prov. Tuscæ. Ex Fr. Antonio Terrina , part. 3. Theatri Genealog. Provinciæ Tuscæ , tit. 1. pag. 192.*

BERNARDINUS AQUILANUS , &c. tomo 1. pag. 204. adde : Nota , funerale ab eo compilitum primum esse Funerale typis datum , teste Fr. Petro de Alva , principio 16.

BERNARDINUS DE SENIS , Lusitanus , ex Prov. Portugalliae , Lector Jubilatus , atque doctissimus ( Romæ enim Theoremata de omnibus Scientijs propagavit , ibidem edita ) ad omnia sua Provincia munia , & deinceps Ex Commissario Generali Cismontano , ad Generalem Ordinis præfecturam honorifice promotus , plures scripsit , ac edidit:

*Litteras Pastorales , sapientia , & pietate plenus. Ad Visevensem Ecclesiam af-*

*sumps-*

# ET CORRECTIONES.

sumptus , ibidem obijt circa annum salutis 1640. Ejus laudata Epistola asservantur in Biblioth. Matriensis Conv. Regul. Observ. sub littera E. num. 37. à fol. 105. & in alijs pluribus. Legi.

BERNARDINUS SICULUS , à Panormo dictus , doctus Minorita , &c. tomo 1. pag. 214. adde: *Ex Conventualibus.*

BERNARDINUS XIMENEZ , Hispanus , ex Carthaginensi Provinc. Regul. Observ. Sacrae Theologiae Professor , & Concionator eruditus , vernaculè vulgariter non sphenenda authoritatis:

*Panegyrim in laudem S. P. N. Francisci , sub titulo : Phœnix Europea. Compluti ann. 1688. in 4. Vidi.*

*Orationem funebrem in Exequijs Marchionum de Velez , ad Capitulum sua Provinciæ habitam. Ibidem typis Francisci Garcia 1684. in 4. Vidi.*

BERNARDINUS GUTTADAURO , Siculus , ex Oppido Febariæ , sua Siculae Prov. strictioris Observ. Custos , qui plures Provincias Visitatoris munere perlustrans , egregia prudentia , ac sanctimonie splendores semper emissit , stylo signavit:

*Vitas nonnullorum Fratrum Reformatorum exemplaritatis nota insignitum , M. S. in 4.*

*De origine Observantie Siculae , ac Panormitani Conv. S. Mariæ à Jesu , adjectis Vitis quorundam Venerabilium Regul. Observ. M. S. in 8.*

*De origine Reformationis Siculae , M. S. in 8. Hæc omnia servabat M. S. Petrus Tognoletus , qui in suo Paradiso Seraphico nonnulla exhibet eorundem fragmenta. Magna cum sanitatis opinione annum agens 28. obijt Panormi 16. Julij 1658. cuius funus confluentium populorum concursu celebratum fuit ; ac defuncti virtutes funebri Oratione exornavit R.P. Franciscus Principatus Panormitanus , Societ. Jesu , quain edidit Messanæ ann. 1659. Pluribus laudatur tom. 1. Biblioth. Siculae D. Antonij Mongitore.*

BERNARDUS MONTERDE , &c. tomo 1. pag. 217. ad calcem adder:

*De ejusdem Ducisse infirmitate , obitu , ac solemní funere relationem. Matrii ann. 1715. in 4.*

*De Vita , ac Obitu Ducisse de Arcos D. Teresia Henriquez , in 4. Vidi. Utraque prodij tacito Authoris nomine.*

BERTHOLDUS NIGER. Hunç , & Minoritam , & Inventorem pyrei pulveris , & ænei tormenti bellici dixerunt alii qui Scriptores Lutherani. Sed quam certo falso hoc sit , ex tempore , & persona comprobatum habes apud Horacium Turcelinum , Gualterium , Simonem Mayolum , & alias Authores à Uvadingo , & Haroldo citatos ad annum salutis 1365.

BERTHOLDUS REGINO-BURGENSIS , Minorita , quem illustribus Scriptoribus Ordinis , accenset Fr. Augustinus de Uvite in Genealogia S. P. N. Francisci , pag. 52. Floruit anno 1246.

BLASIUS CASTRO , &c. tomo 1. pag. 222. adjunge : Evulgavit etiam:

*Opusculum de Subrogatione , ann. 1661. in fol. Vidi , & habetur in Matriensis Bibliotheca Conv. S. P. N. Francisci , sub littera E. num. 34.*

BLASIUS DE PULGAR , Hispanus , ex Regul. Observ. Prov. Mexicanæ Sancti Evangelij , Lector emeritus , à Theologis Censuris S. Officij , Guardianum agens Conventus S. P. N. Francisci de Tlaxcala , typis dari permisit à se habitam in Mexicanæ Ecclesia:

*Orationem Eucharisticam profelici partu D. Mariae Ludovici Hispaniarum Regina. Mexici per Michaelem Ribera , ann. salutis 1708. in 4. Vidi.*

BONAVENTURA BATALLEA , &c. tomo 1. pag. 226. adde:

*De Immaculata Conceptione Virginis multa exaravit , quæ in lucem emittere cupiens , morte præventus , M.S. reliquit. Obijt Panormi 31. Augusti 1627. magno honore parentatus in Ecclesia S. Mariæ de Misericordia. Ex Chronicis Fr. Joannis Alberghini apud Mongitore , tom. 2. Biblioth. Siculae , Appendix 2.*

BONAVENTURA BARBASA , Gallus , ex Regulari Observ. Provinciæ S. Ludovici , Apostolicus , & egregius Concionator , ac moribus Religiosis clarius , Gallica lingua edidit:

*Orationes ad devotè audiendum Sacrum Massiliæ in 8.*

*Meditationes Sacras annuas , in 8. Ibidem.*

*Vitam fratrem , qua dedit ad vitam in 8. Beatiitudinibus contentam , Rmō. P. N. Fr. Joanni à Soto Ministro Generali faciana. Lugduni anno 1731. in 8. Vidi.*

Dicitus

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

*Diarium Vitarum Tertiariorum Sancti Francisci*, in varios tomos distributum. Vivit.

BONAVENTURA BRACCIUS, natione Italus, professione Minorita, inter Scriptores Ordinis Minorum recentesetur à Uvadingo in sui Catalogi Indice, minimè verò in Catalogo.

BONAVENTURA CASTELLAMAR, Mediolanensis Provinciae Theologus Procuratorem agens ejusdem Provinciae, conscripsit Hispano sermone, ac edidit in fol.

*Tractatum pro conservatione sub tutela Regis Catholicæ*, nostri Conventus Varall Montis, in quem S. Carolus Borromæus Cardinalis, & Ordinis Minorum Prosector diebus aliquot secessit. Vidi, & assertatur in Bibliotheca Matriensis Conventus S. P. N. Francisci sub littera O. num. 18.

BONAVVENTURA MALVASIA, idem est ac Bonaventura Bossellis, de quo tom. 1. pag. 227.

BONAVVENTURA DE RUBEIS, Italus, Caramensis, ex Tertio Ordine Regulati Prov. Siculae, Sacrae Theologiae Magister, qui Procuratoris Generalis munere insignitus, Principibus gratissimus vixit, & doctrina, ac vita integritate conspicuus, Italicè emisit:

*Constitutiones Tertiij Ordinis S. Francisci*. Panormi apud Barberam, & Orlandum 1678. in 12. Pissimè decepit Romæ 28. Martij 1701. anno ætatis sue 75. Qui de Bonaventura isto plura cupit, consultat Mongitore, tom. 1. Biblioth. Siculae.

BONAVVENTURA SALINAS, &c. tom. 1. pag. 238. subiecte: Anno 1649. emissit etiam in fol. perpulchrum tractatum

*De novis Missionibus Franciscanorum apud Sinas, & Tartaros*. Vidi. Incipit: *Don Marcos*.

BONAVVENTURA SPECHAERT, idem est ac Bonaventura Bruxellensis, de quo tom. 1. pag. 239.

BONITUS COMBASSON, professione Minorita, ex Conventualibus, S. Theologiae Doctor, laudatur pag. 23. Catalogi Librorum Theologicorum editi Geneva ann. 1725. in 8. cœl Author operis prænotat:

*Vera explicatio praesentis status Serap*

*phica Religionis Minorum S. Francisci*, Colonia 1641. in 12. Prodierat Augustæ Vindelicorum 1630. Lugduni 1629. Traburgi 1628. Alia edidit:

*Philosophica, & Theologica*, teste Uvadino.

BRITO, &c. tom. 1. pag. 243. adde: Utriusque operis assertatur Codex membran. in fol. Toleti in Bibliotheca Conv. S. Joannis Regum sub GG. num. 2, & num. 7. Vidi.

## C

CAJETANUS PANORMITANUS, ex Familia Potesta, Prov. Vallis Mazariae, Regul. Observ. Vir, tūm apud suos, tūm apud alios, naturæ, atque ingenii dotibus, aliquique titulis clarus, ac Lectoris Jubilati, & Custodis mnere insignitus, exaravit Italica lingua opus prænotatum.

*Vera Sapientia*, seu *Theologia Mytica*: Panormi typis Dominici Corresij 1703. in 12. Vivebat ann. 1707. De eo tom. 1. Biblioth. Siculae.

CAROLUS DE ALICANTE, Hispanus, Capuccinus, Theologus, S. Officij Qualificator, ac Provinciae Sanguinis Christi Minister Provincialis, communem fecit à se habitam in populo gravi

*Panegyrim in laudem Sancti Christi à S. Salvatore*. Valentiae per Franciscum Mestre 1685. in 4. Vidi.

CAROLUS MATTHÆI, &c. tom. 1. pag. 255. adde: Scriptit etiam Laetitiae:

*Officium Immaculatae Conceptionis*. Habetur ad calcem operis laudati Gallicè inscripti: *Petite Guide des Devots à la Conception Immaculée de la Vierge Mère de Dieu*. Vidi. Hymnus ad Matutinum incipit: *Salve mundi Domina*.

CATHARINA HISPANA, &c. tom. 1. pag. 257. adde: Scriptit etiam gravissimam

*Epistolam ad D. Mariam ejus filiam* editam tomo 2. Chron. Prov. Aragonum lib. 2. cap. 22. pag. 288. & in Chron. Generalis Ordinis Seraph.

CELSUS DE ZANIS, indistinguitur à Celso Zano laudato tomo 1. pag. 258. Obiit anno 1650.

CHE

## ET CORRECTIONES.

CHERUBINUS DE SPOLETO, &c. tom. 1. pag. 260. adde: Scriptit etiam perpulchram.

*Expositionem Orationis Dominicæ*, quam habes sermone 15. à pag. 61.

CHRISTOPHORUS DELGADILLO, &c. tom. 1. pag. 262. adde: Ejusdem habetur:

*Opusculum de qualitate necessaria in informatione alicujus eventus extraordinarij, p. iij, & mirabilis, ut cœlum miraculum declaretur*. Prodicit in fol. sed ab eoque loco. Vidi. Habetur Matri in Bibliotheca Conventus Regul. Observ. sub E. tom. 6. Miscellan. Ineditum reliquit in 4.

*Tractatum de actibus humanis*. Extat ibidem sub litt. O. num. 17.

CHRISTOPHORUS GALLO DE S. JOSEPHO, &c. tom. 1. pag. 263. adde: Scriptit quoque:

*Diarias victoriæ Septensem adversus Mauros*. Agit impresestiarum de editione. Ad prælum quoque habet

*Mariale*, in quo duo supra 3. Conciones de Immaculata Conceptione Virginis recentenruntur.

*Concionum de Sanctis*, tom. duos.

*Multiplicium Concionum*, tom. 1. Mitto opuscula varia panegyrica, sanè eruta, de quorum impressione non agitur.

CHRISTOPHORUS MORENO, &c. tom. 2. pag. 265. post verba: *Itinerarium in Cœlum*. Matri 1616. & Compluti litteris Joannis Iñiguez 1569. in 4. Vidi. adde: Opus est admodum utile in quatuor Itinera distinctum. Agit in primo:

*De vera contritione*, adjectis quadriginta duobus exemplis. In 2.

*De Confessione Sacramentali*, adjectis 44. exemplis. In 3.

*De satisfactione*, adjectis triginta & sex exemplis. In 4.

*De Sanctissimo Eucharistie Sacramento*, ejusque mirandis, adjectis quinquaginta & octo exemplis.

CHRISTOPHORUS VINTIMI, Italus, ex Reg. Observ. emissit:

*Stationem ad S. Paschalem Baylon*. Genuæ 1706. Vidi, & iteratò in Hispanum idioma redditam, ac impressam.

CHRISTOPHORUS URGEL, Hispanus, Matriensis, Castellanæ Provin-

ciae Regularis Observ. filius, ac eruditus Concionator, prælo paravit volumen in fol. Hispano idiomate, sub titulo:

*Seraphim Chorus*. Amplectitur multiplices festivas Conciones, & ineditum assertatur in Bibliotheca Matriensis Conventus Reg. Observ. sub litt. A. num. 7.

CLAUDIO MERON, (minimè Moron) Minorita, ex Parisiensi Provincia, Theologus, & Baccalaureus Parisiensis, ac in Regno Galliarum Commissarius Terræ Sanctæ opus edidit prænotatum.

*Philosophia Scoto-Peripatetica*. Parisijs apud Aegidium Blaizot, anno 1675. tom. 2. in folio parvo. Vidi. Memoriam ejusdem feci tomo 1. hujus Bibliothecæ, pag. 269.

CLEMENS LEDESMA, &c. tom. 1. pag. 272. adde: Emissit etiam seorsim:

*Concionem de Jefu Nazareno*. *De Dedicatione Templi Angelopolitanus*. *Puritatem Emblematam*, id est, *Orationem in solemani professione cuiusdam Clarisse*. Prodierunt Mexici anno 1684.

CLEMENS A NOTO, Siculus, Provinciae Syracusanae Minorum Capucinorum, Philosophus, ac Theologus insignis, qui moribus omnibus probatus simus, alijs cum laude muneribus functus, ad Generale Ministerium assumptus, singulati zelo, ac prudentia observantiam regularem stabilivit, & miraculis claruit; scripsit

*Tractatum super votum paupertatis Seraphicae*, à Genuensi laudatum, quo teste, plura inedita reliquit

*Philosophica*, ac *Theologica*. Obiit Syracusis anno 1631. & ad ejus funera magna popularum turba illius sanctimoniorum odore allecta devotissime confluxit. Consulte tom. 3. Annal. Capuccin. ad præfatum annum, §. 14.

CONRADUS PROBUS, Minorita, Catalogo Scriptorum illustrium Ordinis Minorum adscribitur à Fr. Augustino Uvi, te in *Genealogia S. P. N. Francisci*, pag. 64. ejus autem lucubrationes me fugiunt. Hic est ille Conradus à Tbinga laudatus ex Uvadingo, ab Haroldo ad annum Christi 1296. num. 2. Obiit, inquit, hoc anno 12. Kal. Septembri Fr. Conradus Probus à Tbinga ejusdem instituti, Episcopus Tullensis in Burgundia, qui Tullense Caenobium Fratrum Minorum majore sui par-

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

*et construxit celebris prius in ordine Lector  
(à Rödulpho Imperatore ad Nicolaum  
III. ab isto Pontifice iterum ad Impera-  
torem, etiam Legatus) deinde Superioris  
Germania Minister, postrem illius  
Ecclesia per annos septemdecim Episcopus,  
qui & virtutibus, & miraculis claruisse  
dicitur.*

COSMAS MAGALLANES, Mino-  
rita, scripsit:

*In Cantica Canticorum; primusque fuit,  
qui principia, quæstiones, & difficulta-  
tes Theologiae Scholasticae ad Theolo-  
giam aptavit positivam, teste Fr. Petro  
de Alva, principio 20.*

CÆSARIUS SPIRENSIS, S. P. N.  
Francisci Discipulus, eratione, oratio-  
ne, paupertate, ac zelo observantiae re-  
gularis præclarus, adornavit

*Evangelicis verbis Regulam Seraphis-  
cam. Insuper scripsit:*

*Opuscula varia, edita primò Argento-  
rati, ac deinceps, studio Fr. Gilii Passa-  
viensis, Francofuti, anno 1605. in fol.  
sanctitate, ac miraculis clarus decepsit è  
vita, anno 1239. cuius animam in Coe-  
lum ab Angelis deferri vidit Gregorius  
IX. Pont. Maximus. Consule Arturum in  
Martyrologio Franciscano, ad dicim 1. Apri-  
lis, S. 1.*

## D

DANIEL PARISINUS, ex eadem  
Provincia Minor. Capuccinorum,  
Sacrae quondam Theologiae Lector, No-  
vitiorum Magister, & Missionarius Præ-  
dictor, publici juris fecit:

*Compendium vita, virtutum, ac Mar-  
tyrij B. Fidelis à Sigmarina Capuccini Sue-  
ci, cum observationibus pijs, & moralibus  
utilissimis. Parisijs apud Joannem Baptis-  
tam, ann. 1731.*

DANIEL A REGIBUS, Lusitanus,  
Regul. Observ. Prov. Algarbiorum, Sa-  
crae Theologiae Lector emeritus, ac Sancti  
Officij Censor, Vir, in quo illud maxime  
mirandum, nempè hominem oculis cap-  
tum dissertationes doctissimas dictare,  
pangere quoque Latinè elegantia carni-  
na; Lusitano etiam sermone opus erudi-  
tissimum dictavit inscriptum:

*Predicatio Evangelico-Hispanica S. Ja-  
obi Majoris iterum vindicata, cui postea  
adjectit nobilem Appendicem. Prodiit ann.*

1724. teste Emmanuele Cajetano de Sou-  
za, tom. I. Expeditionis Hispanicae Sancti  
Jacobi Majoris, quem consulas parte 3.  
sect. 1. assertione 51. num. 1740.

DAVID DE AUGUSTA, &c. tom:  
I. pag. 291. adde: Nota hunc Davidem  
primum fuisse, qui doctrinale ad Novi-  
tios in virtute erudiendos conscripsit, tef-  
te Alva, principio 18.

DAVID N. Minorita, scripsit, ac  
editit:

*Sermones Adventuales. Parisijs 1664.  
in 8. Fides sit apud Bibliographiam Anis-  
sonianam editam ann. 1702. in 8. pag. 46.*

DIDACUS ALCANTARA, Hispa-  
nus, ex Indica Prov. de Mechoacan Regul.  
Observ. Concionator, ac Conventus  
de Queretaro Guardianus, publici juris  
fecit:

*Orationem in obitu V. P. Fr. Antonij à  
Jesu ejusdem Provincie. Mexici ann. 1727.  
in 4. Vidi.*

DIDACUS ANTONIUS ESCOBAR, Hispanus. strict. Observ. Discalcat.  
in Mexicana Prov. S. Didaci, Sac. Theo-  
logiae Professor, & à Synodalibus Exam-  
inibus Diocesis Oaxacensis, communem  
fecit:

*Panegyrim in laudem Immaculatae Con-  
ceptionis, sub titulo: Ultimo quid. Mexici  
ann. 1723. in 4. Vidi.*

DIDACUS DE BASCUÑUELO,  
&c. tomo I. pag. 294. adde: Scripsit in-  
super, teste Marracio:

*Panegyrim de Immaculata Concepcione  
Virginis. Demùm, teste Alva, col. 323.  
suæ Militiæ, emisit:*

*Conciones de SS. Ludovico Gonzaga, ac  
Francisco Xaverio. Lucroni ann. Virginie  
Partus 1622. in 4.*

DIDACUS CAMUÑAS, &c. tom. I.  
pag. 295. adde: Conscripsit etiam, ac edid-  
dit Apologiam pro authoritate Commis-  
sarii Generalis Indiarum, sub titulo:

*Declamatoria, & Apologética Lamen-  
tatio. Pompejopoli typis Martini de Aza-  
cona, ann. 1692. in fol. Incipit: Quod  
omnes. Vidi.*

DIDACUS A CONCEPTIONE,  
Lusitanus, Discalceatae Prov. S. Antonij  
in eodem Regno Pater, stylo signavit:

Apoll.

## ET CORRECTIONES.

*Apologiam adversum Vicariatum Dis-  
calceatorum, opusculum sane domesticis viis  
editum in fol. ann. 1613. Vidi. Incipit  
El Gloriojo Padre.*

DIDACUS DE ECHABURRU;  
Hispanus, Lector Theologus, ac Canta-  
brica Prov. Regul. Observ. Provincialis  
Minister, edidit:

*Super doctrinam Doctoris Subtilis, ac  
Mysterium Immaculatae Conceptionis, opus-  
culum eruditum Flaviobrigæ impressum.*

DIDACUS GOMEZ DE AGUILAR, Hispanus, ex Castellana Provinc.  
Regul. Observ. dignitate Sacerdos, rei  
Poeticae haud ignarus, multa metro His-  
pano concinnavit. Edita habentur

*Varia Poemata super vitam, & obitum  
Vener. Agathæ Sanchez de Grice Tertiaria  
Franciscana. Matriti ann. 1695. in fol. Vi-  
di.*

DIDACUS A MATRITO, alter,  
&c. tomo I. pag. 302. adde: Tomus ter-  
tius sub eodem titulo:

*Cesar, aut nihil. Prodiit Matriti ex  
officina Bernardi Peralta 1732. in 4. Ty-  
pis quoque mandavit sub titulo Epistolæ:*

*Apologiam pro Idgis Hieronymitanis sui  
Germani Fratris Fr. Paulli à S. Nicolao  
ejusdem Ordinis S. Hieronymi Chronologi.  
Habetur initio operis editi Compluti ann.  
1716. in 4. Legi. Insuper pro eodem*

*Critsim Encomiasticum prefixam tom. I.  
Sæculoq[ue] Hieronymianorum. impresso  
Matriti typis Blasij de Villanueva 1723.  
in fol. Vidi. Adhuc vivit Regium agens  
Concionatorem.*

DIDACUS DE MESSA, Hispanus,  
ex Discalceatis Mexicanæ Prov. S. Didaci,  
ejusdemque Concionator, ac Cultos, ver-  
naculae emisit:

*Opusculum de Preparatione ad celebran-  
dam. Matriti 1730. Vidi.*

DIDACUS PARDO, Hispanus, ex  
Mexicana Prov. Regul. Observ. Ordinis  
Pœnitentiarum S. Francisci in Urbe Oajaca  
Visitariorum, ad eorum vnitatem conscripsit;  
ac edidit vernaculae,

*Vitam à S. Francisco regulatam, & à  
Nicolao IV. Tertiaris donatam. Mexici  
apud Bernardum Hogal 1729. in 8. Vidi.*

DIDACUS DE SICILIA, &c. to-  
mo I. pag. 305. adde: Ejusdem habetur  
tractatus

*De Assumptione RR. P. Fr. Antonij Trejo*

*in Vicarium Generalem, & de jure lectionis  
rum, opusculum sane domesticis viis  
editum in fol. ann. 1613. Vidi. Incipit  
El Reverendissimo.*

DIDACUS DE TAPIA, &c. to-  
mo I. pag. 308. dele ex Discalceatis, &  
substitue, ex Recollectis.

DIONYSIUS BONONIENSIS, Mi-  
norita, vna cum Francisco Georgio ejus-  
dem Institutati, absolvit:

*Commentar. in 4. Sententiæ Fr. Ri-  
chardi de Media-Villa, de quo tomo 31  
hujus Bibliothecaæ.*

DOLBARTUS PISTORIENSIS;  
teste Fr. Hieronymo Lorte, pag. 348. suæ  
Mappæ Subtilis, compilavit:

*Tractatum de Formalitatibus Scotti.*

DOMINICA A PARADISO, &c.  
tomo I. pag. 314. adde: Nota Dominicæ  
cam istam, cibus Beatificationis Acta in  
sacro pendent Romano Tribunal, dum  
viveret, minimè Clarissam, sed Tertiij  
Ordinis Franciscani alumnam fuisse, do-  
nec sub vita finem Florentino Collegio  
Dominicatum ab ipsa condito nomen de-  
dit. Requiescit in Ecclesia ejusdem Colle-  
gij; ad eusque Mausoleum sequens appo-  
situm est Epitaphium:

*Venerabili Sorori Dominice à Pa-  
radiso nunc, quæ Divina favente gra-  
tia Monasterium hoc a solo erexit, ins-  
tituit, ac dotavit, piissimè in Christo  
filie tanquam optimè de se meritæ ad  
perpetuum facti memoriam posuere. Vi-  
xit anno 79. mens. 5. dies 27. Obi-  
die 5. Augusti 1553.*

DOMINICUS BLANCO, &c. to-  
mo I. pag. 314. Ad calcem adde:  
*Panegyrim altam à S. Josepho Virginis  
Sponso. Legione apud Franciscum Mon-  
tes 1679. in 4. Vidi.*

DOMINICUS FOROLVIENSIS;  
&c. tomo I. pag. 314. adde: Tractatus  
ab eo elaboratus ab Officio Inquisitionis,  
primum ex opus conscriptum ad causas  
Fidei recte examinandas, & Hæreticorum  
malitiam detegendas, vti notat Fr. Pe-  
trus de Alva, principio 15.

DO-

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

DOMINICUS LOPEZ, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Aragonum, Theologus insignis, & à Confessionibus Comitissæ de Fuentes, typis dedit à se elaboratas.

*Constitutiones Cæsarugustæ Collegij S. Dtdacti. Cæsaraugustæ anno Virginei Partus 1628. in 4. Ineditos reliquit eruditos*

*Tractatus Theologicos sedulò asservatos in Bibliotheca ejusdem Collegij (cujus Guardianum egit) sub littera D. num. 108. Floruit exemplaritatis nota insignitus anno 1630.*

DOMINICUS DE LOSSADA, Commissarius Generalis Indiarum, de quo tom. 1. pag. 317. Subnecte: Scriptis etiam, ac edidit eruditas valde, cedroque dignas lucubrationes, nempe:

*Humilem Deprecationem ad SS. D. N. Clementem XII. Pont. Max. pro Definitione Mysterij Immaculatae Conceptionis Regine Angelorum. Prodiit Matriti anno 1732. in fol. Vidi. Incipit: Hispaniarum, &c.*

*Discussionem Theologicam super Definibilitate proxima Mysterij Immaculatae Conceptionis Det-Genitricis, RR. P. Fr. Joanni de Soto totius Ordinis Seraphici Ministro Generali nuncupatam. Matriti anno Virginei Partus 1733. in fol. Vidi. Incipit: Antequam Principem, &c.*

DOMINICUS DE LA MANA, Hispanus, ex Regul. Observ. Aragonensis Prov. Lector emeritus, Apostolicus Concionator, à Synodalibus Examinibus Jaccensis, & Oscensis Dicecesis, ac iterato Guardianus, vernaculè emisit:

*Novendiale Sacrum. Cæsaraugustæ apud Michaelem Montaniæ, ann. Virginei Partus 1730. in 8. Vidi. Vivit.*

Elisabella jacet sacro hoc Regina sepulchro;

Quæ meritis nitidi fulget in Arce Poli.

Nempe ita, dum vixit, cæco se gesit in Orbe;

Virtute vt morum vixerit omne genus.

Quo fit, vt à Summo Diva hæc selecta Tonante

Régnat & Angelico nos juvet usque Choro.

DOMINICUS N. Minorita, de Custodia Foroliviensi, inter Scriptores illustres Ordinis recensetur à Fr. Augustino de Uvite, pagina 58. *Genealogia S. P. N. Francisci*. Ejus autem lucubrationes me fugiunt.

DOMINICUS DE OLAMO, Hispanus, Regul. Observ. in Provinc. Cantabriæ alumnus, ac munere Concionator, exaravit:

*Descriptionem Conventus Clarissarum S. Mariae de Rivas, vñâ cum relatione Veterum aliquarum Venerabilium ejusdem Cœnobij. In eodem asservatur M. S.*

DOMINICUS A TRINITATE, Hispanus, ex Discalceata Prov. S. Pauli in Veteri Castella, vir doctus, Latinè elaboravit:

*Compendium Resolutionum Moralium perspicui Doctor. Antonij de Diana. Asservatur, sed M. S. in 8. in Biblioth. Conv. S. P. N. Francisci Oppidi de Tordellas, sub littera M. num. 120. Vidi. Obiit in Conventu S. Mariæ Magdalenaæ sua Provinciæ, Præsidem agens anno 1647.*

## E

SANCTA ELISABET, Hispana, Portugallia dicta, &c. tomo 1. pag. 223. Post verba vti. habetur in ejus Historia, lib. 3. pag. 682. adde: Ejusdem Sancta habet spiritu plenas

*Epistolas duas impressas tom. 2. Chtonic. Prov. Aragonum, lib. 1. cap. 13. pag. 44. & ibidem cap. 16. pag. 57. Insuper ad calcem subnecte ejusdem epitaphium, vti sequitur:*

Elisabella jacet sacro hoc Regina sepulchro;

Quæ meritis nitidi fulget in Arce Poli.

Nempe ita, dum vixit, cæco se gesit in Orbe;

Virtute vt morum vixerit omne genus.

Quo fit, vt à Summo Diva hæc selecta Tonante

Régnat & Angelico nos juvet usque Choro.

# ET CORRECTIONES.

EMMANUEL A S. ANTONIO, Hispanus, Salmanticensis, Discalceatae Provinciæ S. Pauli in Veteri Castella filius, moram trahens inter Apostolicos Missionarios Sahaguntini Collegij, exaravit

*Doctrinarum, ac Missionum, tom. in 4. Prælum expectat. Vivit.*

EMMANUEL FERDINANDUS DE SANCTA CRUZ, Hispanus, Palentinus, Doctoris Theologi laurea in Salmantina Academia, ac Toga Majoris Conchentis Collegij insignitus, ex Segovianis Ecclesiæ Canonicatu Magistrali, ob ejus eximias dotes Angelopolitanæ Ecclesiæ infulis ornatus, verbo, & exemplo omnibus illuxit. Hic certè de Seraphica Religione optimè meritus, suam regens Ecclesiam, Ministrum egit Tertiij Ordinis S. Francisci, cui nomen dederat, teste Fr. Clemente Ledesma in suo Compendio Tertiij Ordinis Seraphici, pag. 249. Doctrinæ quoque radijs fulgentissimus Antilogiarum Sacras, à Genesi usque ad 2. Regum conciliavit; vnde posteris dedit:

*Antilogiarum universæ Sacrae Scripturae. tom. 1. Segoviæ impressum litteris Bernardi à Hervada, anno salutis 1671. in fol. Vidi.*

*Antilogiarum Sacrarum, tom. 2. Prodijt Lugduni ex officina Ludovici Mabie, anno Domini 1677. in fol. Vidi.*

*Antilogiarum Sacrarum, tom. 3. Ibidem apud Claudium de Roche anno Virginei Partus 1689. in fol. Vidi. Ejus gesta conscripsit R. A. P. Fr. Emmanuel de Torrés, ex Ordine Dominæ nostræ de Mercede, publicque juris fecit Matriti anno 1722. in 4. Vidi. A pag. 397. editas habes ejusdem V. Episcopi*

*Epistolas mysticas, & Asceticæ sex supra triginta. Legi. Obiit exemplaritatis nota insignitus anno 1699. die 1. Februario.*

EMMANUEL MIMBELLÀ, &c. tomo 1. pag. 331. adde: Conscripsit etiam Apologiam pro Cathedra V. Doctoris Subtilis, in Cæsaraugustana Academia erigenda, impressam anno salutis 1681. in fol. Vidi.

EMMANUEL A SPE, Lusitanus, ex Regulari Observ. Provinciae Portu-gallie, Lector emeritus, Historiographus, ac Pater, vir, tum litteris, tum virtutis

*Tom. III.*

bus præclarus, scripsit, ac vernaculè evaluit:

*Historiam Seraphicam Provinciae Portugalie. Tomus primus editus fuit Ulyssipone formis Craesbeckianis, anno 1656. in fol. Tomus 2. ibidem anno salutis 1666. in fol. Vidi.*

EMMANUEL A SPIRITU SANTO, Lusitanus, ex Provincia Portugallie Regularis Observ. Theologus, à Centuris S. Officij, & Concionibus Seren. Infantis S. Francisci, prælo dedit à se habitam in populo gravi, eruditam

*Orationem de Penitentia, vernaculè Ulyssipone ex officina Mauritiij Vincen-tij anno 1732. in 4. Vidi. Prælo etiam patratum habet*

*Concionum multiplicium, tom. 1. Vi-vit.*

ERNESTUS SCHAFF, &c. tomo 17. pag. 336. adde: Titulus suæ Philosophiae hic est: *Domus Sapientiae Doctoris Subtilis. Prodijt Pragæ anno 1663. Laudatur à Fr. Hieronymo Lorte, in sua Mappa Subtili, pag. 344.*

EVANGELISTA A MOMIGNO, &c. tomo 1. pag. 337. Post verbum *Neufser*, subnecte: Intupet emissit:

*Promptuarium Sermonum de Tempore. Coloniæ anno salutis 1659. in 4. Ex Bibliographia Anissoniana ad annum 1702. pag. 48.*

EUSEBIUS GONZALEZ, &c. tomo 1. pag. 339. adde: Ejusdem habemus Tabulam Magnalium Seraphice Reliq-gionis, in Charta expansa editam.

*Scalam Jacob pariter impressam, cujus memoriam habes sub littera Q. Prælo patrat*

*Chronicorum Ordinis tomum VIII, vernaculè in fol. Ad prælum demùm maturæ habet*

*Negotium lucis adversum negotium illuf-sionis Molinos, in 8.*

*Idam Historice eloquitionis, in 4. Poemata varia mystica, in 4.*

EUTROPIUS BERTRANDUS; &c. tomo 1. pag. 340. adde: Editos habes Eutropij hujus

*De Sacramentis in comment., & de Bap-tismo, & Confirmatione, tom. I. Tolosæ apud Bernardum Fouchac, anno 1657.*

*De V. Eucaristia, tom. 1. Ibidem im-pressum anno 1659. Laudatur à Fr. Hie-*

*b*

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

tonymo Lorte, pag. 349. sive *Mappa Subtilis.*

## F

**S**ANCTUS FELIX DE CANTALITO, ita à sua Patria Cantalito, nempè Reatinæ Diocesis dictus, professionem Laicorum Fratrum inter Patres Capuccinos emisit, miraque abstinentia, charitate, & obedientia præditus, amicam familiaritatem cum S. Philippo Neri, alijque Sanctissimis Viris in ijs, signisque admirandis corruscavit. Simplicem quamvis vitam agens, ligato sermone conscriptis:

*De Amore Dei multiplicia Cantica*, ex quibus nonnulla habes edita, apud P. Moncada, parte 2. Chronicor. Capuccinorum. Die vltimo prænuntiato, ad Cœlum migravit anno 1587. die 18. Maji, eius corpus sacram, Romæ, honorifico conditum sepulchro, miraculis plurimis illustratur. Pluribus de eo Arturus in Martyrologio Franciscano ad præsumum diem, S. 10. & 11. subdendus ejus in laudem *Fasobi Billij Epigramma*, cuius initium:

*Sarcina cum soleat quevis onerosa videri  
Sola tamen Christi sarcina corda levat;*  
O.c.

In Beatorum numerom retulit Urbanus VIII. anno 1624. in Sanctorum vero Clemens XI. anno Virginei Partus 1712. die 22. Maji.

**FAUSTINUS TASSUS**, &c. tom. 1. pag. 343. adde: Scripsit etiam Italico idiomate,

*De Conversione Peccatoris*, opus egeum in tres libros distributum. Venetijs typis Joannis Baptista Guerra, ann. 1578. in 4. Vidi. In tertio libro agit etiam,

*De Eleemosyna.*

*De Oratione Mentali, & Vocali*, adjecta eruditissima

*Expositio Orationis Dominica*. Ad calcem libri 11. habet

*Tractatum de Veritate Purgatorij* ab eodem conscriptum.

**FELIX ROTUNDO**, &c. tomo 1. pag. 347. adde: *Eius Cursus Philosophicus*, in 4. volumina distributus, ac *Rhetorica* juxta mentem Aristotelis, & Ven. Doctoris Subtilis prodierunt Patavij anno 1674. teste Fr. Hieronymo Lorte, pag. 349. sive *Mappa Subtilis.*

**FELIX VALLES**, Hispanus, Casarau-gustanus, Provinciæ Aragonum Regul. Observantia filius, Chronologus, ac generalis Concionator, communem fecit à se habitam in populo gravi,

*Orationem in obitu D. Maria Ludovico Gabrielæ, Hispaniarum Reginae*. Casarau-gustæ apud Didacum Larumbe an. 1714. in 4.

*Concionem de 40. Horis*, ibidem anno 1716. in 4. eisdem typis.

*Concionem de Conversione S. Pauli*. Ibidem per eundem, anno Virginei Partus 1713. in 4.

**FELICIANUS DE SEVILLA**, &c. tom. 1. pag. 343. adde: Ejusdem habetur opusculum vernaculè inscriptum:

*Lux Apostolica*. Agit in eo de utilitate Apostolicarum Missionum. Prodiit Hispa-niæ in 8. Ad ejus calceum adjecit

*Carmina spiritualia, devotis gratissima*. Vidi.

**FERDINANDUS ALPHONSUS GONZALEZ**, Hispanus, ex Regulari Observ. Provinc. Conceptionis, Lector emeritus, ac Nova Hispaniæ Commissarius Generalis, communes fecit

*Conciones multiplices* Mexici editas. Ex relatu hujus Provinciæ.

**FERDINANDUS BRAVO**, Hispanus, Lector emeritus, ac Pater Linenensis Prov. Regul. Observ. communem fecit

*Orationem in obitu D. Hyppolite de Cordova Pro-Regina Peruviana*. Ibidem anno 1660. in 4. Vidi.

**FERDINANDUS FASSONO ALVARISIO**, Italus, Provinciæ S. Didaci Reformatorum alumnus, munere Concionator, ac S. Theologiæ Professor, publici juris fecit,

*Epitomam moralem, in qua notiones Theologiae moralis, etiam jure civili roboret, & ordine alphabeticò perstringuntur*. Ticini Regij anno 1729. typis Joannis Benedicti in 8. Vidi.

**FERDINANDUS DE LA RUA**, Hispanus, Regul. Observantia Provinc. Conceptionis, Lector emeritus, ac Generalis Indiarum Commissarius, ad Catololum II. Hispaniarum Regem emissus vernaculè:

*Apologiam pro Doctrinis Indiarum*. Matriti anno 1700. in fol. Vidi.

FER

# ET CORRECTIONES.

**FERDINANDUS VINTKUS**, Germanus, Regul. Observ. assertore Uvando in Appendice, edidit

*Enarrationes Ecclesiasticas*, sive diversarum Ecclesiastici status controversiarum resolutiones. Francofurti anno Domini 1576. in fol.

**FRANCISCUS ANTONIUS DE VERES**, Hispanus, ex Recollectis Mexicanæ Prov. S. Evangelij munere Concionator, vernaculè edidit

*Auroram diei gratia*, tom. 2. in 12. In medium adducit devotissimas orationes hebdomadales ex libris V. Matris de Agreda de promptas. Mexici apud Bernardum de Hogal 1728. Vidi.

**FRANCISCUS ANTONIUS DE VILLAFRANCA**, Hispanus, Castellæ næ Provinciæ Minorum Capuccinorum alumnus, Theologus, ac eruditus Concionator ex latino Fr. Caroli Bruxellensis ejusdem Instituti, in Hispanicum traduxit idioma, ac typis dedit

*Flores Seraphicos, sive icones vitam, & gesta Illustrum Patrum Capuccinorum*. Matriti anno 1659. Laudatur ex Torrecilla à Genuensi in Bibliotheca Scriptorum Capuccinorum, pag. 132.

**FRANCISCUS A. S. ANTONIO**, Hispanus, ex Discalceata Prov. S. Josephi, Theologus insignis, morte prævenitus, ineditos reliquit tractatus

*De Incarnatione.*

*De Gratia.*

*De Predestinatione.*

*De Trinitate.*

*De Peccato Originali.*

*De Sacra Eucharistia.*

Affervantur in Biblioth. Conv. Assumptionis, Oppidi de Yepes ejusdem Prov. sub G. num. 38. & 39. in 4. Vidi.

**FRANCISCUS DE AROLA**, &c. tom. 1. pag. 361. adde: Nota hunc primò majores concordantias invenisse, iucique publicæ mandasse, teste Fr. Petro de Alva, principio C.

**FRANCISCUS AYETA**, Hispanus, Regularis Observantia à Commissionibus S. Officij, Mexicanæ Provinciæ Cus-tros, ac Indicarum Provinciarum Generalis Procurator, typis dedit:

*De Doctrinis Provinciae S. Josephi de Tucatanæ*, tom. in fol. Vidi.

Tom. III.

*Apologiam pro Ordine contra quandam Presbyterum* in fol. Vidi. Habentur Matriti in Bibliotheca Conv. Regul. Observ. sub litter. R. S. num. 42.

**FRANCISCUS A. S. BONAVENTURA**, de quo tomo 1. pag. 370. Post verba ex officina Joannis Francisci Blas 1691. adde: Et extat M. S. authentic. Toleti in Bibliotheca Convent. S. Josephi, vulgo S. Cypriani, sub littera H. num. 70.

**FRANCISCUS DE BORBONIO**, Capuccinus connumeratur cum Scriptoribus ejusdem Instituti à Fr. Dionysio Genueni in Indice Bibliothecæ Scriptorum Capuccinorum; ceterum deinceps, opera non recensentur.

**FRANCISCUS BRINENGAN**, (cuius professio me latet) Galbiensis, edit

*In primum Sententiarum Scotti*, tom. 1. laudatum à Fr. Hieronymo de Lorte in sua *Mappa Subtilis*, pag. 349.

**FRANCISCUS CALZADA**, Hispanus, ex Regulari Observ. Provinciae Burgensis cum Apostolicis Missionarijs Seguntini Collegij connumeratus, scriptit:

*Contionem de Dominis Adventus, ac Quadragesima*, tomum 1. in 4.

*Sermonum de Sanctis*, tom. 1. Utrumque, sed ineditum affervant laudati Passiones.

**FRANCISCUS CALDERON**, Hispanus, ex Regul. Observ. S. Michaelis, eruditè scriptit,

*De Professione Monialium*. Tract. in fol. anno 1658. Affervatur ineditus Matriti in Bibliothec. Conv. S. P. N. Francisci sub litt. A. num. 30. Vidi.

**FRANCISCUS COTONIUS**, S. Officij Consultor, ac Minister Generalis Tertiatorum S. Francisci in Italia ad mentem V. Doctoris Subtilis conscriptis,

*Controversias Scholasticas* laudatas à Fr. Hieronymi Lorte, pag. 349. sive *Mappa Subtilis*.

**FRANCISCUS CRAVENDONUS**, Minorita, recensetur inter Illustres Scriptores Ordinis à Fr. Augustino de Uvite in Genealogia S. P. N. Francisci, pag. 67. Clariuit anno Virginei Partus 1571.

b2

FRAN

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

FRANCISCUS A CRUCE, Lusitanus, ex Minoritis Discalceatis Prov. Arrabidorum, Sacrae Theologiae Professor, conscriptam relinquit vernaculè:

*Historiam 18. Conventuum ejusdem Provinciae, vti recenset laudatus Chronologus Fr. Antonius à Pictate in Prologo tom. primi. Communem fecit,*

*Panegyrim in laudem S. Ignatij Confessoris. Ulyssipone apud Dominicum Carneyro, anno Virginei Partus 1688. in 4. Vidi.*

FRANCISCUS DELGADO, &c. tomo 1. pag. 379. adde: Emissit insuper

*Resolutionem Theologico-Moralem de jejunio FF. Minorum tempore Adventus. Granata anno 1659. in 4. Vidi.*

FRANCISCUS DIAZ A S. BOAVVENTURA, &c. tom. 1. pag. 380. adde: Edidit quoque in gratiam cuiusdam Viti Spiritualis

*Fasciculum Myticum vernaculè, Vanloeti ex officina Mariæ Portoles 1680. Vidi.*

*Sermocinationem ad Missionarios Franciscanos. Romæ anno 1695. in fol. Vidi.*

FRANCISCUS FELIX, &c. tom. 1. pag. 382. adde: Ineditos relinquit eruditos

*Tractatus de Eucaristia, & de Paenitentia: habentur Matrii in Bibliotheca S. Francisci sub litt. A. num. 17.*

FRANCISCUS GEORGIUS, Minorita absolvit

*Commentarii in 4. Sententiarum Fr. Richardi de Media-Villa, vnâ cum Fr. Dionysio Bononiensi. Venetijs anno 1416. in 4.*

FRANCISCUS HAROLDUS, &c. tom. 1. pag. 391. post verbum Coliegij, subjunge:

*Vitam S. Tharibij Alphonsi Mogrovexo, Romæ typis Jacobi Dragendelij, anno 1680. in 4. Vidi.*

FRANCISCUS HEBELINO, tom. 1. pag. 392. dele in Castellana, & substitue in Compostellana.

Ibidem, post primum Vidi, subjunge: Spem fecit in Prologo.

*Epithalamij sacri in laudem S. Rose.*

FRANCISCUS VANHONDEGEM, Flander Hofbroucanus, ex Minoritis Re-

collectis Provinciae S. Josephi in Comitatu Flandriae, publici juris fecit opus egregium prænotatum:

*Domus propitiationis pauperis, sive Patrocinium Maiæ Deiparæ, Bruxellis anno Virginei Partus 1655. in 4. Vidi.*

FRANCISCUS DEL HOYO, Hispanus ex Oppido Pinto, Toletani Archiepiscopatus, Prov. Castellæ Regulari. Observ. Ecclesiastes, authoritate S. Inquisitionis Bibliothecarum Visitator, ac Bibliothecæ Conventus Mazatensis Praefectus, plura conscripta impræsentiarom habet in 8. tomos in 4. distributa Concionantibus, ac Mysticis haud ingrata. Tractatus præcipui sunt:

*De Virtutibus, & vitijs.*

*De Sacratissima Eucaristia, ejusque mirandis.*

*De Pueritudo Reginae Angelorum, ejusque gratijs.*

*De Oratione vocali.*

*De Lamijs, & adjurationibus.*

*De Doctrina Christianæ expositione.*

*De Interpretatione Ceremoniarum Sacrarum Hebdomade Sanctæ.*

*De Prestantijs Hispania, ejusque Regibus, ac Viris Illustribus.*

*De Grammatica, adjectis Concionibus 30. Doctrinalibus, ac Epitoma Medicinalium operum D. Michaelis Marcellini Boix. Vidi, & sanè, delectu præmisso, plures, in his, tractatus invenio luce publica dignos; sed notum Alciati Emblema de pauperis ingenio.*

FRANCISCUS DE YEPES, Hispanus, &c. tom. 1. pag. 395. adde: Incedita, sed ad prælum matura reliquit:

*Concionum de Christo, & Christipara, tom. in 4. adjecto tractatu SS. Eucaristia Sacramento.*

*Abecedarium Virginale, in 4. adjecto rerum Indice.*

*Selecta predicationis, in 4. adjecto Iodice Sacrae Scripturæ. Asservantur Matrii in Archivio Regali Conv. S. Egidij, & in præsentia agitur de eorum impreßione. Vidi. Obiit anno 1732.*

FRANCISCUS A S. JOSEPHO DE SUENNA, ex strictiori Observantia Discalceatorum, in Ecclesia Lateranensis Poenitentiarium agens, tractatum illum in fol.

*De Canonizatione Mysterij Immaculæ Conceptionis Deiparæ semper Virginis Romæ impressum, & Paulo V. Pontifici Max.*

# ET CORRECTIONES.

Max. oblatum elaboravit. In suffragium hujus assertionis adducitur à pluribus Authoribus; consule meam Bibliothecam Minorum Discalceatorum, part. 1. pag. 87. Florebat anno 1619. quo Censoris munere vidit *Commentaria Ill. Fabritij in Evangelia*, vti videre est in eorum editione Romana eodem anno.

FRANCISCUS ISABELLA, Hispanus, ex Regul. Observ. Conceptionis, Sacrae Theologiae Professor, communem fecit eruditam

*Eucharisticam Orationem pro victoria Oranensi, Segovia habitam. Matrii per Antonium Sanz, anno 1733. in 4. Vidi.*

FRANCISCUS MACERATENSIS, Picenus, Minorita doctus, connumeratur inter Scriptores Illustres Ordinis in Catalogo Fr. Agustini de Uvite, pag. 67.

FRANCISCUS MARIA GRAPHEUS, Sicilius, Maratensis, ex Minoritis Conventionalibus, adolescentis juris prudentiæ studijs dicatus, Doctoris laurea donatus est. Regulari ueste insignitus, ac gravioribus disciplinis apprimit instructus, Sacrae Theologiae Magisterio exornatus fuit. Regentis munere Scholasticam Theologiam in Ordinis Lyceis, Melitæ, Mesanæ, & Drepani docuit, ab insigni doctrina laudatus. Sacra eloquentia abunde munitus, per annos nonnullos Quadragesimali tempore Conciones habuit magno cum plausu. Nonnulla rexit Ordinis Coenobia; Commissarium Generalem in Sicilia egit, ac Siculam Provinciam gubernavit anno 1684. Episcopus Mazatensis electus, & anno 1685. Romæ consecratus, sedulò Pastoris patres laudabilitè explevit: Synodus enim Diocesanam celebravit: Cathedram Ecclesiam à fundamentis refecit, & die 6. Augusti 1694. solemni ritu consecravit. Multas ad instaurationem, ac edificationem Coenobiorum Ordinis sui, Carmelitarum Excalceatorum, & Monialium S. Catharinæ, contulit eleemosynas.

Editis pietatis, vigilantiæ, ac zeli pastoralis amplissimè argümentis, diem clausit extremum Mazatæ 16. Januarij 1695. & in Cathedrali Ecclesia sepultus est. Ejus laudes habes in luculenta oratione funebri, quam Drepani dixit Seraphinus à S. Petro, & Paulo, Augustinianus, Discalceatus, ac Panormi edidit anno 1711. Tom. III.

& Laurentius Mauris in poemate infra scripta: *Inauguratio Augustissimi Templi Cathedralis Mazatensis*. Multa scriptis Philosophica, Theologica, Oratoria, at solum edidit Italice:

*Panegyrim S. Febroniae, teste Mongitore, tom. 2. Biblioth. Sicula, Append. 2.*

FRANCISCUS MERINO, Hispanus, ex Regul. Observ. Provinciae Conceptionis, Apostolicus Concionator, & Seguntini Seminarij Guardianus, exaravit

*Conclonum adventualium, Quadragesimalium, ac Missionalium, tom. in 4.*

*Doctrinarum, tom. in 8.* Idem perfectionis in 8. Hæc adhuc inedita extant. Typis dedit opuscula duo in 16. Agit in primo

*De exercitio Virtutum Theologalium; ac varijs rebus mysticis; amplectitur secundum Exerctum utilissimum diarium. Adhuc vivit.*

FRANCISCUS MONTESARCHO, Minorita Conventionalis, scriptis

*De Habitu Franciscano in devotorum gratiam, opusculum laudatum in Diario Litteratorum Italiæ anno 1710. artic. 17. fol. 483.*

FRANCISCUS MORENO, Hispanus, ex Regul. Observ. Mexicanae Prov. S. Didaci Generalis Concionator, Ex-Diffinitor, ac S. Officij Qualificator, typis mandavit à se habitam in populo grati vi

*Panegyrim in laudem Sanctorum Andree Conti, Jacobi Illyrici, ac Salvatoris de Horta Ord. Minorum. Mexici ann. 1725. in 4. Vidi.*

FRANCISCUS MAYRONIS, &c. tomo 1. pag. 405. adde: *Eius Commentaria in S. Dionysium*; habentur etiam in Bibliotheca Toletana S. Joannis Regum sub GG. numer. 3. in fol. Vidi. Scriptis etiam

*De Legibus* tom. in fol. Ibidem assertum sub GG. numer. 3. Vidi. Incipit: *Summa Theologica discipline*.

FRANCISCUS PEREZ LA PLANA, Hispanus, ex Oppido Almunia Zaragozanae Diocesis, Aragonensis Provinciae Regul. Observ. Lector emeritus, Chronologus, Jaccensis Dioceſis Examiner, ac Collegij S. Didaci Guardianus, edidit.

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

*Apologiam pro immunitate laudati Co-  
legij. Cæsaraugustæ per Michaelem Mon-  
tanæ, anno 1730.*

FRANCISCUS PISSA DEAN, Hispanus, Sacrae Theologiae Doctor, edidit à se conscriptam

*Apologiam pro V. Tertio Ordine Franci-  
scano, cui nomen dederat. Prodiit in 4.  
sed absque loco, & anno. Vidi. Incipit:  
De las tres Ordenes.*

FRANCISCUS PISANUS, Panor-  
mitanus, semèl, atque iterum Tertiij Or-  
dinis Regularis alumnus, qui demum ex  
Ordine, nescio qua de causa, egressus  
Archipresbyterum, & Canonicum Cimi-  
nensem, necnon Prothonotarium Aposto-  
licum, ac S. Inquisitionis Siciliæ Com-  
missarium agit, publici juris fecit

*Considerationes de Excellentia, & Re-  
gia Sobole S. Augustini, ex elogis, & pro-  
missionibus SS. Patrum, & Doctorum in  
Epitomem decerptas. Panormi apud Pe-  
trum de Isola 1650. io 4. Scriptit etiam,  
non autem edidit opus*

*De administracione Sacramentorum.  
Obiit in eodem Criminnæ Oppido 13. Ja-  
nuarij 1663. & in Majori Ecclesia sepeli-  
tut. De eo Mongitore, tom. 1. Biblio-  
thecæ Siculæ.*

FRANCISCUS PRIVIERA, &c. to-  
mo 1. pag. 427. adde: Edidit quoque re-  
cenſenre Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ  
Siculæ, Italicæ:

*Dolorosam tragediam terramotus sicut.  
Catane apud Bisagnum 1695. in 4.*

FRANCISCUS R O X A S, &c. to-  
mo 1. fol. 431. adde: Scriptit etiam, ac  
edidit in 4.

*Apologia tragicæ contra Comedias. Vi-  
di. Asservantur Matriti in Biblioth. Conv.  
S. Francisci sub littera E. num. 44.*

FRANCISCUS SALMERON, Hispanus, ex Oppido Fuente la Encina in Castella Nova, Prov. Conceptionis Regul. Observ. Apostolicus Concionator, Discalceatae Arrabidorum in Lusitano Regno, ac Provinciarum Beticæ, & Cartaginensis Visitator, ac Fundator, & Guardianus Saltaguntini Collegij Missionariorum Apostolicorum, in eorum gratiam elaboravit vernaculæ opus prænotatum,

*Lux Confessorum, ac predicatorum  
in 4. approbationibus ad præsum fulci-  
tum. Amplectituri.*

*Missionum præsum.*

*Expositionem Doctrinæ Christianæ.  
Conciones Doctrinales.  
Tractatum similium.*

*Remissiones pro efformandis Conciona-  
bus tempore Adventus, & Quadragesime.  
Asservatur in Bibliotheca laudati Colle-  
gij sub litt. G. Ad Dominum migravit an-  
no 1694. sanctitatis fama clarus.*

FRANCISCUS SERA, &c. tom. r.  
pag. 436. adde: Seorsim edidit in popu-  
lo gravi habitat

*Panegyrim in laudem S. Petri Alcantæ  
rensis. Barcinone typis Andreu, anno  
1678. in 4. Vidi.*

FRANCISCUS A S SEVERINO, Neapolitanus, ejusdem Provinciae Minorum Capuccinorum Provincialis Minister, ac Diffinitor Generalis, Italicæ scriptit:

*Vitam V. Fr. Jeremie Valacbj, ejusdem  
Instituti sanctimonia fama illuſtris. Nea-  
poli apud Hiacynthum Passerum, anno  
Virginei Partus 1620. in 4. Commenda-  
tur à Genuensi, & Nicolao Toppi in suis  
Bibliothecis.*

FRANCISCUS DE SIGUENZA, Hispanus, ex Valentina Prov. Minorum Capuccinorum, Theologus, Definitor, ac S. Officij Qualificator, publicavit:

*Panegyrim in laudem S. P. N. Francis-  
ci ad Capitulum Provinciale habitatam  
Cæsaraugustæ apud Dormer 1677. in 4.*

*Concionem de Mandato ad Valentinam  
Ecclesiam. Valentia, typis Vincentij Cas-  
brera, anno 1692. in 4. Vidi.*

FRANCISCUS SIRGUERO, Hispanus, ex Regul. Observ. Compostellana Prov. Lector emeritus, ac Apostolicus Concionator, librum mysticum exaravit

*Multiplicitum Orationum, ac Devotio-  
num, sermone Hispano. Ex Fr. Jacobo  
de Castro, tomo 1. Chronicorum ejus-  
dem Prov. lib. 3. cap. 6. pag. 119.*

FRANCISCUS SOSA, Hispanus; ex Regulari Observ. Provinciae Castellæ à Censuris Theologicis S. Inquisitionis, ac trium Ordinum Militarium in Lusitano Regno Examinator, scriptit,

*De Privilegijs Regularium ab Urbano  
VIII. Pontif. Max. confirmatis. Matriti  
anno Virginei Partus 1629. in fol. Vidi.*

FRANCISCUS SOSA, alter, lau-  
datur tom. 1. fol. 438. adde: Edidit etiam  
eruditam valde

*Apologiam pro Regularibus. Habetus  
etiam apud Daza 4. parte Chronic. Ora-  
dinis, lib. 3. fol. 280. Vidi.*

FRAN-

# ET CORRECTIONES.

FRANCISCUS A S. STEPHANO  
ANDRADE, Hispanus, Regul. Observ.  
Sacrae Theologiae Lector, ac Prædicator  
Apostolicus in Collegio de Guatemala,  
prælo dedit

*Orationem in obitu V. Fr. Antonij à Je-  
su Collegiorum de Propaganda Fide Patris.  
Mexici anno 1724. in 4. Vidi.*

FRANCISCUS SUAREZ DE RI-  
VERA, meus germanus frater, &c. tom.  
r. pag. 439. adde: Edidit etiam verna-  
cule:

*Remediorum deploratorum, tom. 2. in  
4. Habetur nunc Matriti sub prælo Al-  
phonsi Balvas. Pariter sub prælo habet  
tomum in 4. vernaculæ prænotatum:*

*Secreta extraordinaria ex Magistra ex-  
periencia de prompta. Item,*

*Secreta Chirurgica. Demum latinæ opus  
prænotatum:*

*Quinta effentia Medica Theorico-practi-  
ca. Matriti ex Typographia Viduae Fran-  
cisci del Hierro, anno Virginei Partus  
1732. in 4. Vidi. Ejus in laudem accine-  
bat suus germanus frater Fr. Petrus à S.  
Bonaventura, Concionator, ac Sacræ  
Theologiae Moralis Ex-Lector.*

*Non hic Riberius quantumque Rivera vo-  
catur,*

*Nec Valles, quamquam vallet vtrinque  
malum.*

*Iste nec Eximius, quamvis Suarius esto;  
At Suarez, merito non minus Eximius.*

*Riberius cedit, cedit Vallesque Rivera,  
Cut cedant omnes; omnibus idque patet.*

*Quippè patent longè sex quinque volumina  
rerum,*

*In quibus ars Medici pharmaca cuncta ca-  
pit.*

FRANCISCUS TORRES, &c. tom.  
1. pag. 444. adde: Obiit Cæsaraugustæ,  
anno Virginei Partus 1636.

FRANCISCUS DE VELASCO, Hispanus, Hispalensis, genere clarus, professione Capuccinus, Vir Apostolicus, & propheticō spiritu clarus edidit.

*Regulas, & Constitutiones pro Valen-  
tina Congregatione Illibatæ Conceptionis  
Deipare. Valentia 1610.*

*Regulas, & Constitutiones pro Congre-  
gatione Pletatis ab eo instituta. Ibidem  
1608. Creatori animam reddidit anno  
1615. die 27. Decembr. Agitur de ejus  
Canonizatione. Consule Genuensem, pag.  
193. verbo Joannes Franciscus de Velasco.*

FRANCISCUS XAVIER A S. GE-  
TRUDE, Hispanus, ex Regul. Observ.  
Theologus, Apostolicus Concionator, &  
Chronologus Collegij Missionariorum  
Urbis de Queretaro, in publicum missit  
vernaculæ,

*De origine, ac mirandis Sanctæ Gratiæ  
Collegij de Queretaro, opus in 4. impresi-  
sum Mexici anno 1722. Vidi.*

FRANCISCUS ZAZER, Hispanus;  
Matriensis, Capuccinus, Theologus, S.  
Officij Consultor, & à Confessionibus  
Regis Catholici Philippi IV. plures evul-  
gavit Conciones. In his

*Concio de Ascensione Domini impressa  
Oriombellæ apud Vincent. Franciscum,  
anno 1632. Consule Genuensem, pag.  
193.*

# G

GABRIEL CALDERON, &c. tom. 2;  
pag. 2. Edidit etiam:

*Orationem funebrem in Exequijs D. Mar-  
garite Austriae Hispaniarum Regine, ha-  
bitam Salmanticæ anno 1611. die 18. De-  
cembris. Prodiit ibidem ex officina Dij-  
daci Cufso 1612. in 4. Vidi.*

GABRIEL MARONITA, ex Mino-  
rita Episcopus factus, virtutibus, ac doc-  
trina resplendens, Syriaco idiomate scrip-  
tit:

*De Vitis plurium Sanctorum. Clariuit  
anno Virginei Partus 1475. Memoratur  
cum laude a Fr. Francisco à Jesu Maria;  
lib. 2. Patrimonij Seraphici, cap. 25. pag.  
235.*

GASPARD BUCCERIUS, Italus;  
Mennensis, professione Minorita, teke  
Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ;  
ex Placido Carrafa Italicæ communem fe-  
cit:

*Orationem funebrem in obitu Joannis  
Simoni Nigri. Neapoli impressam.*

GASPAR DE LA FUENTE, &c;  
tomo 2. pagin. 8. adde: Ejusdem haben-  
t ut

*Constitutiones ad regimen Monialum  
Prov. Castellæ. Matriti anno Virginei  
Partus 1648. in fol. Vidi.*

GASPAR GARCIA A CRUCE, Hispanus, in Urbe Huete natus, Provin-  
cia Castellæ Regul. Observantæ Laicus;

Hic

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

Hierosolymitanam expeditionem suasus, vernaculè scriptis librum prænotatum:

*Patria Filij Det. Matriti apud Franciscum Martinez, anno Virginei Partus 1642. in 8. Vidi.*

GASPAR ROMAN, &c. tomo 2. pag. 10. adde: Emisit etiam

*Apologiam pro subrogatione facta à Toleto Archiepiscopo. Granatæ ann. 1653. in fol. Vidi.*

*Apologiam pro suffragijs Diffinitorum Generalium, editam in fol. ann. 1651. absque loco. Vidi.*

*Apologiam valde diffusam adversum Recollectorum separationem, Inedita in 4. afferetur in Matritensi Biblioth. Conv. Regul. Observ. sub litt. E. num. 43. Legi.*

GASPAR SCATIGERUS, &c. tomo 2. pag. 10. adde: Hic cœpit contra Lutherum scribere, teste Fr. Petro de Alva, principio 15.

GASPAR SGHEMMA, &c. tom. 2. pag. 11. Post titulum, *Scotica Opuscula*, &c. adde, tom. 2. in 4. Et ad calcem adde: Meritis tandem, ac honoribus plenus, decessit Panormi 24. Julij 1657. in Cœnobio SS. Annuntiationis, in cuius Ecclesia ad tanti Virti memoriam servandam hæc lydio lapidi insculpta legitur inscriptio:

R. A. P. M. Gaspar Sghemma Ord. Minor. magnus Theologus, magnus Ecclesiastes, admirationi nostro natus sæculo, profundana cuius doctrinam probavit Neapolis, Orbis exinde universus, qui vel de facie vidit, vel de scriptis novit. Sexagenario major extinctus est. Simodo Gemma, extinguitur, eternum quæ lucebit, Franciscani omnes merore, magno Magistro bono, bono parenti posuere.

GAUDENTIUS KERCHNE, ex strictiori Observ. Recollectorum, in Superiorum gratiam edidit:

*Methodum corrugendi Regulares. Collo- niz ann. 1722. in 8. Ex Catalogo Libro- rum Theologicorum edito Genevæ ann. 1725. in 8.*

GEORGII AURELIANENSIS, Gallus, Prov. Turonensis Minorum Capuccinorum Concionator, Vir admodum pius, ac saepius Guardianus, patrio idiomate scriptis, ac publici juris fecit opus

*De Vita, & Martyrio S. Irenæi Martya- ris, cuius corpus ab Illust. & Rever. D.D. Harduino Fortin de la Hoguete Piéta- viensi Episcopo solemnè pompa transla- tum est ad Ecclesiam Patrum Capuccino- rum Piétaviensium, anno 1681. Piétavij apud Joannem Fleuriau, anno 1681. Ex Genuensi in Appendice.*

GEORGII A S. GULIELMO, Anglus, Prov. Anglicanæ, bis Provincia- lis Minister, magna erga suos Confratres charitate commendabilis, ex Italico trans- tulit in idioma Anglicum:

*Septem Tubas V. Fr. Bartolomei à Sa- lufbio. Duaci 1628.*

*Directoriū spirituale. Ibid. Ex Uvadi- go in Appendice.*

GEORGII DE SANTIAGO, Lu- sitanus, Regul. Observ. alumnus, ineditam à se conscriptam reliquit

*Historiam Provincie Algarbiorum, lau- datam à Georgio Cardoso, tom. 1. Agio- logij Lusitani ad diem 17. Februarij, pag. 453.*

GERARDUS BURGUNDUS, Mi- norita, scriptis:

*Commentaria in Aristotelis Logicam, anno 1330. Ex Uvadingo.*

GERARDUS EMPOLIUS, Belga, Provinc. S. Josephi in Comitatu Flandriæ Diffinitor, & postea Minister, edidit

*Examen Currus Mystico-Historici Ord. S. Francisci à quodam Conventuali editi; Gandavi apud Joannem Kerkovium, anno 1631. Citatur in Gyneco, & in Mata- tyrologio Franciscano.*

GERARDUS, seù G Y R A L D U S, nullo cognomento addito, Ordinis Mi- norum alumnus, scriptis

*Compendium Theologicum, quo virtus Fr. Bartholomæus Ferrarensis Dominica- nus, in suo opere de Christo abscondito, lib. 2. fol. 71.*

GERMANUS, absque villo cognos- mine, Minorita insignis, scriptis:

*De Matrimonio.*

*De Vita Monastica.*

*De Vitijs utriusque vite;*

# ET CORRECTIONES.

*De Oratione Dominica.*

*De Discrime veteris, ac novæ Fidel.*

*De Summa præcipuum capitum Fidei.*

*Centurias adversum Lutherum. Agit de*

*eo Fr. Antonius Daza, part. 4. Chronic.*

*Ord. lib. 3. cap. 36. Inter Scriptores illus-*

*tres Ordinis recensetur à Fr. Augustino*

*Uvite, pag. 64. Genealogia S. P. N. Fran-*

*cisci. Floruit ann. 1541.*

GILIUS (vel ÆGIDIUS) à S. AM-

BROSIO, sàpè Prov. Anglicanæ stricto-

ris Observ. Definitor, ac diu in Anglia

Apostolicus Concionator, ex Hispanis

Anglicas fecit

*Meditationes aureas S. Petri de Alcan-*

*tara, teste Uvadingo in Appendice.*

*Vitam ejusdem Sancti. Bruxellis anno*

*1632.*

GILIUS (vel ÆGIDIUS) PASSA-

VIENSIS, Germanus, professione Con-

ventualis, auxit, notis illustravit, ac edi-

dit

*Varta opuscula rediutiva Cæsaris Spi-*

*vensis pij Minoritæ, olim Argentorati ex-*

*ecusa. Francofurti anno 1605. in fol. Ex*

*Uvadingo in Appendice.*

GREGORII DE BOLIVAR, &c. tomo 2. pag. 25. adjunge: Ejusdem ha- betur

*Rationum ad Hispania restorationem,* tractatus impressus Matriti ann. 1626. in fol. Vidi.

GREGORII FAYAS, &c. tom. 2. pag. 26. substitue Foyas. Ad calcem adde: Obiit Cæsaraugustæ, Diffinitorem agens, circa annum 1650.

GREGORII POMUS AUREUS, pietifice scriptis:

*Commentarios Subtilis Doctoris, teste* Fr. Hieronymo Lorte, pagina 351. suæ *Mappe Subtilis.* Ejus autem profelsio me fugit.

GREGORII TELLEZ, Hispanus, ex Oppido Casa Rubios del Monte Archiepiscopatus Toletani, Prov. Castellæ Regul. Observ. nomen dedit, in qua, Lectoris Jubilati, ac Patris muneribus func- tis, typis dedit

*Apologiam pro Majoritate Complutensis* Collegij SS. Petri, & Pauli. Matriti in fol. Vidi, ac ejus eruditos tractatus Thio-

*logicos prælio dignissimos. Ad Civitatem* sem Ecclesiam alsumptus, vivit, haud sine laude eam regens.

GRIPHON GALLUS, Patria Flan- der, Doctor eximius, & Sacrae Theolo- giae in alma Parisiensi Universitate Pro- fessor, qui cum suæ Regulæ servanda de- siderio teneretur, ex Partibus Conven-

tuibus ad Observantium se contulit: In- ter quos tanta humilitate eniuit, vt omni- um in sui admirationem attraheret ani- mos. Itaque post navatam non segnem

in interpretandis Sacris Litteris operam, Religionis voto, Palæstinam pretioso

Christi Jesu cruore irrataam lustravit; & apud Conventum Montis Sion demora- tus est. Cum autem totus esset in anima-

rum salute procuranda, per septenium Græcæ, & Arabicæ litteris vacans, eas

perfectè didicit: Quibus fretus, Græcos, præsertim Marronitas, Montis Libani in Phœnicia accolit, P. Francisci Baniono-

nensis, adjutus suffragio, generosa con- certatione, & miraculosa solis retrogra- datione à Deo per ipsum obtenta; ad Sancte Romanae Ecclesie fidem præstan-

dam compulit. Viginti quinque annis ibi- dem manit, vt eos in Religione Catholi- ca firmaret, quo tempore

*Libros aliquot Sacra Scriptura in eorum* lingua translulit. His ita felicitè expli-

ctis, Roman profectus est; vbi eo veræ pietatis officio, tantum apud Calixtum Terrium Summum Pontificem obtinuit,

vt Episcopus creatus sit, & Regionum illarum Patriarcha appellatur. Exinde mare trajiciens, Libanum revertitur, &

hujus novæ Sobolis populos sanctissime

rexit: Nám præsulerat vita sanctitatè

prælitus, pauperatique altissimæ aman-

titissimus: Et quamvis sibi austerus esset,

alijs autem mitissimus erat, & maximæ

charitatis erga proximum. Aliò, vbi co-

piosissima homines Evangelico rete pis- candi sperabatur, ad futura occasio: Iter

parans, licet senex, eruptus Mundo, Cœlo

insertus est, bonorum operum mercedem

accepturus, ann. Christi 1475. E multis,

vnicum hoc illius opusculum, cui titu-

lus: *Itinerarium Terra Sancta superest. De* eo plures, apud Arturum ad diem 18.

Julij, §. 1. & 2.

GUALTERUS DE BRUGIS, &c. tomo 2. pag. 33. adde: Scriptis etiam, ac primus scriptis, jubente Alexandro IV.

Pontifice Maximo,

*Rhetoricam ad aptè, & eruditè conclo- randum, laudatam à Fr. Petro de Alva,*

*principio 17.*

QUI

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

**GUIDO BRIANSONIS**, Minorita, inter Scriptores Illustres Ordinis recensetur à Fr. Augustino de Uvite, pag. 50. Claruit anno Virginei Partus 1488.

**GUILIELMUS ALNERIS**, Minorita, scriptis, & primus *Schismatum Elenchum*, teste Fr. Petro de Alva, *principio* 15.

**GUILIELMUS A L N EUVIER**, Minorita, Notumber, teste Fr. Hieronymo Lorte, pag. 351. *sua Mappa Subtilis*, edidit:

*Lecturam super 4. libros Sentent.* mihi ignotam, sed inter Interpretes Doctoris Subtilis recensetur, & inter Illustres Scriptores Ordinis à præcito Uvite, pag. 56. Claruit anno 1360.

**GUILIELMUS ALVEVICUS**, An-  
glus, Minorita, Sacrae Theologiae Doc-  
tor, & Professor Oxoniensis, Vir, tūm  
in Sacris, tūm in prophanis litteris opti-  
mè versatus, pietatis, ac doctrinæ titulis  
insignis, ac juxta aliquos, Uvadingo teste,  
*Episcopus in Terra Laboris Neapoli-*  
tani Regni, stylo signavit:

*In Physicam Arist.* lib. 8.

*Sophismatum*, lib. 1.

*Quodlibetum I.* Quod habetur in Vati-  
cana M. S.

*Registrum quoddam.* M. S. Cantabr. in  
Collegio S. Benedicti.

*Super Magistrum Sentent.* lib. 4. Obiit  
Avenione circa ann. 1332. sed juxta Uvi-  
lum 1360.

**GUILIELMUS ANTONIUS BRA-  
SERCH**, inter Interpretes Doctoris Sub-  
tilis recensetur à Fr. Hieronymo Lorte  
*in sua Mappa Subtili*, pag. 351. ac lau-  
datur, cē Author

*Cursus Philosophici*, juxta germanam  
Doctoris Subtilis mentem, impressi Pra-  
gæ ann. 1663. Indistinguitur, me judice,  
à *Guilielmo Antonio laudato* tom. 2. hujus  
Biblioth. pag. 36.

**GUILIELMUS BRITO**, &c. tomo  
2. pag. 36. addé: *Huic primò dēbetur*  
*Bibliotheca Veterum Patrum*, quam pri-  
mò compilavit, & deinceps auxit Mar-  
garinus de la Bigne ann. 1577. Scriptis  
etiam, & primus

*Vocabularium Ecclesiasticum*, quod in  
Bibliotheca Toletana S. Joannis Regum  
affervatur, teste Fr. Perro de Alva, *princi-  
picio A.*

**GUILIELMUS DE CENTURIJS**,  
Minorita, qui anno salutis 1561. florebat,  
Catalogo Illustrum Scriptorum Ordinis  
adscribitur à præcito Uvite, pagina 66.  
Est alius Guilielmus de Centurijs Episco-  
pus Placentinus, & deinceps Ticinensis,  
laudatus à Uvadingo, ad annum 1384.  
quo clarebat.

**GUILIELMUS EDON**, &c. tomo 2;  
pag. 38. Subiecte ad calcem. Consentit  
Augustinus de Uvite in Catalogo Illus-  
trum Scriptorum Ordinis, pag. 52. quo  
teste, floruit anno 1227.

**GUILIELMUS DE FAL GARIO**,  
Toletanus, &c. tomo 2. pagina 38. dele  
*Toletanus*, & substitue *Tolosanus*. Ad cal-  
cem adde: Claruit anno Virginei Partus  
1290. assertore præcito Uvite ibidem,  
pag. 54.

**GUILIELMUS FONT**, Hispanus;  
Minorita, publicavit  
*Concionem de B. Raymundo Lullo*, lau-  
datum pag. 435. *Dissertationum ejusdem*.

**GUILIELMUS GAUDANUS**, Ho-  
llandus, Regul. Observ. alumnus, Vir  
excellenti facundia, & gratia prædicandi  
prædictus, qui Gertrude Bergæ pro Christi  
fide mortem obivit, è vinculis scriptis ad  
matrem suam

*Epistolam consolatoriam*, quam habes  
apud Historiam Seraphicam Sedulij, pag.  
689. Triumphavit anno 1573. die 4. Sep-  
tembris.

**GUILIELMUS HICETUS**, Minorita,  
Doctor insignis, Scriptor Illustris  
bus Ordinis adscribitur à laudato Uvite;  
ibid. pag. 55.

**GUILIELMUS DE MILITONA**,  
&c. tomo 2. pag. 42. adde: Eorum er-  
ror, qui Ordini Prædicatorum Militona  
adscribabant, vel ex Litteris Apostolicis  
superius (in Append. verbo *Alexander de  
Hales*) promissis, & hic donatis, liquido  
convincitur.



ALE

# ET CORRECTIONES.

## ALEXANDER EPISCOPUS,

### SERVUS SERVORUM DEI.

**DILECTO FILIO MINISTRO**  
*Fratrum Ordinis Minorum in Francia*,  
salut. & Apostolicam bene-  
ditionem.

**D**E fontibus Paradisi flumen egre-  
diens, exuberans videlicet sacra-  
rum intelligentia scripturatum per os re-  
collendæ memorie Fratris Alexandri  
Ordinis tui temporibus nostris largo pro-  
fluxit. lotatio impetu super terram, in  
lucem manifestius editis thesauris sci-  
tiæ, ac sapientiæ salutaris. Idem siqui-  
dem Frater, vt ex his, quæ scriptis, &  
tradidit, comperimus, Deo plenus (ne-  
mo enim nisi in spiritu Dei loquens,  
æternæ veritatis mysteria ea Inquisitio-  
nis indagine attigisset) studia sua publi-  
cis vtilitatibus commodavit, & laboriosi  
operis sanctum aggrediendo proposi-  
tum super Questionibus Theologicis,  
vtiliorem vtique quam prolixam molli-  
tus est summam profectibus in lege Do-  
mini studere volentium compendiosius  
profuturam. In quo sententiarum irre-  
fragabilium ordinatæ sunt acies ad obte-  
rendam veritatis pondere contentiosæ  
pervicatiam fallitatis. Prolixitatem quip-  
pè, si quam in eadem Summa Lector de-  
licatus abhorret, studiosis vobis in ea,  
sic reddit continua partium suarum vti-  
litas brevem, vt in tantum verborum  
agmine, quod immensa videtur Divinæ  
profunditatis eloquia continere, non  
aliud nos rationabilitè possit offendere,  
quam quod Deo fratri ejusdem labori-  
bus finem antequam suscepit operis die-  
tam perficeret, imponente, & ad statu-  
tum depositæ mercedis evocante dena-  
rium, perfectæ pietatis imperfectus est  
labor, quo & pauca videntur, & ad sa-  
rietatem animæ in sufficientia viuenda,  
quæ scripta sunt, nisi delinatum, & ad  
quem animos legentium pars suspendit  
exhibita, principij sui finem moles ranti  
operis fortifiatur. Quo circa discretioni-  
tus in virtute obedientiæ districte pre-  
cipiendo mandamus, quatenus conside-

rans prudenter, quod indecenter felina;  
quitur si negligenter omittitur muti;  
lum opus Dei, quod non nisi Coelestis;  
sapientia per ministerium Servi sui tam;  
clara jam digestæ partis iñst venustate;  
de consilio Discretorum Fratrum stu-  
dentium ad perfectionem ejusdem Sum-  
mae necessarios pro numero, & idoneos  
pro merito convokes Parvulos ex quibus  
administrationis tuæ locis Ordinis tuis;  
Fratres: quibus ex parte nostra in re-  
missionem injungas peccaminum, & ad  
suorum cumulum meritorum; vt dilecto  
filio Fr. Guillelmo de Millerona huic  
solicitudini deputato sedule assistentes,  
ipsumque, ac te mutuo adjuvantes sine;  
dilationis suspendio prædictæ Summæ  
opus finaliter exequatur, ad hoc vno, &  
eodem Domini spiritu, qui gratis mira,  
scientiarum dona distribuit adjuvandi,  
Datum Anagnæ V. Kal. Augusti, Pon-  
tificatus nostri anno 1256.

**GUILIELMUS NOTTHINGAMUS**,  
&c. tomo 2. pag. 43. adde: Nec præter-  
endum est Notthingamum istum primum  
faüle, qui scripta Magistri Sententiarum  
marginalibus notaciunculis, concordan-  
tijs, & Sacrae Paginæ glossatijs illustravit,  
teste Alva, *principio* 19.

**GUILIELMUS DE NUVALI**, Mi-  
norita, Prov. Aquitanæ alumnus, opus  
egregium conscripsit

*De Casibus, qui in confessionibus con-  
tingunt.* Affervatur Toleti in Biblioth.  
S. Joannis Regum sub F. num. 11. in fol.  
Vidi. Incipit: *Rogatus.*

**GUILIELMUS OCCHAM**, &c.  
tomo 2. pag. 44. adde: Scriptis etiam  
Summarum Theologicam in fol. Affervatur  
Toleti in Bibliotheca Convent. S. Joannis  
Regum sub GG. num. 36. Vidi. In eadem  
Bibliotheca, ac Bibliotheca Ecclesiæ To-  
letanae habentur M. S. in membranis ejus  
opera Philosophica, ac plura opuscula  
Theologica.

**GUILIELMUS DE OONA**, &c.  
tomo 2. pag. 45. adde: Floruit ann. 1270.  
teste Fr. Augustino de Uvite in Catalogo  
Illustrum Scriptorum Ordinis, pag. 530.

**GUILIELMUS A S. SALVATORE**,  
Italus, ex Prov. Genuensi Minorum Ca-  
puccinorum, Theologa eloquens, ac eru-  
ditus Concionator, ac non lemn. Guar-  
dia

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

**H**ianus, Vir, assertore Genuensi in Appendix bonarum litterarum, ac religiorum virtutum Cultor, evulgavit Orationem à se habitam in laudem S. Ludovici Regis, sub titulo Italico:

*La Colomba Guerrera.* Cassali apud Hæredes de Martha, anno 1690.

**GUILIELMUS STANNIE**, Anglus, Missionarius, & primus à dissolutione Prov. Anglicanæ Commissarius, Vir pius, & probus, edidit idiomate Anglicano

*Tract. de Pénitentia in gratiam eorum, qui Tertiij Ordinis S. Francisci Regulam in seculo profertur.* Mechlinæ anno 1601. Ex Uvadingo in Appendix.

**GUILIELMUS UVODFORDIUS**, &c. tom. 2. pag. 49. adde: Scriptit etiam *Opusculum de Religione*, laudatum à Fr. Francisco de Roxas, tomo 2. Annal. Ordinis, pag. 259.

## H

**H**ENRICUS A BASTONIA. Lege tom. 2. hujus Bibliothecæ, pag. 57. verbo *Henricus Buschii*.

**HIERONYMA AB ASCENSIONE**, Hispana, Conventus Clarissarum Tudela de Navarra, Abbatissa, ex sui Concessarij præscripto,

*Vitam suam exaravit vernaculè, in publicum missam Cæsaraugustæ anno 1661. typis Michaelis de Luna in 4. Vidi.*

*Carmina spiritualia.* Incipiunt ibidem fol. 150.

*Amor, Amor, Amor;  
T' que bien has herido,  
T' tras ri te has llevado  
El alma, y el sentido.*

Floruit sanctitatis opinione, anno Domini 1660.

**HIERONYMA MESSANENSIS**, Sanctimonialis in Monasterio Montis Virginum Ordinis Sancti Francisci, regularis disciplinæ leges didicit à B. Eustochia Superius laudata, littera E. pag. 339. Scriptit,

*Vitam ejusdem Eustochia*, cuius Authoriographum assertatur in: eodem Monastério, ex quo ejusdem Eustochia vitam cultiori stylo condidit Franciscus Mauolicus, quam invenies apud Octavium

Cajetanum in animad. ad tom. 2. SS. Sicutorum, pag. 91. Laudatur in Appendix prima ad tom. 1. Biblioth. Siculæ D. Antonij Mongitore. Vixit circa annum 1490.

**HIERONYMUS A BETHLEEM**, Lusitanus, ex Regul. Observ. Præv. Algariorum, Bibliothecarium agens Conventus S. P. N. Francisci de Xabrejas, vernaculè edidit opus devotissimum pia notatum:

*Cor Jesu fidelium cordibus communica- tum.* Ulyssipone per Mauritium Vincen- tium de Almeyda 1731. in 8. Vidi. In super:

*Scalam mysticam novem gradibus con- tantem pro Novena cordis Jesu.* Ibidem. Vidi.

*Vitam V. Matris Mariae Alacoque Ordinis Visitationis*, ex Latino sermone in Lusitanum redditam. Ibidem per eundem in 8. Vidi.

**HIERONYMUS FRANCESCHIUS A MONTEPOLITIANO**, Italus, ex Minoritis Conventualibus Prov. Tuscia, S. Theologæ Magister, à Concionibus Ser. Magni Ducis, ac Florentiæ, & Fe- fulariu Examinator Synodalibus, edidit anno 1660. & successivè:

*Conciones Quadragesimales*, tom. 2. *De Adventu*, tom. 1.

*De Sanctis*, tom. 1.

*Carmelnum Sacrorum*, tom. 2.

*Dubia miscellanea Theologia Moralis* tom. 2. Grandevus agebat in humanis in Conventu S. Crucis Florentiæ anno 1692. Ex Fr. Antonio Terrinca, part. 5. Theatri Genealog. Prov. Tuscia, tit. 1. pag. 202.

**HIERONYMUS GARCIA**, Hispalenus, ex Oppido Remolinos Cæsaraugustana Diocesis, Regul. Observ. Aragonum, Lector emeritus, Custos, ac Difensor, à Theologicis Censuris S. Officij, & Synodalibus Examinibus Jaccensis Dioecesis, necnon Provincia Catharæ launia Visitator, prælo dedit eruditam

*Orationem in Exequijs Ill. D.D. Emma- nuelis Perez de Araciel Archiepiscopi Cæsaraugustani.* Cæsaraug. litteris Petri XIX mençz, anno 1730. in 4.

**HIERONYMUS LA JACON** A vide verbo *Hieronymus Galataniensis*, tom. 2. pag. 69. & adde: Obiit in patro Cœnobio 28. Octobris, anno 1657.

HIERO

## ET CORRECTIONES.

**HIERONYMUS LEOPOLITANUS**, &c. tom. 2. pag. 73. adde: Floruit anno salutis 1536. teste Uvite in de *Scriptoribus Illustribus Ordinis*, pag. 63.

**HIERONYMUS MARIA CALATANISSENSIS**, ex Familia Guagenti, professione Capuccinus munere Theologus, qui plures Conventus haud sine morum integritate rexit; laudante Mongitore, tom. 1. Biblioth. Siculæ, edidit Italice:

*Concionem de Cœna Domini.* Drepani apud Bartholomæum Francum, anno 1701. in 4.

**HIERONYMUS MENGUS**, &c. tom. 2. pag. 75. adde: Nec silentio prætereundum est, hunc primum fuisse, qui artem Exorcisticam compositus; fidem si facias Fr. Petro de Alva, principio E.

**HIERONYMUS RICCIUS**, Siculus, Drepanitanus, ex Provincia Sicula, Tertiij Ordinis Regularis, in qua Theologum, Ministrum Provinciale, ac Roma Generalem Ordinis Procuratorem egit, ac vita sanctimonia resulit, ex Latino Italis communia fecit:

*Statuta Generalia Tertiij Ordinis Sancti Francisci.* Panormi apud Joannem Ant. de Franciscis 1600. in 12. mortis sue die prænunciato, ad illa verba Litaniarum: *Propitius es*, piissime decepsit Panormi 1599. Ejus cum laude meminit Mongitore, tom. 1. Biblioth. Siculæ.

**HIERONYMUS A SOSA**, &c. tom. 2. pag. 79. subiecte: In laudem Immaculatae Conceptionis Matri Admirabilis, eruditè composuit

*V. Labyrinthos, vñā cum 4. carmlibus Anagrammaticis.* Neapoli ann. 1670. Vidi.

**HIERONYMUS SUTTERENSIS**, ex Sicula Prov. Regul. Observ. Vir à spiritu fervore, virtute, ac vita exemplis laudatus, Pœnitentiarium in S. Joannis Lateranensis Ecclesia agens, Italice exaravit:

*Vitam V. Sor. Innocentie Ricci Tertia- riae Franciscane.* Fulginia apud Augustinum Asterium 1629. in 12. Laudibus exornatur in Martyrologio Franciscano Arturi 1. Decembri, S. 6.

**HIPPOLYTUS ROSINUS A PAR-** MA, Sacra Theologæ Magister, S. Officij Consultor, & Tertiij Ordinis S. Fran-

Tom. III.

cisci Minister Generalis, librum edidit inscriptum:

*Spicilegium Theologicum ad mentem Scotti.* Laudatur à Fr. Hieronymo Lorte, pag. 353. sua Mappa Subtilis.

**HORATIUS A CAPOSALE**, Italus, Artis Musice peritus Magister, edidit *Praxim cantus firmi*, & Gregoriani. Neapoli apud Constantium Vitalem, anno 1623. Ex Uvadingo.

**HUGO BILOVIUS**, &c. tom. 2. pag. 84. adde: Hunc quòque, Catalogo Illustrum Scriptorum Ordinis abscribit; eum appellans *Doctorem Scholasticum*, Fr. Augustinus de Uvite præcitatius, ibidem, pag. 54. Claruit anno 1284.

**HIACYNTUS HERVER**, Gallus, Patria Parisinus, ejusdem Provincia Minorum Capuccinorum alumnus, Concionator magni nominis, strenuus Acatholiticorum impugnator, & Academia Controversiarum per plurimos annos Parisijs congregatae promotor: Cui Deus, præter insigne doctrinæ, & sapientiæ donum, magnam etiam contulit virtutum excellentiam; plura nobis reliquit sui ingenij monumenta, in quibus eruditio, & pietatis suæ clarissima lumina dedit. Eas sunt:

*Tractatus de Passione Domini nostri Jesu Christi.* Patisijs 1624. apud Dionysium Thierry. Tom. 1. in 8.

*Articuli Catholicæ Fidei Sacre Scripturæ testimoniis confirmati*, &c. Ibidem apud eundem 1637. Tom. 1. in 8.

*Catechismus super omnes Articulos professionis Fidei Catholicæ.* Ibidem apud eundem 1638. Tom. 1. in 8.

*Catechismus, sive Instructiones super Sacrosanctum Missæ Sacrificium cum explicatione omnium ceremoniarum ab Ecclesia in Sacri Mysterij celebrationē ordinatarum, adhibita response omnibus objectiōnibus adversariorum bujus Augustistis Sacrifício.* Parisijs apud Ludovicum Boulanger, anno 1646. Tom. 1. in 8.

*Motiva conversionis Domini de Claro- monte de Amboise Domini de Garland.* Ibidem apud eundem 1646.

*Contradicções evidentes, quæ in Psal- mis, precibusque Ecclesiasticis, & in for- ma administrandi Sacramenta super essen- tialia Fidei puncta à prætensis Reformatis admittuntur.* Ibidem apud eundem. Tom. 1. in 4.

Con-

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

*Controversiarum volumina tria ad revocandos Hæreticos ad cognitionem veritatis Catholice. In primo agit de impia doctrina prætentorum Reformatorum multas blasphemias, continent. Secundum demonstrat, quod prætensi Reformati sunt extra Ecclesiam, & nova veritates à Ministro Molinæ recognitæ, communis doctrinæ suæ lectæ sunt contraria: & in tertio ostendit Ministrorum prætensiæ Religionis reformatæ mendacia adversus Sacram Scripturam. Parisijs apud Thierry, anno 1646. in 4.*

*Collectio, seu Dictionarium præcipuum Sacrae Scripturae locorum pro omnibus Fidei Catholicae Romanæ Apostolicæ articulis intelligendis. Parisijs 1644. Tom. I. in 4. De hoc Illustri Viro meminit Uvadinus de Scriptor. Ordinis Minorum.*

**HIACYNTHUS MARIA**, Genuensis, ejusdem Provinciæ Minorum Capucinorum Sacerdos, Vir ob probitatem viræ non solum Conventuum moderator, erga morti proximos magna incensus charitate, Italice scripsit, ac edidit opusculum in 8. prænotatum:

*Christianus infirmus. Genuæ apud Antonium Georgium Franchellum, anno Domini 1688. Ex Genuensi.*

**HIACYNTUS NATA**, Italus, Vir (ut Genuensi utar) doctrina, concionandi munere, ac recta Catholicae Fidei sinceritate suo sæculo magnus. Natus est in Civitate Casalensi anno 1575. die 21. Januarij. Primos scientiæ latices hauit ab Academia Papiensi; inde accessit Salmanticam, & post biennium Bononiæ perrexit: vbi edito sua peritiae luculentu specimenine, Doctor in vitroque Jure, Universitate tota votis omnibus applaudente, renunciatus fuit; Legalibus disciplinis Poësim adjecit, & inter Poetas Latinos, & Italos ea ætate florentes, insigne nomen est adeptus. Sacro Religionis Seraphicæ Habitū inaugurus fuit Venetijs anno ætatis suæ 25. & expleto probationis cursu, ad vora solemnia admisitus, indeque ad sacra studia promotus, famam sibi doctissimi, ac eruditissimi inter eruditiores Theologos comparavit. Illum concionantem, non solum præcipua Italæ Urbes, vt Roma, Mediolanum, Venetia, Neapolis, Genua, Bononia, Florentia, & Placentia, tanquam alterum Paulum exceperunt; sed etiam tota febre Germania, & Hispania, ipsique Impen-

rator, ac Rex Catholicus, qui Concionibus ejus Viennæ, & Matriti habitis cum prænibili, ac numerosa Curia semper astiterunt, tanquam alterum Jonam, inquit Virum è Coelo delapsum, tunc admirati. Flerus vberrimi, alta suspiria, cordis singultus, peccatis tunsiōes, mala parta restituta, odia extincta, antiquæ lites compositæ, concubinæ è domibus amasiorum ejectæ, meretrices Veneri ereptæ, vestes superbae, ac pretiosa monilia à mulieribus deposita, peccata diu inconfessa postmodum in Confessionibus reserata, grati fuere foetus, quos in suis Concionibus peperit. Insupè illa omnia, quæ præstare solent, qui poenitendo, sibi perfectè Dei amicitiam, & gratiam conciliare student, fideles voces extiterunt, quæ animarum contritionem, & conversionem exprimebant. Indefessus fuit ejus zelus patitiæ in Fide Catholica propaganda, ejusque effictus proprios plures Summi Pontifices, vt Paulus V. Gregorius XV. & Urbanus VIII. in rebus ad Catholicam Religionem spectantibus experti fuerunt. In Comitijs Imperialibus strenue laboravit, vt Imperatoris electio penes Catholicos resideret, Ducique Bavariæ, concione de industria validis argumentis instructa, & prius ad Principes habita, Electoris dignitatem loco Comitis Palatini, tanquam perduellis exauktorati, impetravit. Fidei dilatandæ causa, sapè, rūm privatis colloquijs, rūm publicis disputationibus Hæreticos laucescivit; vtque fœdus Principum Germanorum sancirent, Reges Galliæ, & Hispaniæ, aliosque Principes, Summi Pontificis Legatus sapientius adiit, multisque se se viarum, & tempestatum injurijs exposuit, vt orthodoxam Religionem in maximum Sanctæ Romanae Ecclesiæ instrumentum adstrueret. In argumentum ejus negotiationum felicitè gestarum, ipsimet Pontifices, Imperatores, Reges, & Principes, maximo cum eum honore sunt affecti. Nam Paulus V. per litteras in forma Brevis exarat, sapè ei gratias egit, affirmans sibi fuisse gratissima illa charitatis obsequia, quibus gloriouse exaltatis, malis Europe impendentibus occurrerat. Matthias Imperator in grati animi, & amoris signum cum plurimis facis donis decovavit: inter quæ fuit frustum insigne Sanctissimæ Crucis crystallo inclusum; pignus amoris olim datum à Summo Pontifice Familia Austriacæ; & hoc thesauro Cæsar Sacratum suum exuit, vt inde toti Orbis

# ET CORRECTIONES.

intotesceret quanti faceret hominem illum, quem pretioso, & adorando illo munere dignabatur. Agrotantem Viennæ Austria Ferdinandus Secundus Imperator invitare voluit, & aliquando in sua cellula apud ipsum colloquendo familiariter est demoratus. Rex Ludovicus XIII. eum Parisijs splendide, & humanissime exceptit; & in tesseram amoris præcipui, oblata ei clave sui Sacelli, dedit optionem omnium rerum, quæ in prædivite illo Sacrae Principes Nantius destinatus, illud affectus est à Cæsare, ne vito modo pax cum Palatinatu concluderetur; inde tot præclaræ reportata victoria, inde Calvinism ex Imperio expulso. Et Octavius Rubeus in suis Epistolis collectis, & impressis Brixia pet. Bartholomæum Fontana, ann. 1621. in 8. pag. 190. eum præclarè commendat.

**HIACYNTHUS A NOVO CASTRO**, in Normania, Tertiij Ordin. Sancti Francisci, Prov. S. Iovonis Concionator, Sacrae Theologie Lectio, ac Confessorius Monialium Regij Monasterij S. Elisabeth Paris. propè Templum, edidit Gallicè

*Psalmiadam interiorem, seu Meditationes de Divinis perfectionibus, & excellentijs super omnes status vite mortalis, patientis, & gloriose fæstu Christi. Parisijs ann. Domini 1644. Emissit etiam, assertore Uvadine, go.*

*Liturgiam interiorem, seu Meditationes de perfectionibus, & excellentijs utriusque Sacrificij, scilicet, Cruci, & Altaris. Parisijs 1644.*

**HIACYNTHUS OLPENSIS**, Hispanus, ex Minoritis Capuccinis Prov. Cathalauniensis, Sacrae Theologie Professor, Vit sane eruditus, ad mentem Seraphici Doctoris

*Cursum integrum Artium confecit, ac publicavit Barcinone typis Martini Gelabert tomis tribus in 4. annis 1691. 1699. 1698. Vidi.*

**HIACYNTHUS DE ZEGAMA**, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Conceptionis, Theologus, Guardianum agens sui Pitianii Coenobij, edidit

*Orationem de Immaculata Conceptione Deipara, ad populum gravem habitam. Vallisoleti apud Josephum Rueda, anno 1685. in 4. Vidi.*



# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

## I. ET J.

JACOBUS ASCULANUS, &c. tom. 2. pag. 96. adde: *Diitus hic fuit Doctor profundus*, teste Fr. Augustino de Uvite in Genealogia S. P. N. Francisci, pag. 65.

JACOBUS BONINCONTRUS, Sicensis, ex Prov. Sicula Regul. Observ. Generalis Concionator, edidit Italice:

*Orationem funebrem in Exequijs Caroli II. Hispaniarum Regis.* Panormi apud Angelum Orlandum 1621. in 4. Obiit anno 1637. sed ex Ordine egressus, & Clericali Habitū insignitus, ut habemus ex Rocho Pirro apud Mongitorem, tom. 1. Bibliothec. Siculae.

JACOBUS BURPEARD. ex Regul. Observ. Burgundensis Prov. Lector emeritus, Guardiani munere fungens scripsit, ac edidit in fol.

*Apologiam pro conservatione Concilij Oppidi Llorensis*, ad Philippum IV. Hispaniarum Regem, anno 1636. Vidi.

JACOBUS SUEDORICUS, &c. tom. 2. pag. 106. adde: Is primus fuit, qui de origine Religionum scripsit, uti notat Alva, principio 18.

JANUARIUS DE MATA, &c. tom. 2. pag. 108. adde: Edidit etiam Italica lingua

*Quadragesimale sanè eruditum, sub titulo: Theatrum pietatis.* Venetijs per Franciscum Storti 1660. in 4. magno. Vidi.

JAIMUS DE CORELLA, &c. tom. 2. pag. 108. adde: Edidit etiam sermone Hispano libellum, cuius inscriptio,

*Clavis Paradisi.* Agit in eo s; primò de Confessione Sacramentali. Secundò de Exercitio Via Crucis. Tertio, & ligato sermone adjicit,

*Anima excitatorem.* Hispali per Antonium Hermosilla. Vidi.

IGNATIUS DE LA PEÑA, Hispanus, ex Recollectis Mexicanis Prov. S. Evangelij Lector emeritus, prælo dedit,

*Chronica Matrum Capucinarum*, anno 1728.

IGNATIUS QUIROS, Hispanus, Regularis Observantiae Castellanæ Prov. Lector emeritus, & à Theologicis Cenaculis S. Officij, edidit,

*Apologiam pro praefuntia majoris Complutensis Collegij SS. Petri, & Pauli, anno 1693.* in fol. Vidi.

IGNATIUS REINPHELDENSIS, Suevus, Capuccinus, Apostolicus Concionator zelo, doctrina, & religiosis virtutibus commendatus, pietate dedit

*Itinerarium Ieronimitinum cum descriptione omnium Missionum PP. Capucinorum.* Triburgi 1666. in 4. Confuse Genuensem, pag. 173.

ILDEPHONSUS BIEZMA, &c. tom. 2. fol. 112. adde: Scriptus ad D. Philippum V. Hispaniarum Regem,

*De reverentia Summo Pontifici, ejusque Legatis debita, gratissimam epistolam.* Asservatur inedita Matrii in Bibliotheca Conv. Regul. Observ. sub T. V. num. 44. in fol. Vidi.

ILDEPHONSUS DUEÑAS, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Castellæ Concionator, ac Definitor, communem (alias non vidi) fecit

*Concionem de Solitudinibus B. Virginis ac Christi sepultura.* Compluti in 4.

ILDEPHONSUS MARIANO DEE RIO, Hispanus, Mexicana Prov. Regul. Observ. Concionator generalis, & à Theologicis Censuris S. Officij, edidit,

*Concionem de Mexicana Ecclesiæ dedicatione ad eandem Ecclesiam habitam, Mexici anno 1719.* in 4. Vidi.

ILDEPHONSUS PATIÑO, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Castellæ Theologus, styllo signavit

*Orationem in obitu D. Marie Ludovice de Hispaniarum Reginae.* Matrii anno 1689. typis Joannis Garcia Infanzon in 4. Vidi.

ILDEPHONSUS XIMENEZ, Hispanus, Lector emeritus, ac Prov. Beticæ Regul. Observ. Minister Provincialis, editit gravissimum

*De Immaculata Conceptione Virginis Epipolam, ad D. Philippum V. Hispaniarum Regem*, in fol. Habetur Matrii in Bibliotheca Conv. Regul. Observ. sub A. num. 25. Vidi.

JOACHIMUS ANTONIUS DELGADO, Hispanus, ex Regul. Observ. Prov. Mechoacan, Concionator eruditus, edidit

*Orationem funebrem in laudem Benedicti XIII. Pont. Max. anno 1731.* in 4. Vidi.

JOA-

## ET CORRECTIONES.

JOACHIMUS MULLERUS, Germanus, adducitur à Uvadingo in Indice, sed prætermittitur in Catalogo.

JOACHIMUS DE LEZANA, Hispanus, ex Regul. Observ. Prov. Burgensis, Lector emeritus, ac Definitor, editit

*Orationem Eucharisticam pro victoria Oranensi.* Pamphile typis Joachimi Martinez 1732. in 4. Vidi.

*Pro concordia, & ingressu Conceptiostarum in Cœnobium Taballe.* Ibidem 1731. in 4. Vidi.

*Pro ingressu 4. Montallum Discalceatum in Conventu Stelle.* Ibidem 1731. in 4. Vidi.

*De colocatione nova Domine nostra de Sopetran Orationem.* Matrii anno 1733. in 4. Vidi.

INNOCENTIUS MARCINNO NIUS, &c. tom. 2. pag. 114. adde: Sanctitatis fama celebrissimus. Obiit Calata gerona 16. Nov. 1655.

JOANNA DE JUSSI, Gallia, Clariissa, Anneciensis Monasterij in Sabaudia Abbatissa, publici juris fecit,

*Fermentum Calvinismi, seu principium heresis Genuensis.* Camberij apud Claudium de Four. in secunda editione 1625. Ex Uvadingo.

JOANNES ÆGIDIUS, Hispanus, Zamorensis, &c. tom. 2. pag. 117. adde: Scriptus etiam:

*Librum Meditationum de summè primo, & summè glorio Deo, ad Dominum Abbatem Vallisoleti.* Habetur M. S. in Toletana Biblioth. S. Joannis Regum sub II. num. 14. in 4. Vidi. Incipit: *Generosi, ac speciosi.*

JOANNES DE ALAGON, Comitis de Santiago germanus frater, ex Tercio Ordine Franciscano, Vir eruditus, prælo dedit

*Libros quosdam*, parte 4. Chronic. Ordinis, lib. 4. cap. 14. inscriptiones reticente.

JOANNES ALBIN, &c. tomo 2. pag. 118. adde: Communem quoque fecit

*Apologiam pro autoritate Ministri Generalis Ordinis.* Matrii in fol. Vidi.

JOANNES ALVIGI DE BARBIE. Tom. III.

RI, Bononiensis, ex Reformatis ejusdem Prov. Italice edidit

*Dialogum de morte, & anima separata, adjectis*

*Dialogis XIX. de Paradiso, & IX. de Inferno*, juxta quartam editionem, qua vtor, Bononiae factam typis Heredum Joannis Rossi 1613. in 8. Prætermittitur à Uvadingo,

JOANNES ANDREA, &c. tomo 2. pag. 119. adde: Matrii per Joannem Sanchez 1621. Vidi.

JOANNES ANGLICUS, unus ex tribus laudatis tom. 2. hujus Biblioth. pag. 120. teste Fr. Petro de Alva, principio 13: primus fuit qui

*Psalterium in laudem Deiparae semper Virginis exposuit.*

JOANNES ANTONIUS BRANDUS, &c. tomo 2. pag. 121. substitue pro *Salernitanus* Mazarensis Dioecesis. Ad calcem adde: Properante mortis hora, eo Divi Martini verbo, magno animi ardore ingeminans: *Dominus si adhuc Populo tuo sum necessarius, non recuso laborem.* Deum vna cum Fratribus sibi assentibus Psalmum 141. recitat curavit, & ad ea verba: *Me expectant justi, donec retribus mibi, sancte deceperit Romæ 13. Maii, anno 1608.* Plura de eo habes apud Monigatore, toin. 1. Biblioth. Sicula, & tom. 2. ejus Epitaphium scribentem, quod tale est:

*Hic jacent duo lumina Fratrum Tertiis Ordinis S. Francisci. Reverendissimus P. M. Joannes Baptista Provenzanus, Siculus Drepanensis, & P. M. Joannes Antonius Siculus à Saltem; sanctis moribus, & meritis præclari, in Verbi Dei, & scientijs summopere versati. Quorum secundus, cum esset Definitor generalis, obiit xiij. Maji M. DC. VIII. etatis sue LIII. Primus tamen bis ad Generalatus dignitatem electus, secunda vice vix annum perficiens, fuit statim morte præventus X. Aprilis M. DC. XIV. etatis sue IIII. in cuius dignitatem Reverendissimus Pater*

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

**M. Sanctorius Pecorella Siculus à Saltem**, à SS. Paulo V. Vicarius Apostolicus *assumptus est*, qui ob singularem erga eos benevolentiam, lapidem hunc libenti animo dicavit Idibus Maji anno M. DC. XIV.

**JOANNES ANTONIUS DELPHINUS**, &c. tomo 2. adde: *Ineditos relinquit*

*De Locis Theologicis, & Peripateticis*, lib. 1.

*De Votis Monasticis*, lib. 1. ad Cardinalem Rodulphum Pium.

**JOANNES ANTONIUS DE LUCCA BIANCHI**, Italus, Lectoris emeriti, ac Ministri Provincialis Romanæ Provinciæ Regul. Observ. muneribus fungens, eruditam edidit

*Orationem Latinam pro appertione Comitiorum universi Ordinis Minorum, in Mediolanensi Convent. S. Angeli ann. 1729. Prodijt ibidem sumptibus Hæredum Dominici Bellagattæ. Incipit: Cum multa mibi.* Vidi.

**JOANNES ANTONIUS TIRADO**, Hispanus, ex Regul. Observ. Prov. Mechoacan, edidit:

*Orationem in obitu V. P. Fr. Andreae Leonardi, ejusdem Provinciae. Mexici anno 1727.* in 4. Vidi.

**JOANNES BAPTISTA JOACHIM DE MURCIA**, laudatur tomo 2. pagina 130. adde: *Habentur ejusdem, Valentia edita, typis Vincentij Cabrera,*

*De Celebration Missæ, ac Officio Divino*, in 4. anno 1708.

*Patrocinium S. Joachimi anno 1706.* in 16.

**JOANNES BAPTISTA DE LA HIGUERA**, Hispanus, Regul. Observ. Compostellanae Prov. Theologus Jubilatus in Salmantino S. Francisci Conventu, assertore Fr. Jacobo de Castro, tomo 1. Chronic. ejusdem Prov. lib. 3. cap. 6. pag. 123. tractatum eruditum scriptit

*In Psalmum Deus Deus meus ut quid dereliquisti me. Illaudatur à Uvadingo, & D. Nicolao Antonio.*

**JOANNES BAPTISTA PAGANUS**, &c. tomo 2. pag. 133. adde: Et

1714. quo Italice, suppresso nomine, etiam ediderat

*Vitam V. Servi Dei Sor. Franciscæ del Serrone Tertiariæ Franciscane. Panormi apud Isolam 1671. ex Appendix. 2. in Bibliotheca Sicula Mongitore.*

**JOANNES BAPTISTA PROVENZANUS**, Siculus Drepanensis, ex Prov. Sicula Tertiij Ordinis Regularis, qui ad eisdem Generalatum bis assumptus, morum gravitate clarus, virtutes singulares coluit, edidit Italice

*Constitutiones Generales ad usum suorum Fratrum. Romæ typis Impressorum Cameralium 1602. in 4. opus fortè indistinctum à Statutis editis Regij 1601. in 4. sanctitatis fama defunctus, funebri Oratione laudatus in Romana Ecclesia SS. Cosmæ, & Damiani anno 1614. sepelitur, ad cuius sepulchrum appositum Epi-taphium, quod superius habes in Appendix sub verbo Joannes Antonius Brandus.*

**JOANNES BAPTISTA**, alter, adducitur à Uvadingo in Indice, minimè vero in Catalogo.

**JOANNES BITURICENSES**, Gasillus, Capuccinus, Concionator, plures Definitor, ac Provincialis Minister Prov. Teroniæ, Gallicè edidit

*Orationem funebrem in obitu Duciſſe de Vendome. Aucelianis apud Aegidium Hotthot 1669. scriptis etiam adversus quendam Ecclesiæ Romanæ infensissimum adversarium, opuscula varia ita inscripta:*

*Responſio ad objectiones à quodam excusculato contra Fidem Catholicam propositas.*

*Iterata responſio, qua excusculati pertinacia retunditor.*

*Gallicantus, sive Responſio ad aliam Epistolam excusculati. Prodierunt Turonibus ex officina Petri Grippon, teste Genueni in Appendix, verbo Joannes Baptista.*

**JOANNES DE LA CAMARA**, &c. tomo 2. pag. 141. adde: *Ejusdem Joannis de la Camara Theologi habetur Toleti in Biblioth. Conv. S. Joannis Regum sub II. num. 32.*

*Liber de Trinitate in 4. conscripus. Compluti anno 1589. Vidi.*

**JOANNES CLEMENS A VINEA**, Concionator, Theologus, à Cen-

# ET CORRECTIONES.

suris Theologicis S. Officij ex Reformata Prov. S. Antonij, Italico idiomate typis edidit:

*Iter Iudicum, opus egregium, in quo plura habentur de omni scibili; putâ de Rhetorica, Sacra Pagina, Sanctis Patribus, Historijs, universa Theologia, Philosophia, Mathematica, &c. Augustæ Trevironum per Gasparem Pianta, anno salutis 1715. in 4. Vidi.*

**JOANNES DOMINGO LEON**, Hispanus, ex Regul. Observ. Mexicanæ Prov. Cathedra Scotti Moderator, ac S. Officij Qualificator, communes fecit Con- ciones quasdam, ex quibus ad manus meas devenit

*Panegyris in laudem Immaculatae Conceptionis Deiparæ. Mexici ann. 1719. in 4.*

**JOANNES DRACONENSIS**, Minorita, primus fuit, qui omnes Artes ad Theologiam reducens, alphabeticâ methodo,

*Compendium veritatum Theologicarum per brevissimas rubricas dispositum, teste Fr. Petro de Alva, principio 17.*

**JOANNES DUEGUE**, Minorita, recensetur inter Scriptores Illustres Ordinis, in prædictato Uvite, pag. 88. floruit anno 1581.

**JOANNES DE ESFORDIA**, &c. tomo 2. pag. 157. adde: *Hic primo elaboravit Tabulam furti, teste Fr. Petro de Alva, principio 10.*

**JOANNES DE FABRICA**, &c. tomo 2. pag. 154. adde: *Ipsum quoque commendat Fr. Petrus de Alva, principio E. assertens primum esse, qui de Indulgentijs pro Animabus in Purgatorio existentibus scriptit.*

**JOANNES FERRARIENSIS**, Minorita, unus Scriptorum Illustrium Ordinis adscribitur à prædictato Uvite, pag. 65. Prætermittitur à Uvadingo in Catalogo, minimè vero in Indice.

**JOANNES A FONTE**, alter, Hispanus, &c. tomo 2. pag. 161. adde post ultimum verbum: *Et meritò, Toleti enim in Bibliotheca S. Joannis Regum sub II. num. 8. habetur inedita ejus expositio in 4. Incipit: Ad preces Scholæ, dum effem Lector in Monte Pefalano, &c. Vidi.*

**JOANNES FORESTUS**, &c. tomo 2. pag. 161. adde: *Hic primum in Anglia pro Christi Nomine sanguinem profudit; primus enim fuit, qui contra Regem Angliae de Authoritate Ecclesie scriptit.*

**JOANNES FRANCISCUS BRIXIANUS**, ex Regul. Observ. opus co-legit

*De 4. Religionibus Monachorum, impressum Rothomagi in 4. anno 1510,*

**JOANNES FUCHER**, &c. tomo 2. pag. 166. adde: *Scriptis etiam Enchiridion Baptismi adulorum, M. S. in 4. scriptum anno 1544. Vidi.*

*Declarationes Litterarum Apostolicarum concessarum Religiosis Mendicantibus novæ Hispaniæ, etiam in 4. Utrumque opus asseratur M. S. in Bibliotheca Toletanæ Ecclesiæ, pluteo 17. num. 5. Vidi.*

**JOANNES GINTO**, &c. tomo 2. pag. 169. adde: *Eiusdem vidi*

*Apologiam pro indebita excommunicatio-ne, editam in fol. anno 1656.*

**JOANNES IGNATIUS MEURGANES**, Minorita, Jerosolymorum, & totius Terra Sanctæ Vicarius Custodialis, ac egregius Concionator, publici juris fecit

*Orationem in Sacratissimo Calvario, fe-ria 6. Parasceve ad omnium Nationum, & Sectarum Christianos ibidem congregatos, habitam anno Virginei Partus 1660. in 4. Vidi. Incipit: Desideratum.*

**JOANNES IGNATIUS MESSANENSIS**, ex Tertio Ordine Regulari, Lectoris munere insignitus, ac Doctoris laurea, nullo, nisi se ipso, Magistro, Oratoriæ artem percepit. In Sacris Ritibus, & Ecclesiastico Cantu versatus, Poetica etiam studia, & cultiores, litteras summe dilexit: *Hinc Latinè, & Italice carmina, & Anagrammata plura condidit, quorum nonnulla in aliorum Authorum libris, ac seorsim edita sunt; emissit*

*De Devotione erga S. Annam*, opusculum editum Messanæ formis Antonij Prene 1702. in 16. typis parabat eodem auct. quo clarebat, tractatum de Sacris Ritibus, teste Mongitore in Appendix. primo ad tom. 1. Bibliotheca Sicula D. Antonij, cui charus erat.

**JOANNES INFANS**, Jacobi Se- secundi Atagonum Regis filius, litteris,

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

ac virtutibus mirificè clarus, quem aliqui Carthusianum fecere, alij verò Minoritam, cum his abs dubio annumerandus venit, testibus Ulyssiponensi, & Daza apud Hebrera, tom. 2. Chronic. Prov. Aragonum, lib. 1. cap. 33. tūm quia occulte Habitum Franciscanum portabat præcintum; tūm quia 3. Ordini Franciscano nomen dedit. Hic ergo Princeps, primo Archiepiscopus Toletanus ab anno 1318. deinceps Patriarcha Alexandrinus à Joanne XXII. creatus circa annum 1324. ac demum Ecclesiae Tarragonensis ab anno 1327. Administrator librum scripsit.

*De rebus suis*, qui in Archivio Tarragonensi aservatur, & ex quo nonnulla exscriptis Doctor D. Joseph de Valle in suo opere *de Cartusiano Instituto* (edito vernacula Matrii typis Pauli de Val, anno 1663. in 4.) à pag. 204. Scriptis etiam gravem, ac eruditam

*Epistolam ad Capitulum Generale Ordinis Perpinianensem*, quam habes Latinè apud Uvadingum, tom. 3. ad an. 1331. num. 9. & Hispanè reddidit præcitorus Hebrera. Incipit: *Omne gaudium, & in ea S. Franciscum invocat Sapientissimum, & Sanctissimum Patrem nostrum.* Obiit in Loco del Pobo Cælaraugustanae Diocesis, sed in sua Tarragonensi Ecclesia requiescit, hoc apposito epitaphio:

*Hic quiescit corpus sanctæ memorie Domini Joannis, filii Domini Jacobi Regis Aragonum*, qui decimo septimo anno etatis sue factus Archiepiscopus Toletanus, sic dono scientiæ infusa dimitius, & gratia prædicationis floruit, quod nullus ejusdem etatis in hoc ei similis crederetur. Carnem suam jeniji, & ciliici macerans, in vigesimo octavo anno etatis sue factus Patriarcha Alexandrinus, & Administrator Ecclesiae Tarragonensis, ordinato per eum, inter multa alia bona opera, novo Monasterio Scalæ Dei, Diocesis Tarragonensis, ut per ipsam Scalam ad Cœlum ascenderet, reddidit spiritum Creatori xiiij. Kal. Septembris, anno Domini 1334. anno vero etatis sue

33. *Pro quo Deus, tam in vita, quam post mortem ejusdem, est multa miracula operatus.*

Nota eruditissimum Minoritam Ponçum Carbonellum ( laudatum tomo 2. hujus Bibliothecæ, pag. 490.) huic Toletano Archiepiscopo, & non alteri, huic Patriarchæ Alexandriæ, & non alio, semel, iterum, ac tertio suam *Catenam in Sacram Scripturam* dedicasse. Vidi, ac legi Toleti tres ejusdem Epistolas nuncupatorias suis tomis præfixas.

JOANNES LOPEZ, Hispanus, Regul. Obsrv. Prov. Mechoacan, Lector emeritus, Apostolicusque Concionator, Guardianum agens Vallisoletani Conventus S. Bonaventuræ, typis dedit vernaculae:

*Orationem in obitu V. P. Fr. Antonij Margil.* Mexici anno 1714. in 4. Vidi.

JOANNES MENDOZA, Hispanus, Concionator generalis, ac Prov. Mexicanæ Regular. Obsrv. Chronologus, prælo dedit

*Historiam Domina nostre Angelorum de Texaque.* Mexici anno 1672.

*Historiam apparitionis Dominae nostre de Guadalupe.* Ibidem anno 1672. in 4 ex relatu laudata Provinciae. Fortè indistinguitur à Joanne de Mendoza, cuius mentionem fecimus tom. 2. pag. 189.

JOANNES DE MERINERO, &c. tom. 2. pag. 190. adde: Ineditos, sed ad prælum maturos relinquit eruditos tractatus:

*De Justificatione;*

*De Merito.*

*De Adoratione.*

Edidit quoque:

*Apologiam pro authoritate Ministri Generalis Ordinis*, in fol. Vidi. Affervantur Matrii in Bibliotheca Coenobij S. P. N. Francisci.

JOANNES MICHAELIS, Minorita, Vir doctus, & in Sacris Scripturis non mediocriter versatus, opus egregium conscripsit, assertore Uvadingo, apud quem erat M. S. anno 1650. nempe:

*De quadraginta duabus mansionibus filiorum Israel moraliter applicatis ad totius gradus, quos ascendere debet, qui calcatis vitijs ad virtutum calmen cupit pertingere.* Incipit: *Circa quadraginta duas mansiones.*

JOAN

# ET CORRECTIONES.

JOANNES A S. MICHAELI, &c. tomo 2. pag. 190. post verbum *vidi*, adde: Emisit etiam

*Orationem alias à se habitam in Ecclesia de Durango, pro illuminatione Hispaniarum, Reginæ D. Mariae Ludovice Gabriele.* Ibid. per Carrasco anno salutis 1707. in 4. Vidi. Alias *Orationes* edidit Mexici, quæ ad manus meas non devenere.

JOANNES A MONTE, &c. tom. 2. pag. 191. post verbum *inferius* adde: Ejusdem Joannis habemus

*Annotationem Alphabeticam omnium sententiarum S. Gregorij super Job*, vti videre est in editione laudata expositionis S. Gregorij, facta Lugduni typis Francisci Regnaut 1521. in fol. Consule Epistolam nunupatorium. Vidi in mea Prov. S. Pauli in Bibliotheca Conv. Corporis Christi Oppidi Martini Muñoz sub littera A. numer. 21.

JOANNES MORIUNDUS, Pedemontanus, indistinguitur à Joanne à Monte Calerio laudato tomo 2. pag. 191. adde, ex Genuensi, scripsit etiam,

*Epistolam eruditissimam ad Fratres*, que habetur tom. 1. Annal. Boverij in versione Italica Fr. Benedicti à S. Benedicto.

*Epistolam Pastoralem*, editam Laureti anno salutis 1641.

*Epistolam ad Eminentiss. Barberinam*, habetur in principio tom. 2. Annal. Boverij. Edidit quoque Taurini anno 1654.

*Concionum multiplicium*, tom. in fol. Italice sub titulo: *Memoriali à Pralati, &c.* Obiit exemplaritatis nota insignitus ann. 1654. Consule Rossotum in de Scriptoribus Pedemont.

JOANNES MURITIUS, natione Gallus, professione Minorita, recensetur inter Illustres Scriptores Ordinis à præcato Uvite, pag. 70. Claruit anno Virginie Partus 1627.

JOANNES A NEAPOLI, &c. tomo 2. pag. 194. adde:

*Apologiam pro authoritate Ministrorum Generalium Ordinis in Ministros Terra Sanctæ*, ad Philipp. IV. Hispaniarum Regem. Matrii in fol. Vidi.

JOANNES A NOTO, sive DE NOSTRO, Siculus, Prov. Siciliae, & Custodiæ Syracusanæ, traxit:

*Summarum de Casibus Conscientie*, quæ citatur in Summa Angelica, vti Uvadij gus norat.

JOANNES DEL OLMO, &c. tomo 2. fol. 196. adde:

*De legitima, ac continua successione Ministeri Generalis Ordinis.* Barcinone 1703. in fol. Vidi.

*De Veritate Indulgencie Portunculae*, tom. in fol. Cælaraugustæ anno 1703. Vidi.

JOANNES PACCIANUS, Minorita, Theologus, Commentaria edidit

*In Cantica Canticorum*, quæ M. S. extabunt Senis in Biblioth. Minorum.

JOANNES PASTHAL, &c. tom. 2. pag. 198. subiecte ad calcem,

*De paenit. damnatorum.* Ibidem in sole eadem lingua. Incipit: *Expedit per gratia, &c.*

JOANNES A S. PAULO, Lusitanus, primò ex Discalceata Prov. Pietatis, demum Discalceata Prov. S. Pauli in Veteri Castella alumnus, munere Confessorius, sed Theologus insignis, ac S. Antonij Patavini fidelis sectator, stylo signavit

*De rebus mysticis plures tomos in 4.*

*Epistolas duas ad Fratres*, Latinè, se appellans *viliſſimum, immundiſſimum, & inaigniſſimum mancipium*. Sanctitatis opinione clarus cursus consumavit an. 1677 die 22. Nov. & apud suos Caucensis Conventus S. Pauli sepelitur. Plura de eo habet tom. 2. Chronicorum Prov. S. Pauli lib. 5. cap. 34.

JOANNES PECHAMUS, &c. tom. 2. pag. 199. adde: Primum fuisse, qui statuta Synodalia ab exordio nascentis Ecclesiæ collegit, recenset Fr. Petrus de Alva, principio 18.

JOANNES PEREZ LOPEZ, &c. tom. 2. pag. 201. adde: Ejusdem habentur Cælaraugustæ in Archivio Collegij S. Didaci tria opera impressa, minime autem expensis Typographo, & anno, validè erudita sub his titulis Hispanis:

*Manifiſto deſvelo de la verdad, y satisfaccion a las quejas de la Nobleza.*

*Defensa Christiana del deſvelo de la verdad.*

*Nuevas luces de el manifiſto deſvelo, &c.*

JOANNES QUIROS, &c. tom. 2. fol. 208. adde: Emisit insuper

*Apologiam pro vera professione inter Minores Fr. Petri Tello ex Ordine Militari S. Joannis Hispani 1656. in fol. Vidi.*

JOAN

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

JOANNES REITANUS, &c. tom. 2. pag. 208. adde: Edidit etiam *Vitam S. Rosalie*. Panormi apud Petrum Coppolam, anno 1688. in 8.

JOANNES RENSINIT DURTENSI, Guardianus Marcodurensis, & Prov. Coloniae Minister, edidit

*Manuale Franciscanorum*, *Regula expositio-* *nem*, *aliaque ad Confessarios*, *ad Monasticę vitę disciplinam spectantia complectens*. Coloniae apud Joannem Cri-

tium, anno 1609. Laudatur à Uvadingo.

JOANNES PICUTIUS, &c. tom. 2. pag. 209. adde: Primum hunc fuisse, qui annotationes in fermè omnes Historicos prophanos conscripsit, vti narrat Fr. Petrus de Alva, principio H.

JOANNES RIDEVALLUS, &c. tom. 2. adde: Scriptis etiam Baleo teste, *Concionum variarum*, lib. 1. *De lecturis Scripturarum*, lib. 1.

JOANNES ROMÆUS, Italus, Provinc. Rhginæ Minorum Capuccinorum alumnus, Vir Apostolicus, & Catholicae Fidei verbo, & scripto validus propagator, emisit

*Tractatum de repta in Deum Fide*. Venetijs 1566.

*Historia PP. Capuccinorum Provinciarum Piceni*, & Calacria usque ad annum 1571. Ad Dominum migravit anno Virginie Partus 1573. Consule Boverium, tom. 1. Annal. ad annum prædictum.

JOANNES SALON, &c. tom. 2. pag. 215. adde: Commendatur etiam à Fr. Petro de Alva, principio 11. eo quod primus Kalendarium Romanum omnimodo disposuit, de emmendatione temporis scribens.

JOANNES DE SORIA, Hispanus, ex Regul. Observ. Prov. Castellæ insignis Theologus, & exemplaritatis nota insignitus inedita reliquit

*Multiplicita constitia moralia*, & regula. Asservantur Matrii in Bibliotheca Convent. Regul. Observ. sub E. num. 38. & 43. Vidi. Fiorebat Compluti anno Virginie Partus 1624.

JOANNES DE SYLVA, &c. tom. 2. pag. 220. adde:

*De Predicatione Evangelica inter In-*

*dos. Matri ex Regia Typographia 1613.* in fol. Vidi.

JOANNES TYTHLESHALE, Anglus, Nordovicensis, quem Possevinus Ordinis Minorum, & Pictus Carmelitanum facit, scriptis, assertore Uvadingo, *Commentaria in plures libros Sacra Scriptura*.

*In Apocalypsim*.

*Praelectiones Sacrorum Bibliorum in Magistrum Sententiarum*.

*Determinationes Theologicas*.

*Sermones de Tempore*, & *Sanctis*.

*Quæstiones de Anima*. Habentur M. S. in Collegio Oxoniensi. Obiit Romæ circa annum 1354.

JOANNETINUS NIÑO, &c. tom. 2. adde: Scriptis etiam

*Expositionem brevissimam Regule Serapionis ad Gregorium XV. Ponuf. Maximum. Salmanticae ex Typographia Antonia Ramírez 1622*. Vidi.

JOSEPHUS ALVAREZ DE LA FUENTE, Definitor, &c. tom. 2. pag. 239. adde: Prodierunt sui

*Diarij Historici*, *Politico-Canonici*, & *Moralis* tomus quintus, sextus, septimus, & octavus. Matrii anno 1732. & 1733 in 8. Insupèr evulgavit

*Historial Domina noſtre de los Peligros*, adiecta *Novena*. Matrii anno 1733 in 16. Vidi Censoris munere.

JOSEPHA A S. CLARA, &c. tom. 2. pag. 237. adde: Asservantur Victoriae in Conv. S. P. N. Francisci.

JOSEPHUS CASTRO, Hispanus, Lector emeritus, ac Prov. de Zachatecas Regularis Observ. Apostolicus Concionator, publici juris fecit opus cultoribus Virginis Dolorosissimæ gratum, prænotatum:

*Lamentationes Mariana*. Mexici in 4. *Romanum Iter*. Ibidem in 16. Ineditum; sed ad prælum maturum, habet librum alium hujuscem inscriptionis.

*Quid est homo?* Ex relatu laudatæ Provinciæ.

JOSEPHUS COPPONS, Hispanus, ex Regul. Observ. Catalauensis Prov. Lector emeritus, Sanctæ Inquisitionis Qualificator, iteratoque Provincialis Minister, Procuratorem Generalem agens in Romana Curia, edidit ibidem

*Apologiam pro V. Joanna à Cruce*, in fol.

Vidi

# ET CORRECTIONES.

Vidi, & asservatur Matri in Bibliotheca Conv. Regul. Observ. sub T. V. num. 44.

JOSEPHUS A CRUCE, &c. tom. 2. fol. 150. adde: Exaravit quoque valde eruditam

*Apologiam pro singulari privilegio Sacrorum Stigmatum S. P. N. Francisci* ad S. Inquisitionis Tribunal, in fol. Ineditum legi, & asservatur in Matri Bibliothece Coenobij S. P. N. Francisci sub E. num. 43.

*De sensibus Sacra Scriptura*, librum absolutum. Habetur M. S. in Complutensi Convent. S. Didaci. Vidi.

JOSEPHUS DIEZ, Hispanus, ex Regul. Observ. Fundator, Chronologus, ac Guardianus Collegij Propagandorum S. Crucis de Queretaro, typis mandavit:

*Pharetram Apostolicam Missionarijs utili-* *le*. Prodij tertio Mexici ex officina Michaelis de Rivera, anno 1731. in 12. Vidi.

JOSEPHUS GOMEZ, Hispanus, ex Regular. Observ. Mechoacanensis Prov. edidit

*De Mysterijs Missæ*, tom. in 4. editum Mexici.

JOSEPHUS GUERRA, Hispanus, Prov. S. Evangelij Regul. Observ. Concionator generalis, & Apostolicus, Mexici emisit

*Conciones varias* in 4. prælo quoque maturum reliquit vernaculè opus egregium prænotatum:

*Bellum adverſum vitia*. Ex relatu laudatæ Provinciæ.

JOSEPHUS A S. MARIA, Hispanus, &c. tom. 2. pag. 249. post illa *de usu*, & *frequentia Auguſtissime Eucharistie*, adde: Ad suam Provinciam Matri in typographia Viduae Alphonsi Martin, an. 1619. Vidi. Ejus in laudem præfixa leguntur carmina erudita, ex quibus vñicum subiectio:

*Al caſto Joseph le dàn*  
*La gracia, y gloria debidas*,  
*Porque al Autor de la vida*  
*Diò por tiempo casa, y pan*  
*En vos, Joseph, se verán*  
*Dos cosas de mas quantia*,  
*Que le bospedais cada dia*,  
*T mejor pan que él le dais*,  
*Y el vino, y otro os llamale*  
*Joseph de Santa María*.

JOSEPHUS MARIA MALACRIA, &c. tom. 2. pag. 250. adde: Decessit Neapoli 27. Nov. 1671. in Coenobio Sanctæ Crucis.

JOSEPHUS MARTINUS A FONTE, Hispanus, ex Tertio Ordine Franciscano ad usum Salmanticensium ejusdem Instituti, vernaculè publicavit

*Ceremoniale*. Salmanticae, typis Eugenij Garcia 1725. Vidi.

JOSEPHUS A MATRITO, &c. tom. 2. pag. 151. col. 2. adde: Inedita reliquit

*Conciones 34. de S. Antonio Patavino*, vñà cum alijs *Concionibus de S. P. N. Francisco*, ac *S. Petro Alcantaren*, in 4.

*Concionum de Sanctis*, ac *de Animabus Purgatorijs*, tom. in 4.

*Concionum de Christo*, tom. in 4.

*Mariola* valde eruditum, in 4.

*Concionum adventualium*, ac *Quadragesimatum*, tom. in 4. Omnia terminos Hispano conscripta asservantur Matri in Archivio Regalis Conv. S. Agustini. Vidi. Imprentiarum agitur de eorum editio-

ne.

JOSEPHUS REINOSO ET QUIÑONES, Hispanus, ex Rectoribus Oppidi de la Puebla, Tertij Ordinis Franciscani ibidem Fundator, ac Minister, Musatum, præcipue Sacrarum, amicus, prælo commisit:

*Comædiam S. Maria Magdalene*. Matriti apud Bernardum Peralta 1731. in 4. Vidi.

*Allam de eadem Sancta*. Ibidem in 4. Vidi. Ad prælum paratos habet hoc anno 1732. quo viget, *Comædiarum*, multiplicumque poematum tomos 2.

JOSEPHUS A ROSARIO, Hispanus, strictioris Observantiae alumnus, in Discalceata S. Pauli Provincia, Conciones habuit magno cum plausu, quas prælo parans, morte præventus, ineditas reliquit; nempe

*Multiplicium Concionum*, tom. 2. in 4. Asservantur Salmanticae in Bibliotheca Conventus del Calvario. Vidi. Obiit circa an. 1712.

JOSEPHUS SAN JULIANUS, Siculus, ex Oppido Nasi, professione Capuccinus, sed à Genuensi illaudatus, Italicè conscripsit:

*Vitam S. Conti vti ex Octavio Cataneo*, & Josepho Perdicaro narrat Mongitore in sua Bibliotheca Sicula.

Joe

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

JOSEPHUS A SPIRITU SANCTO,  
&c. tom. 2. pag. 255. dele Legionensis  
Dioecesis, & substitue Ovetensis.

JOSEPHUS DE TORRES, Hispanus, Regul. Observan. Prov. S. Evangelij, ac Tertiariorum Mexicanæ Urbis Moderator, publici juris fecit Hispana lingua.

*Epitome Indulgentiarum Tertiariorum S. Francisci adjecta Via Crucis effigia.* Mexici apud Bernardum de Hogal, anno 1728. in 12.

JOSEPHUS VALLE ET LEYVA, Hispanus, ex Regul. Observan. Prov. S. Evangelij Theologus, & à Theologicis Censuris S. Officij, Latinè emisit

*Planctum pro obitu Benedicti XIII. Pontif. Max.* Mexici anno 1731. in 4. Vidi.

JOSEPHUS VELASCO, Hispanus, ex Prov. Nicaraguæ Regul. Observ. Guaridianum agens Granatenlis Conv. communem fecit

*Panegyricum in laudem Immaculatae Conceptionis. Deipara.* Guatimalæ 1676. in 4. Vidi.

JOSEPHUS A VIRGINE, &c. tom. 2. pag. 256. adde: Transtulit quoque in Camarinensium linguam librum Hispanice prænotatum

*Gritos del Purgatorio.* Vivebat anno 1731.

IRÆNEUS SIMON, Minorita, inter Scriptores recensetur à Uvadingo in Indice, sed prætermittitur in ejus Catalogo.

IRÆNEUS BRASAVOLLUS, Ferriensis, Sacrae Theologiae Professor, Commissarius suorum Consodalium in Curia Romana, Episcopus Castrensis, Serenissimæ Familiae Farnesiae gratissimus, accurate exposuit

*Quæstiones universales Scotti.* Venetijs apud Marcum Variscum, anno 1599. in 4. Scriptit etiam, assertore Uvadingo,

*De secundis intentionibus super formalitates Scotti.*

ISIDORUS DE SEVILLA, &c. tom. 2. pag. 259. adde: In publicum misit vernaculè tomos duos in fol.

*Conciones Marianas amplectentes; sub titulo Hispano: La mejor Pascora assumptionis; anno 1732.*

ISIDORUS EELIX ESPINOSA, Hispanus, ex Prov. Mechoacan Regular. Observant. Collegij de Queretaro alum-

nus, & Chronologus, emissit  
*Vitam S. P. N. Francisci.* Mexici in 4.  
*Vitam V. Laici Fr. Antonij ab Angelis,*  
ejusdem Prov. Ibidem in 4. Ad prælum habet

*Concionum multiplicium*, tom. 4. Ex relatu hujus Provinciæ.

ISIDORUS VELASCO, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Conceptionis, Concionatoris Apostolici, ac Sacrae Theologiae Professoribus, haud sine laude functus, humilitati Episcopatum postponens, reliquit ineditum

*Variarum Concionum* tom. in 8. propria manu exaratum. Vidi, ac legi in Veteri Castella in Methinensi Conv. PP. Carmelitarum Regul. Observ. Audio pro Christi nomine apud Indos sanguinem fuisse, ejus autem artas me fugit.

## L

L AURENTIUS BENITEZ, Hispanus, ex Regulari Observ. Mexicanæ Prov. Concionator, ac Studentum Director, aliquas evulgavit Conaciones. In his,

*Concionem de Apparitione Domina nostra de Guadalupe.* Mexici anno 1685. in 4. Vidi.

LAURENTIUS MAGRIUS, Normannus, ex Regul. Observ. publicavit

*Apologiam pro Fratribus Minoribus de Familia, sive de Observantia Ordin. Sancti Francisci.* Rothomagi apud Silvestrum Ramborinum, anno 1498. Ex Uvadingo;

LAURENTIUS MASTEAL LUS, Minorita, inter Illustres Scriptores Ordinis recensetur à prædictato Uvite, pag. 61.

LAURENTIUS VERO NENSIS, Prov. Venetiarum Minorita Capuccinus; fervidus Concionator, ac salutis animarum zelo plenus, scriptit, ac edidit:

*Sermones de Sacramento Pœnitentie, & alios qui absque ejus nomine circumferuntur, multis ejus ineditis Concionibus de Tempore, quæ asservantur, teste Genuensi.* Obiit Veronæ anno 1631. Ejus gesta habes apud tom. 3. Annal. Capuccinorum ad annum prædictum.

LEONARDUS BORIANUS, Gaa illus, ex Regul. Observ. Prov. Aquitanæ, publici juris fecit;

# ET CORRECTIONES.

*Libram Controversiarum contra Ministrum Hereticum.* Tolosæ apud Joannem Boudet, anno 1620.

LEONARDUS HUIPHONENSIS; ( mihi ignotus ) celeberrimus Scotista, teste Fr. Hieronymo Lorte, pag. 356. suæ *Mappa Subtilis*, scriptit:

*Super primum Sententiarum Doctoris Subtilis.*

LIVIUS A MONTURSIO, quem gravissimum, & doctissimum Scotistam appellat Fr. Hieronymus Lorte, pag. 356. suæ *Mappa Subtilis*,

*Totam fermè Philosophiam ad mentem Doctoris Subtilis composuit.*

LUCAS DE GUEVARA, Hispanus, Minorita, referente Fr. Francisco Haroldo in Additionibus ad Cataiogum Uvadingi, scriptit tractatum inscriptum, *Disputationes de Voluntate Dei.* Laudatur in *Mappa Subtili*, pag. 356.

LUCAS PACCIOLUS, &c. tom. 2. pag. 248. adde: Scriptit etiam, & pri-

mus *Tractatum de Litteris Majusculis artificiis pingendis*, laudatum a Fr. Petro de Alva in *luis Principijs*, principio 22.

LUDOVICUS A S. AUGUSTINO; Anglus, ex strict. Observ. ejusdem Prov. munere Concionator, in suum transtulit idioma

*Stimulum Divini Amoris à S. Bonaventura compositum.* Duaci apud Viduam Uvionis 1642. Ex Uvadingo in Append.

LUDOVICUS BAGALARDUS, alias A FLUMINE, Paduanus, Minorita, inter Scriptores Illustres Ordinis recensetur à Fr. Augustino de Uvite in *Genealogia S. P. N. Francisci*, pag. 59. Obiit Patavij, cui, ante portam Chori, insculptum est hoc Epitaphium:

*Religio, quem stet Fratrum veneranda Minorum,*

*Fluminis à clara Ludovicum stirpe creatum,*

*Regalis Patavi clausit mors ultima rerum,*

*Hunc jam majorem Provincia tota Ministrum:*

*Parisijs Civitas Soplia quem sacra Magistrum*

*Fecerat: hoc busto corpus, mens sicut in Astarti.*

*Tom. III.*

LUDOVICUS CURIUS, Romanus; Regul. Observ. Prov. Romañæ, Theologus, Custos, atque Ordinis Generalis Doctor, editit:

*Ministrum Generalis delineationem*, sive *Paranensis à se habitam in Commitijs Generalibus Toleti celebratis.* Romæ ex typographia Cameræ Apostolicæ, an. 1646. in 4.

*Sermonem Panegyricum de S. Ignatio de Loyola*, quem in frequenti Cardinalium Coetu habuit Romæ in Aracelitano Templo. Romæ ex eadem typographia, anno 1647. De eo Uvadingus.

LUDOVICUS, absque illo cognomine, natione Hispanus, Sacrae Theologiae Magister, ac Prov. Castellæ Minister, Latinè conscripsit

*Concionam*, tom. in fol. Asservatur in Toletana Bibliotheca S. Joannis Regum, sub F. num. 15. Initio caret. Vidi. Fuisse creditur Fr. Ludovicum de Ezjira, qui Ministri munere fungebatur ann. 1466.

LUDOVICUS A S. JOANNÉ EVANGELISTA, &c. tomo 2. pag. 298. adde: Scriptit etiam

*Tractatum de Electione opinionis,*  
*De Confutidine.*  
*De Ignorantia.*  
*De Necesitate.*  
*De Legibus.*  
*De Refutatione.*

*De Defectibus occurribus in Celebrazione Missæ.*  
*De Orationibus faculatorijs perutilem tractatum.* Prodierunt hæc simul cum suo opere de *Administratione Sacramentorum in casibus repentinis*. Matriti ex typographia Joanis Sanchez, ann. 1637. in 8. Vidi.

LUDOVICUS MONDELLUS, &c. tom. 2. pag. 302. adde: Floruit ann. 1484. teste laudato Uvite ibid. pag. 60.

LUDOVICUS PRUTENUS, &c. tomo 2. pag. 303. adde: Hic & magister gradum in Colonensi Universitate suscepit, & Scholas Polonoïæ exit, priusquam Minorita fieret anno 1464. Consule Uvadingum ad annum salutis 1494.

LUDOVICUS PUTEUS DE BURGONOVO, propè Placeficiash in Lombardia natus, ex Regul. Observant. inter Theologos, qui OEcumenico Concilio Tridentino intervenire debebant electus, ac

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

ac LIV. Minister Generalis Ordinis, nonnulla scripsit

In Scotum, vti ex ejus Epitaphio à Panigarola constructo appetet, quod ex Gubernatis, tomo 1. Orbis Seraphici, lib. 3. pag. 234. in medium adduco:

*Frater Aloysius Puteus Burgonovanus, ex Minoribus Observantibus hic situs est. Quem omnes, qui aliquam eruditio- nis famam in Familia sua attulerunt, Magistrum; qui Rempublicam Franciscanam administrarunt, exemplum sibi præcipuum asciverunt. Qui vero Concilio Tridentino interfuerunt, quo ille à Pio IV. Pont. Max. missus adfuit, utramque doctrinæ, & sapientiae laudem mirificè comprobarunt. Qui Provincialia, & Generalia munera tamdiu exercuit, tot Italie suggestus, Concionibus celebravit; Scotum tanta diligentia, & voce, & scriptis explicuit, ut vix villam horam vacuam, aut meditando, cum assidue agiret, aut agendo, cum perpetuo meditaretur, habuisse videatur. Demum Vigilijs, jejunijs, peregrinationibus, studijs magis, quam etate confectus, gravibus apoplexiæ per quatuor annos incommodis divexus, Christianæ patientie nobilile nobis exemplum reliquit. Obiit IX. Novembris M. D. LXXX. ætatis suæ anno LXXXIII.*

LUDOVICUS RAM, &c. tomo 2. pag. 303. adde: Ineditum, morte prævenitus, reliquit librum prænotatum:

*Consolatio omnium afflitorum, cuius ipsem mentionem fecit in opere laudato.*

LUDOVICUS UVULCANUS, (apud Uvadingum ALOYSIUS) strictioris Obsrv. alumnus, Italicè scripsit pium, vitemque tractatum, quem inscripsit:

*Gemma Cœlestis. Neapoli anno Domini 1600. Fortassis hic est ille Ludoicus Uvulcanus à Padula, laudatus tomo 2. hujus Bibliothecæ, pag. 308.*

# M

MARIANA BAQUERO, Hispana, ex Oppido Valde-Olivas Diocesis Conchensis, Tertiaria Franciscana, & virtutibus clara, ejus obtemperans Confessario,

*Vitam conscripsit suam, prælo deinceps datam à suo germano fratre D. Petro Baquero. Prodiit Matriti ex officina Francisci Sanz, ann. 1688. in 4. Vidi:*

MARIANA DE JESU, Hispana, &c. tomo 2. pag. 326. adde: Scriptis vernacula:

*Speculum clarissimum Vitæ, ac Passionis Domini nostri Jesu-Christi, in 4. Vidi Matriti, & in Biblioteca nostri Conventus Martin-Muñoz. Claruit sanctitatis opinione ann. 1647. Consule Chron. Prov. Sancti Michaelis.*

MARIANUS AB ALCAMO, &c. tomo 2. pag. 328. adde: & apud Mongitori, tom. 2. Biblioth. Siculæ, quo teste, exaravir etiam,

*In Orationem Dominicam, que Mare Oceanum Concionatorum pauperum nuncupatur, tomos tres in fol. Extant M.S. in Biblioteca Capuccinorum Panormi; vbi etiam asservantur Italicæ,*

*Quadragesimalium Concionum tomi 2. M. S. in 4.*

MARINUS PANGER, Belga, ex Prov. Argentinæ strictioris Obsrv. Recollectorum, Sacrae Theologiae Lector emeritus, Ministri Provincialis manere functus, egregium elaboravit opus Latina lingua, in quatuor tomos in folio distibutum, sub hoc titulo:

*Theologia Scholastica, Moralis-Polamica juxta mentem Doctoris Subtilis. Auguste Vindelicorum, & Græci sumptibus Phillipi Martini Veith 1732. Vidi. Præfixis tomo primo*

*Vitam V. Doct. Subtilis Joannis Duns Scoti.*

MARIUS A CALASIO, &c. tomo 2. pag. 330. adde: Nec silentio prætereundum est hunc primò Concordantias Maximas secundum Textum Hebreum, Chaldaicum, & Syriacum concinas, vti recte monet Fr. Petrus de Alva, princip. C.

MARIUS DULMENSIS, Minorita, scripsit, primòque confecit

# ET CORRECTIONES.

*Dictionarium in totam S. Scripturam, opus mihi ignotum, laudatum verò à Fr. Petro de Alva, principio B.*

MARTINUS DE CASTAÑEGA, Hispanus, ex Regul. Obsrv. Burgensis Provinc. Theologus eruditus, vernaculè scripsit:

*De Superstitionibus, & adversus eas. Lucronij apud Michaelm de Eguia, anno Virginei Partus 1529. in 4. Vidi.*

MARTINUS SALAZAR, Hispanus, Castellanæ Prov. Regul. Obsrv. Custos, Latinè scripsit eruditus tractatus

*De Authoritate Commissarij Generalis Indiarum. Matriti anno 1691. in fol. Vidi.*

MATTHÆUS DE AQUASPARTA, tomo 2. pag. 342. adde: Nota, hunc primum fuisse, qui tabulas ordine litterario, copiosumque adjecit Indicem Sententiariorum Petri Lombardi, in quo omnes insigniores materias indigitat. Consule Alva, principio 19.

MATTHÆUS DE HEREDIA, &c. tomo 2. adde: Edidit quoque ann. 1670. Hispano sermone,

*Apologiam pro honore P. Fr. Ferdinandi de la Rua, in fol. Vidi.*

MATTHÆUS HERNANDEZ, Hispanus, Prov. Conceptionis Regul. Obsrv. filius, ac Sahaguntini Collegij Missionariorum Apostolicorum alumnus, nescio an ad prælum, an ad ejusdem Collegij Bibliothecam, conscriptabat

*Doctrinarum, ac Missionum, tom. 2. in 8. vernaculè.*

MATHIAS SAENZ A SANCTO ANTONIO, Hispanus, Regul. Obsrv. Apostolicus Concionator, S. Officij Confessor, ac Synodalis Examinator Diocesis Guadalaxarense, Guardianum agens Collegij Guadalupensis de Zacatecas, communiten fecit,

*Panegyrim in laudem Domina nostra de Guadalupe. Mexici 1721. in 4.*

*De rebus Provincia Texorum in Americaano Imperio. Matriti anno 1724. in fol. Vidi.*

MAURUS A NOLA, à Uvadingo prætermisso, ex Regul. Obsrv. Neapolitanæ Prov. dilucidam condidit

*Expositionem Orationis Dominicæ, Italicæ idiomate. Prodiit Neapoli ex typographia Joann. Dominici Ronagliolo, ann. salutis 1610. Vidi.*

MICHAELA MARIA A SANCTO ANTONIO, Hispana, ex Clarissimæ Coenobij Methymnae de Pomar, in Cantabrica Provincia, exercitijs spiritualibus, præcipue Oratione dedita, vernaculè exaravit, De Via Cœli, lib. 4.

*De Immaculata Conceptione Delparo semper Virginis, lib. 1. Apologiam pro eodem libro.*

*De Conscientia tractat. De Pœnis Divinit Amoris tractat. Methodum benè vivendi. Preces ad Delparam.*

*Expositionem Mysteriorum Fidelis. Assentiantur inedita Victoria in Conv. S. P. N. Francisci, vti habeo ex relatu Prov. Canabriae.*

MICHAEL ANGELUS, Siculus, Bienvensis, strictioris Obsrv. Reformatorum alumnus, qui Concionatoris, Lectoris, ac Guardiani munere claruit, opus scripsit, cui nomen,

*Chronologia, vel potius Chrono-Sermonologia Domini nostri Jesu-Christi, & Parentum eius, iuxta seriem à D. Luca exhibet, in quo ab Adam usque ad Christum D. brevis compilatio demonstratur. In qua etiam D. Anna ab impostura trium virorum evidenter defenditur. Asservatus M. S. in 4. vii ex Tognoletto recenset Mongitore, tom. 2. Biblioth. Siculæ.*

MICHAEL AROLANUS, Minorita, Hispanus, recensente Uvadingo, scripsit

*De Immaculata Conceptione Virginis Hispali anno reparata salutis 1617.*

MICHAEL AVELLAN, &c. tomo 2. pag. 368. adde: Emisit quoque vernaculè,

*Pro Conservatione cujusdam Provisoria Episcopalis eruditum tractat. impressum in fol. Matriti anno Virginei Partus 1632. Vidi.*

MICHAEL DE CÆSENAS, &c. tomo 2. pag. 370. adde: Ejusdem habes gravem De Paupertate, & forma Habitum Episcopalem, apud Gubernatis, tomo 1. Orbis Seraphici, lib. 3. §. 17. pag. 148.

MICHAEL DIAZ ROMERO, Hispanus, ex Mexicana Prov. Regul. Obsrv. Theologiae, quæ ad mores spectat Lector, alias evulgavit Conclusions, ex quibus ad manus meas devenerit

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

*Concio de S. Thoma Apostolo.* Mexici anno 1719. in 4.

MICHAEL DOMINICUS, &c. tomo 2. pag. 371. adde: Scriptit etiam

*Commentaria in Porphyrium*, vti recentet Anonymus Author cuiusdam ineditæ Bibliothecæ Matriti assertorat in Regia Biblioth. Opus primò laudatum Carolo Sabaudiae Duci nuncupatum, imprellum est Taurini anno 1521. in 4.

MICHAEL DE PARADA, &c. tomo 2. pag. 375. adde: Ejusdem habetur

*De Præstantijs Regul. Obseru. S. Francisci opusculum*, Illust. D. D. Perro Gonzalez de Mendoza nuncupatum, imprellum in fol. sed absque loco, & anno. Vidi. Incipit: *Por desadecuar.*

*De Matrimonij impedimentis, eorumque dispensationibus*, in fol. Asservatur M. S. Matriti in Bibliotheca Conv. S. Francisci sub E. num. 38. Vidi.

*De rebus Beneficialibus, earumque expeditione in Romana Curia.* Extat ibid. Vidi.

MICHAEL VAL, Hispanus, Prov. Aragonum Regul. Observant. filius, Vir Apoloticus, & iteratò Guardianus, ineditum reliquit tomum in 4. prænotatum:

*Tractatus variarum comparationum*, Hispano, & Mexicano idiomate, quo indecessè peregrinatione facta ad Indos Occidentales sermones habuit. Asservatur Cæsaugusta in Biblioth. Collegij S. Didaci. Obiit anno 1643.

MICHAEL DE ZEPEDA, &c. tomo 2. pag. 378. adde: Ejusdem sunt:

*Panegyris in laudem S. Francisci Solani recentè canonizati.* Habetur à fol. 425. libri inscripti: *Certamen de S. Maria de Jesus*, editi Compluti litteris Josephi Esparalta 1730. in 4. Legi.

*Oratio funebris in Exequijs Ludovici Primi Hispaniarum Regis*, in Regio Sacerdotio Matritensi habita. Agitur imprellatum de ejus impressione.

## N

NESTOR DIONYSIUS, &c. tom. 2. pag. 381. adde: Hujus Authoris est primum Dictionarium Latinæ Linguae, fidem si facias Fr. Petro de Alva, principio A.

NICOLAUS ANGLICUS, &c. tom. 2. pag. 382. adde: Floruit ann. 1260, teste Fr. Augustino Uvite in Catalogo illustrum Scriptorum Ordinis, pag. 53.

NICOLAUS DE AQUÆVILLA, &c. tom. 2. pag. 382. adde: Scriptit etiam, ac primò

*In Epitomen redigit Ius Canonicum*, assertore Fr. Petro de Alva, principio X.

NICOLAUS BOCHAM, Minorita, cujus opera me fugiant, connumeratur cum Illustribus Scriptoribus Ordinis Minorum à præcito Uvite, pag. 59.

NICOLAUS BONNETUS, &c. tom. 2. pag. 384. adde: Hujus Metaphysica habetur M. S. Toleti in Bibliotheca Conv. S. Joannis Regum sub II. num. 21. in 4. Vidi.

NICOLAUS A JESU, &c. tom. 2. adde: Communem quoque fecit

*Stationem ad S. Paschalem.* Valentia per Josephum Garcia 1731. Vidi.

NICOLAUS DE LYRA, &c. tom. 2. pag. 388. adde: Ejusdem Lyrani est prima interpretatio Sacerorum Hymnum, teste Alva, principio 18.

*Sermones de Sanctis*, ab eodem Lyra conscripti, habentur Toleti in Bibliotheca S. Joannis Regum sub HH. num. 10. in fol. Vidi.

NICOLAUS A MTRITO, Hispanus, strictrioris Observantiae Discalceatorum alumnus, Prov. S. Josephi Concionator insignis, semel, atque iterum ad Guardianatum assumptus, morte præventus, ineditos reliquit, ad prælamque maturos, tomos 6. Concionantibus valde utiles, quapropter agitur imprellatum de eorum editione. Hi sunt,

*Concionum de Christo*, tom. in 4. veraculæ.

*De Purissima Angelorum Reginis*, tom. in 4.

*De eadem Immaculata Deipara*, tom. alter in 4.

*Sanctorale Angelicum*, *Apostolicum*, & *Seraphicum*, tom. in 4.

*De Animabus Purgatorijs*, ac defunctis, tom. in 4.

*Concionum Moraliū*, & *Quadragesimalium*, tom. in 4. Moritur Matriti anno 1728.

NICOLAUS MUTIUS, &c. tom. 2. pag. 391. adde: Hujus Mutij habetur

## ET CORRECTIONES.

*Omniloquium S. Gregorij* in duos tomos maximos in fol. distributum, in Bibliotheca Ecclesiæ Toletanaæ, Gregorio XI. Pont. Maximo dicatum ann. 1372. Vidi. Extant in membranis, pluteo 11. num. 15. Ad calcem ita legitur: *Explicit Omniloquium Beati Papa Gregorij compilatum, & dicatum Sanctissimo Patri, & Domino, Domino Gregorio Divina Providentia Romano Pontifici dignissimo Papæ*, 11. Pontificatus sui anno, & ab Incarnatione Domini nostri Jesu-Christi 1372. per Fratrem Nicolaum Mutium de Venetijs Minorum Ordinis professorem, *Omnipotentis Dei clementiam assidue agitantem, et semper eum faciat*, vt per multos annos in Apostolatus Cathedra, pro defensione Tempoli contra Saracenos triumphaliter resusat. Amen.

NICOLAUS ORANUS, &c. tom. 2. pag. 392. adde: Floruit ann. 1627. teste præcito Uvite, pag. 70.

NICOLAUS DE ORBELLIS, &c. tom. 2. pag. 392. adde: Primus qui ad Magistri Sententiarum textum, propria, & erudita internexuit Scholia, & littaram ipsam brevissimam elucidavit Commentarijs, & ad calcem cuiuslibet distinctionis difficultates à Magistro prætermisfas excitavit, & excitatas mira subtilitate, & ingenio refolvit, iste Nicolas fuit, vt videre est in editione operum Magistri Sententiarum facta Venetijs à Lazaro Suardo, ann. 1507. teste Fr. Petro de Alva, principio 19.

NICOLAUS VILLA, Agrigentinus, ex Seraphica Familia, scriptor, ac editio-

*Seraphicam Sylvam*, id est, *de Vita S. Francisci*, lib. 4. Florentia anno 1498. in 4. Ex anonymo Authore cuiusdam Bibliothecæ, quæ inedita asservatur in Regia Biblioth. Matritensi.

## O

ODO RIGALDUS, &c. tom. 2. pag. 403. adde: Scriptit etiam:

*Concionum Quadragesimalium*, tom. in fol. asservatum in Toletana Bibliotheca S. Joannis Regum sub GG. num. 13. Vidi. Incipit: *Penitentiam agite*.

OTHOMARUS TRAJECTENSIS, ex Coloniensi Provincia Minorum Cap. Tom. III.

puccinorum, Theologus, ac Diffinitor, assertore P. Torrecilla in suo Catalogo, pag. mihi 194. publici juris fecit

*Metabodum meditandi acerbissima Passio Christi Mysteria*, ex Sacris Litteris conquistatum. Paderbonæ per David Hüberi, anno 1687.

*Devoti Christiani spirituale speculum*, in Passionem Domini. Colonia typis Ulielmii Friesens, anno 1688.

*Itinerarium mentis in Deum*. Augustus Vindelicorum apud Thomam Astaller, anno 1689. bipartitum. Laudatur etiam à Genuensi, pag. 262.

## P

PASCHALIS DE TORRELLA, &c. tom. 2. pag. 415. adde: Exaravit succintè:

*Borundem Martyrum miracula*, vnde cum Iconibus. Romæ anno 1620. in fol. in charta expansa. Vidi.

PAULUS AIDONIUS, Thermitanus, Prov. Siculæ, strict. Obs. Reformatorum, Vir, (assertore D. Ant. Mongitore, tom. 2. Biblioth. Siculæ) doctrina, & eruditione clarus, in Sacris Historijs, ac Pontificijs juribus versatissimus, editus Italicè,

*Apologiam pro S. Clara*. Panormi apud Dominicum Anselmum 1678. in 4. Scriptum estiam, non autem edidit

*Historiam B. Augustini Novelli*, ex Eremitis S. Augustini in 4.

PAULUS DE EZIJA, seu ASTIGITANUS, Hispanus, Capuccinus, Sacra Theologia Lector, Nuntiatoræ Hispaniarum Theologus, ac Examinator, Bibliothecarum Regni Granatensis S. Inquisitionis commissione Revisor, à Synodalibus Examinibus trium Episcopatum, ac Guardianus Granatensis Collegij, typis dedit cedro dignam, gravissimam, ac dogmaticam orationem ad S. Inquisitionis Tribunal habitam, sub titulo Hispano,

*La Silla de San Pedro defendida*. Granatæ apud Josephum de Puerta, anno Virginel Partus 1731. in 4. Vidi. Ejus in laudem, præfixum legitur, sequens Epigramma:

*Septem Orbis numerant homines miracula*, nec octo

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

Nunc fiant , unum tu licet addideris.  
At fiant unum (magis id. mirabile) sep-  
tem;  
Non tulit hec numeram , susluit aucta  
monas.  
Prodigia ite procul , stupeant miracula  
mundi;  
Qui videt hoc , ultrà non opus ut videat.

Insuper , mota à quodam Regulari  
quæstione , dicendi ei extitit occasio , inò  
validè propugnandi doctrinam V. Matris

Mariae à Jésu de Agreda , Christi Domini  
Conceptionem in Immaculata Virginis  
Utero , purissimè , propriissimè , & mi-  
rificè explanantis. Quapropter scripsit  
ac edidit Apologiam valde eruditam , His-  
pano idiomate prænotatam:

*Escudo Apologetico.* Prodiit primò Gra-  
nata ex officina Josephi de la Puerta,  
anno 1732. in 4. Vidi. Ejus in laudem,  
nempè V. Matris , ad calceum legitur D.  
Brunonis Berrueto , Sacrae Theologiae  
Professoris , & Causarum Patroni hoc

## EPIGRAMMA.

*Mystica , Virgineos , dūm panderet , Agreda , fastos ;*  
*Et magnum Patris Omnipotentis opus;*  
*Purpureas migrasse , refert , ad viscera guttas ,*  
*Trino , quas traxit , vulnere , cordis Amor :*  
*Hinc Deus , immensum , Verbo , qui condidit Orbem ;*  
*Horruit haud , ventris vincula , factus homo :*  
*Hinc Superum Regina , satis , Christipara , dici*  
*Non potis est , facio nobiliore , Parens .*  
*Cana fides Veterum sic Patrum dogmata sanxit ;*  
*Dogmata , sic libris Agreda docta suis .*  
*Agreda , quæ solidæ virtuti innixa , per altum*  
*Creditur , æternæ , surgere laudis iter .*  
*Abdita præteritis solvens ænigmata sedis ,*  
*Grande decus Gentis , pulchra Sibilla , tuæ ;*  
*Vos memoro Patres , o terque quaterque beatos !*  
*Christifer Assisas , quos dedit esse suos .*  
*Ast taceo : meritis non sat mea carmina vestris*  
*Pindaricam tribuat , si mibi Musa Chelym .*

PEREGRINUS DE FURNO ,  
Italus , ex Regul. Observ. Prov. Genuen-  
sis , publici juris fecit

*Catalogum omnium Sanctorum , Beatos*  
*rum , ac Venerabilium Ordinis Seraphicorum*  
*quo sapientissimè vtor in meis Chronicis , ac*  
*in Bibliotheca Minorum Discalceato-*  
*rum. Taurini in Chartis expansis in fol.*

PETRUS ANTONIUS AGUIRRE ,  
&c. tom. 2. pag. 432. adde: Ejusdem etiam  
habetur edita crudita

*Concio de transitu Regiae Angelorum .*  
Mexici anno 1694. in 4. Vidi.

PETRUS ARGENAO , Minorita;

generalem Ordinis Secretarium agens ,  
publicavit

*Apologiam pro praxi Ministri Genera-*  
*lis , circa nominationem Commissarij Ge-*  
*neralis Indiarum , anno 1691. Vidi. Ha-*  
*betur Matrii in Biblioth. Conv. Regula*  
*Observ. sub I. num. 40.*

PETRUS ALVA ET ASTORGA ,  
&c. tom. 2. pag. 426. adde: Ineditum  
reliquit egregium

*Opusculum pro efformatione locupletioris*  
*Arthamestrij Seraphici. Habetur in Ma-*  
*triteni Biblioth. S. Francisci , sub litt. A.*  
*num. 22. Vidi.*

## ET CORRECTIONES.

PETRUS ARSHEDECON , Hyber-  
nus , hujusque Prov. alumnus , S. Theo-  
logiæ Professor , apud Pragente Colle-  
gium , eniſſit ad mentem Scotti

*Philosophiam universam* in tomos va-  
rios in 4. distributam. Prodierunt Pragæ  
ab anno 1706.

PETRUS CASTRO , Hispanus , Prov.  
Castellæ Regul. Observ. munere Concio-  
nator , Guardianum agens PP. Recollec-  
torum Cœnobij de Saliceto , vernaculè  
publicavit

*Compendium Apparitionis , ac Miracu-*  
*lorum Domina nostræ de Saliceto .* Matri-  
per Hieronym. de Estrada 1708. in 16.  
Vidi.

*Stationem ad eandem Purissimam Vir-*  
*ginem .* Ibidem.

*Methodum rectæ Confessionis Sacramen-*  
*talis .* Ibidem. Vidi.

PETRUS A CONCEPTIONE , His-  
panus , Regul. Observ. Prov. Mechoaca-  
nensis , ad Ecclesiam Portus Divitis assump-  
tus stylo signavit:

*Vitam V. P. Fr. Antonij Llinaz Minoris*  
*tae .* Ex relatu laudatæ Provinciæ.

PETRUS D A N O N , Hispanus , ex  
Regul. Observ. Mexicanæ Prov. Genera-  
lis Concionator , à Theologicis Censuris  
S. Officij , Guardianum agens Mexicanæ  
Cœnobij S. Francisci , communem fecit

*Orationem Eucharisticam pro Victoria*  
*de Villaviciosa .* Mexici 1711. in 4. Vidi.

PETRUS ESPINOSA , &c. tom. 2.  
pag. 445. adde: Item communem fecit  
vernaculè ,

*Panegyricum in laudem Immaculatæ Concep-*  
*tionis Deiparæ .* Matrii 1717. in 4. Vidi.

PETRUS DE FIGUEROA , Hispanus , Regul.  
Observ. Compostellanæ Prov. Boni appellatione rotus , ad prælum matu-  
rum reliquit

*Compendium Concionum spiritualium ,*  
teste Fr. Jacobo de Castro , tom. 1. Chro-  
nic. ejusdem Prov. lib. 3. cap. 6. pag. 131.

PETRUS FOLCHARIUS , inter  
Scriptores Ordinis recensetur à Uvadingo  
in Indice , minime vero in Catalogo.

PETRUS FRIAS , Hispanus , Regul.  
Observ. Castellanæ Prov. munere Con-  
cionator , publicavit

*Notas super Bullam Conservatoriam Sixti*  
*IV. vernaculè .* Matrii anno 1638. in fol.  
Vidi.

PETRUS GARCIA , &c. tom. 2.  
pag. 451. adde: Hispanè quoque emisit

*Vitam V. Marie de Ortuño Teriaria*  
*S. Francisci , quæ inedita asservatur in Ar-*  
*chivio Carracensis Conv. Regul. Observ.*  
Item:

*Vitam V. P. Fr. Dominici à Castro Mi-*  
*norite , teste Fr. Jacobo de Castro , tom. 1.*  
*Chronic. Prov. S. Jacobi .*

PETRUS GIANNOLIUS , Italus ,  
Mutinensis , Prov. Bononiensis Minorum  
Capuccinorum Concionator , à Confes-  
sionibus Ser. Francisci Estensis Duxis Mutinæ ,  
Vir , apud Genuensem , consilio  
prudens , doctrina præstans , ac vita , morumque  
integritate venerandus , scriptis  
Italicè , præliisque submisit ,

*Epistolarum , tam Moralium , quam spi-*  
*ritualium ,* tom. in 4. Parte apud Marium  
Vignam , anno 1649.

*Ideam Principum Christianorum exhibi-*  
*bitam in vita , & gestis B. Beatrice Esten-*  
*sis .* Mutinæ per Julianum Casianum , anno  
Virginei Partus 1650. in 4.

*Vitam B. Conradi Confessoris , ex Famili-*  
*a Estensi , cuius corpus requiescit in Oppido*  
*Ducatus Mediolanensis .* Ibidem apud  
eundem anno 1648. in 4.

PETRUS JUNIUS , Hybernus , Sa-  
crae Theologiæ Lector Jubilatus , & Ordi-  
nis Scriptor , typis dedit ad mentem  
Scotti ,

*In primum Sententiar. tom. 2. in fol.*  
Venetijs anno 1731.

PETRUS MANERO , &c. tom. 2.  
pag. 458. adde: Scriptis etiam in Monte  
Alverna ,

*Epistolam gravissimam ad omnes Pro-*  
*vincias Ordinis impressam in fol.* Vidi. In-  
cipit: *Inter extimas .* Asservatur in Biblio-  
theca Matriensis Conv. S. Francisci , & in  
alijs.

PETRUS MARCHANT , &c. tom. 2.  
pag. 458. adde: Typis quoque dedit La-  
tine ,

*Relationem veridicam , & sinceram flă-*  
*ctus Provinciæ Hybernæ Ordinis Minorum ,*  
in 4. anno Virginei Partus 1651. sed ab-  
que loco . Vidi.

PETRUS MARSAEUS , &c. tom. 2.  
pag. 459. adde: Scriptis etiam ,

De

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

*De Germania Episcopis, & Orthodoxis Doctribus.* Coloniae Agrippinæ apud Godesfridi Kempensem, anno Domini 1592. in 8. Vidi.

*De maleficijs, sc̄e sagis.* Ibidem. Vidi. Hic est ille Petrus Opmerus, seu Opmericus, cuius encomia habes apud Sedulium in sua *Historia Serapica*, pag. 666. vñ cum alijs ejusdem operibus. Raræ pietatis, inquit, & eruditio- nis V. C. Petrus Opmerus dum vive- ret argumenta multa dedit: quem cum aliquando coram vidissem, sermonem, vultum, gravitatem, & venerabile se- nium admirari debui. Multa cum laude scripsit, Latina Belgis, Belgica Latinis donavit. In his *Vincentium Lirinensem fa- tis felicitè patrio idiomate vulgavit:*

*S. Liturgie, sive Officij Missæ bisfor- cam assertionem, è quatuor primis Conci- lijs, SS. Patribus, & Ecclesiæ Doctribus ap̄te concinnavit.*

Helladis argutæ voces Mercatus, Iberam  
Ad linguam vertens nisibus omnigenis,  
Magnum opus effecit, verum magis utile cunctis;  
Hinc aeterna sibi gloria parta venit.  
Non solum Hispanos docuit verba ore rotundo  
Semper Archivorum per loca cuncta loqui;  
Sed Romanæ etiam Fidei Sacra dogmata Græcos  
Pronius amplecti, qua pietate decet.

PETRUS A MATRÆ DEI, &c. tom. 2. pag. 460. post verba: *Dizese en el Capitulo septimo*, addit: Utrumque opus assecuratur ad prælum omnino paratum, Vallisoleti in Bibliotheca nostri Conventus S. Didaci. Primus sub litt. H. num. 130. in 8. Secundum sub eadem littera, num. 129. in 8. Vidi.

PETRUS MORENO, &c. tom. 2. pag. 462. addit: Edidit quoque *Orationem funebrem in Exequijs Comi- tum de Villena*, ad Capitulum suæ Pro- vinciae habitam. Matriti per Joannem Gar- cia Infanzou, anno Virginie Partus 1691. in 4. Vidi. Obiit Matriti Guardianum agens Conv. Regul. Observ. anno 1710.

PETRUS NAVARRO, &c. tom. 2. fol. 462. addit: Ineditam reliquit in 4. eruditam

*Apologiam pro Revelationibus V. Ludo- gice ab Ascensione.* Incipit: *Stendo las-*

*Opus Chronographicum Orbis uni- versi, à mundi exordio, usque ad annum 1690.* Demum inter alia inedita haben- tur

*Decades duæ Martyrum à Gueriorum rabie interfectorum*, ex quibus Historiam Alcmariensem sex Martyrum nostri Oe- dinis idem Sedulius idem extribuit.

PETRUS MERCADO, &c. tom. 2. pag. 461. addit: Spem faciens in Prologo alterius tomī, inquit: *Eja ergo (ingenue Lector) accipe hunc primum meum labo- rem, aliud, cuius titulus est: Encyclopedi- cus Thesaurus pro Serapico Gymnasio Lingue Græca in Regno Cypri, quatuor Lexica manualia complectens in lucem (si Deo placuerit) mox proditum sperans;* &c. Interim elogium subjicio tomī primi à D. Josepho Simonio Vaticanae Biblio- thecæ secundo Cultode conscriptum, vñ sequitur:

obras de Dios. Asservatur in Matritensi Bibliotheca Conventus S. P. N. Etancis ci sub litt. E. num. 43. Vidi.

PETRUS N. Minorita, S. Theolo- giae Doctor, librum scripsit,

*De litterali sensu totius Sacra Scripturæ.* Extabat Florentia in Bibliotheca Conventus S. Marci, teste Authore Ano- nymo cuiusdam Bibliothecæ, quæ inedita assecuratur Matriti in Regia Bibliotheca.

PETRUS POLO, Hispanus, Aren- sis ex Recollectis Valentianæ Provinciæ Regularis Observ. Lector emeritus, Ex-Difflitor, ac Ex-Minister Provincialis, Provinciarum Majoricæ, & Cataloniae Pater, ac totius Ordinis Diffinitor gene- ralis, claritate, & brevitate, animo quoque, & non auribus scripsit, ac edidit super Librum Numerorum, opus Concionan- tibus gratum, sub titulo:

Mam

# ET CORRECTIONES.

*Mansiones, festaque Hebreorum, litte- raliter, moraliter, mysticè, & encomiasti- cè.* Barcinone ex officina Joannis Piferrer, anno 1725. in fol. Vidi. Accedit à fol. 147.

*Tractatus de Tempore, & ejus partibus ad Scripturæ, & Sacré Historiæ, Diarij- que Sacri intelligentiam. Insupèr:*

*Diarium Sacrum, in quo gesta Sacré Scripturæ per anni dies adducuntur, sacra loca afferuntur, & explicantur. Prælo etiam dedit,*

*Diarium Sacro-Prophanum, in quo per singulos mensium dies Gentilium festa, eorumque ritus proponuntur, adjectis picturis falsorum Deorum, & numerorum Mysterijs. Barcinone apud Piferrer, anno 1725. in fol. Vidi.*

In Prologo tomī primi spem faciens tomī tertij, ita inquit: *Eundem stylum ob- servabo in tertio tomo, quem typis mox da- bo, (Deo favente) in quo amplectuntur tres Quadragesimæ Sermonum. Prima Mo- ralium, seu Quadragesima continua. Secun- da, Mysticorum ad Fratres, & Monia- les. Tertia, Encomiasticorum, seu Sancto- rum, Festivitatumque Christianorum. Sa- nè impræsentiarum, ad prælum matru- rum habet tom. 3. in fol. ita prænota- tum:*

*Mansiones Morales, seu Quadragesima continua, Mysticæ ad Fratres, & Mo- riales ideatae per Mansiones Hebreorum ex Ægypto ad Terram Promissam cum colationibus pro vestitione, professio- neque Habitus Religiosi. Demum asser- tum:*

tore ipsem Religioso Authore, prælo etiam fermè paratum habet tomum 4. in fol. hujuscē inscriptionis:

*Mansiones Encomiasticæ Sanctorum, festi- vitatibusque Christianorum ideatae per Mansiones Hebreorum, ex Ægypto ad Terram Promissam, ut relate, juxta Evan- gelium Matthæi ad 42. Christi Progenito- res, borumque summatim vita, gesta, nomi- numque interpretatio. Non me latet quen- dam Virum aliquidè eruditum, licet sup- presso nomine, Authorem nostrum ob- elegantiæ defectum carpere; sed non omnibus placet phaleratus stylus; nec Doctor verbis, sed verba servire valent Doctori. Unde idem Author in Prefatio- ne, monitum S. Bernardi exscriptis di- centis epist. 49. Sermo verè puritatis, vel pura veritatis debet esse, & facilis, nec ar- tificioso colorum velamine desiderat ope- rari. Plures, fateor de Mansionibus, ac Festis Judaicorum scripsisse; sed non ita; nec in gratia Sacri Verbi præconum. Per- plures pariter Ephemerides, vel Sa- cras, vel Prophanas publicarunt; no- ter autem Author eas compilavit nova methodo, ac in Concionantium gratiam. Post hæc in lucem prodiere eruditissimæ Ephemerides à RR. P. Villarroel Bene- dictino, Viro celebratissimo, indefessè elaboratae; sed notum est illud: *Demos- thenes tibi præripuit ne es primus; tu illi- ne solus.* Superius, verbo *Universitas Va- lentina* mentionem hujuscē Authoris fe- ci, in cuius laudem præfixum legitur *to* mo secundo, cuiusdam Minoritæ*

# EPIGRAMMA.

Qualiter eloquij peperit, quem Græcia Princeps  
Præstlit ingenij signa decora sui.

Qualiter, & latiæ vindex, & gloria linguae  
Exultit ad rutilus verba soluta Polum

Encomia band aliter decantas, erudite Polo:  
Quæ doctus meruit gloria nostra Petrus.

Ingenuum namque est pariter facundia tanta  
Nullus, ut attonitus non tua sensa legat;

Prætereaque fluit verborum gratia talis,  
Ut sapient labris dulcia mella tuis.

His lectis, animum, Lector, recreare licebit;

Plurimaque in paucis, hic reperire vales;

PE

# APPENDIX, SUPPLEMENTA,

PETRUS REUZ, Minorita, vti habetur pag. 65. Catalogi Librorum Catholiconum editi Genevæ anno 1725. in 8. Emissit

Ordinem celebrant Miffas solemnes, & privatas. Genuæ anno Virginei Partus 1637. in 4.

PETRUS SAXO, &c. tom. 2. pag. 471. adde: Nota hunc Petrum primo Summam casuum per materias coordinata scriptisse, teste Fr. Petro de Alva, principio 10.

PETRUS THOMAS, Doctor fre-  
nuus appellatus, floruit, juxta præcita-  
tum Uvite, anno 1573. & laudatur tomo  
2. hujus Bibliothecæ, pag. 473. adde: Pe-  
tri hujus habetur

De modis distinctionum tomus in fol.  
Toleti in Bibliotheca Conv. S. Joannis  
Regum sub GG. num. 3. Vidi. Ad ejus  
calcem sic legitur: Explicitunt quæstiones  
de modis distinctionum determinatae per  
Fr. Petrum Thome de Ordine Fr. Mino-  
rum, de Provincia S. Jacobi.

PETRUS VARONA DE VALDI-  
VIESO, &c. tom. 2. pag. 476. adde: In-  
editum reliquit opus egregium, luceque  
